



C. q. 4. p. 1.

C. q. 4. p. 1.

Vj 15

111

PLANTAS

G. D. B. I. C. I. R.
MUSEUM

MAY 1852

G. O. D. I. C. I. S.

THE UNIVERSITY

OF CALIFORNIA

LIBRARY

PHILADELPHIA

1852

1852

1852

1852

1852

MANTISSA
C O D I C I S
JURIS GENTIUM
DIPLOMATICI.

Ex recensione

G. G. L.

MAINTIEN
C O D I C I S
MIRIS GENTILIA

GODEFRIDI GVILIELMI
LEIBNITII



MANTISSA
C O D I C I S
JURIS GENTIUM
DIPLOMATICI

Continens Statuta magnorum Ordinum Re-
giorum, a&a vetera Electionum Regis Romani,
Manifestationes jurium inter Franciam, Angliam & Burgundiam
olim controversorum; Concilia item Germanie, Ceremoni-
ale Sedis Romanæ vacantis, Concertationes Imperium reg-
naque inter & Ecclesiam Romanam præsertim Bonifacii VIII.
tempore & circa Concordata Gallie cum Leone X. Scissio-
nem Bohemicam, Secularisationes ditionum Episcopali-
um & Pontificibus factas, Absolutionem Henrici IV. Gall. R.
Præterea Austriaco - Luxemburgica, Anglo - Scotica,
Helvetico - Novo - Castrensis &c. ac tandem
complures fœderum aliorumve publicè
gestorum tabulas:

*Ex Manuscriptis præsertim Bibliothecæ
Augustæ Guelfebytanae Codicibus*

Et Monumentis Regiorum aliorumve Archivorum, ac
propriis denique Collectaneis,

H A N O V E R Æ,

Sumptibus GOTFRIDI FREYTAGII, Bibliopolæ Hanover.
& Guelfebytani.

Literis SAMUELIS AMMONII M. D. CC.

1844
213
10/23

...

...



BENEVOLO LECTORI
Godefridus Gulielmus Leibnitius

S. P. D.



Ani sunt septem, quod specimen edidi majoris operis, quo *Acta publica juris Gentium* selecta, & ut verbo dicam *Diplomata majora* colligerentur; unde *Codicem Juris Gentium*, eumque *Diplomaticum* appellavi. Cum enim Gentes nulla superiore in terris potestate contineantur, sunt illis pro legibus, quas ipsi sibi dixere; vel scriptis tabulis vel moribus introductis, qui sepe scripturis istis comprobantur.

Gratanter accepta est passim voluntas bene merendi mea à viris doctis & in Republica versatis; ipsisque etiam probata Regibus, Principibus, & rerum administris. Itaque ex Archivo Angliæ Regio, Septentrione etiam & Gallia Italiaque submissa sunt non pauca; & in Germania potissimum Serenissimus ac Potentissimus Princeps Elector Brandenburgicus Instituto favit, Illustri Viro, quem nominasse pro laude est, Ezechiele Spanhemio suggerente: parique boni publici cura in Italia postea Magnus Dux Hetruriae ex chartophylactis suis quaedam concessit. Nec quicquam tantorum Principum à sapientia sua alienum putavit tabulis quæ in tenebris olim velut arcano quodam horrore colebantur, permittere publicam lucem, quod in commune id prodesse viderent, & plerumque ad sui Principatus, suæve familiæ jura aut decora pertinere.

Cum vero multi præterea viri eximii post primum volumen editum contulerint symbolas suas, æquum & dignum puto publicè ipsi gratias agi. Neque tamen omnes nunc nominabo, sed tantum quorum auxiliis in ea, quam nunc edo, *Mantissa* lum usus, idque non dignitatis ipsorum ordine, sed ut quisque tempore & officiositate in rempublicam prior fuit, aut rerum se connexio dabit. Jam tum cum in priore Collectione versarer Abbas S. Vicentii Boisfortius ex Burgundico Comitatu V. Gl. raræque doctrinæ, auxilia pollicitus erat; sed cum mors intercessisset, voluntatem ejus velut ex legato secutus frater præses in suprema Vesuntina Curia, Vir insignis, voluit thesauri partem aliquam cedere in usus meos; adjuvantibus ex fraterno monasterio Viris ab Abbate quondam suo, ut apparet, ad optima quæque studia excitatis; interventique in mei gratiam Cl. Nicæus Canonicus Divionensis, qui doctrina & officiis rem literariam ornat.

Ratisbonæ vir Amplissimus Christophorus Schraderus jam à multis annis Legatus ad Imperii Comitiam Cellensis, qui familiam claram inter literatos in ampliore theatro novâ luce perfudit, partim sua promissimâ voluntate,

PRÆFATIO.

voluntate, partim fratris non imparis domi Consiliiarii Aulici hortatū non pauca nec contemnenda procuravit; usus potissimum favore prono Legati nuper Burgundici Dn. de Neuueforge senioris; itemque Legati ad Helvetios Batavi Petri de Valkenier; quorum ille publici cursus stadium cum vita absoluit, hic adhuc decurrit; ambo magna fidei & prudentiæ laude.

Nec prætereundus est Dn. de Hornigk apud Paraviensium sive Laureacensium Principem Consiliiarius intimus, qui reconditæ doctrinæ & in patriam studii, non pauca nec vulgaria in publicam specimina suppresso licet nomine dedit. Is de penu sua selecta quædam communis mecum fecit probante Cellissimo Præsule in cuius aula est; qui comitis Imperii, quæ Comes illustraverat, nunc Princeps & Commissarius Cæsaris superius repetit; unde patriæ communi & melioribus etiam litteris optima quæque ominamur.

Sed ut ex vicinia Rarisbonæ discedam, vocant me Johannes Albertus Dn. de Heugel, nobilis Silesius, qui generi laudem doctrinæ conjunxit, & liberali communicatione collectiones meas nec provocatus auxit; tum Theologus Bremensis Gerardus Mejerus Gerardi filius, paternarum laudum hæres, multifariam doctrinam humanitate condicens, & subinde circa præclaros labores suos mecum communicans; qui integrum volumen collectorum olim Actorum publicorum misit. Inprimis verò memorandum est Dominus de Greiffencranz, mirifico Historicarum noticiarum apparatu instructus & Genealogici studii in Germania facile princeps; qui intellecto consilio meo, ex Ostfritia ubi tunc Consiliiarium intimum agebat libens subsidio fuit, & nunc quoque occasiones ornandi operis non amittit.

Apud Batavos humanitatis in omnes exporrectæ etiam mihi specimen præbuit Vir summâ doctrina celebratissimus Joannes Georgius Grævius, quem Germania nostra non minore quam Vossum olim Gronoviumque patres beneficio vicinæ cognatæque regioni concessit. Hic à Paulo Voëtio Gisberti filio læto insigni & in Republica Ultrajectina dignitate ac meritis claro Tabulas mihi impetravit Ultrajectinæ translationis in Carolum V. Imp. quæ nunc prodeunt. Mox in notitiam perveni Il. Viri Dn. de Bleswyck in Republica Delpheni ad clavum sedentis, sed & in rebus Fœderatorum Ordinum magna cum laude & existimatione versati, nunc etiam Leidensis Academiæ Curatoris, qui pro eximio suo, & in rem publicam & in literas studio, & obtinuit mihi nonnulla benevolè & ad plura aditum fecit, de quibus aliàs erit pro dignitate dicendi locus.

Ex Anglia misit aliqua Gilbertus Burnetus, Reverendissimus Sarisberiensium Episcopus; in quo pro meritis provehendo res publica literariæque certavere, & qui tot aliis doctrinis laudibusque etiam Actorum publicorum perquisitionem conjunxit. Præterea Srepnejus Ablegatus Regius non minus gerendis principum negotiis, quam eorum gestis profusa vorisque eloquentia ornandis aptus, obtinuit nobis insignia ex publicis Tabulariis monumenta, quæ cum pleraque Historiam Brunsvicensem aliquando illustrare possint, nonnulla tamen etiam huic præsentis operi convenire sunt visa. Hoc autem præstitit imprimis conciliatâ mihi benevolentia V. CL. Thomæ Rymeri in lucem proferendis Angliæ tabulis Regio jussu destinati, de quo mox plura dicam: Accessitque sollicitationi vir doctrina & aliis laudibus commendatissimus Thomas Smithius Anglicanæ Ecclesiæ Theologus, cui plurimum Græca debet Ecclesia coram spectata, nuperque Cottoniana Gens & Bibliotheca dignum natæ laudatorem describerentque.

AD LECTOREM.

Nec prætereundus est Dn. de Sparvenfeld infigne Sueciæ ornamentum, qui magnis in septentrionem & meridiem itineribus, Regio partim jussu susceptis, optima doctrinæ spolia ex Russia Africaque retulit; & dum veteris Gothorum gloriæ monumenta vestigat, multa alia in publicum profutura collegit, & nonnulla etiam in præsentis instituti usum ad me misit: plura quoque tum de suo tum de alieno daturus, præsertim si ex Illustrissimi Gardiæ Comitis non ita pridem defuncti relictis Schedis impetrari possint, quæ vivus mihi destinabat, & quæ ipsius beneficio debere rem publicam, ad gloriam inclytæ familiæ pertinebit. His alios adhuc Viros egregios addere possem, quibus imputabantur aliquando non pauca, quæ Deo vires præbente in hoc genere proferre spero. Sed debitas iis gratias illuc servo.

Præstato gratitudinis officio, quod pium semper & bono viro dignissimum existimavi, ad rem ipsam à me tractatam præfando accedam; & primum nonnulla circa pristinum volumen seriùs oblata monebo, deinde hujus præsentis consilii rationem reddam; postremo attingam, quæ ab aliis facta sunt promissive, tum quæ ipse Deo volente in rem adhuc afferre spero. Nam & Leonardi Collectio Gallica sex Voluminum prodiit forma quarta, & Batava novissimè exit quatuor in folio, ut vocant, Tomis. Sed & Th. Rymerus supra laudatus Pandectis Anglicanarum Tabularum jam titulum in typos præire jussit. Mihi que ad nonnulla adhuc Volumina hujus argumenti multæ adest & selectæ varietatis apparatus.

Intellexi non defuisse viros doctos (ut nemo omnibus satisfacit) quibus displicuit aliquid in quibusdam cogitatis meis, præfationi Tomi primi inasperis; sed ita jam tum ibi fortasse scripsi, ut tuto permittere iudicium Lectori possem. Placet tamen respondere objectioni cuidam mihi factæ circa controversiam, quam attigeram illic, antequam publicè ageretur, & quæ nuper in Gallia magnos animorum motus excitavit, donec Regis auctoritate & Pontificis maximi pronuntiatione comprimeretur; de amore scilicet non mercenario, sed bonum amari spectante, & tamen à boni proprii impulsu pendente. Mihi scilicet ad Codicem juris gentium non nihil præfanti *de fontibus juris*, quos ex charitate petivi (cum iustitia nihil aliud sit quam Charitas sapientis) in mentem ejusdem quæstionis venerat: qui possit scilicet amor dari, qui bonum amari per se querat, cum nihil nisi boni nostri causa velimus. Responderam quicquid jucundum est per se expeti, & utilibus (id est alterius boni productione bonis) opponi; tale autem esse notavi objectum veri amoris, cum amare vel diligere sit amari felicitate, perfectionibusque delectari. Hic quodam mihi objecisse intellexi; perfectius esse, ita in Deum sese abicere, ut sola ejus voluntate moveare, non delectatione tua. Sed sciendum est talia naturæ rerum pugnare: nam conatus agendi oritur tendendo ad perfectionem, cujus sensus delectatio est; neque aliter actio vel voluntas constat. Et ad male consulta etiam quadam boni seu perfectionis specie perceptâ movemur, etsi scopo excidamus aut exiguum bonum male petitum jactura majoris luamus: neque impulsui à bono suo nisi cum natura sua renuntiare quisquam ultra verba potest. Iraque verendum est ne illa quorundam male mysticorum abnegatio proprii, & quam fingunt, actionum cogitationumque suspensio, qua maxime Deo scilicet uniamur, definat demum in doctrinam moralitatis animæ, qualem docebant Averroistæ & alii antiqui etiam philosophi, quibus videbatur post hominis mortem mentes non ultra subsistere nisi in oceano divinitatis, unde guttæ olim prodissent. Cujus doctrinæ semina in Valentino Weigelio, & Angelo quodam Silesio & Molinosio (fortasse non satis ipsis agnita autoribus) animadvertere

mibi visus sum. Itaque merito reiiicitur ἀργὸς ἀέγῳ hominum ignava opera Philosophia sententia qui perfectionem in quiete id est in cessando collocant, longè à verâ tranquillitate & caritate, longè etiam à Telemacho discedentes.

Sed magis hujus loci est attingere nonnulla quæ ad prinrem Tomum circa res facti & Historiæ monenda sunt visa. Nicolaus Toinardus Aurelianensis, vir doctrinæ latè fusæ, cujus urinam fructum nobis, nimis deserendo non invideret, errorem admissum indicavit in persona *Columbi*; prodromi n. 17. quem communicatæ chartæ inscriptionem securus non rectè Christophorum appellavi, & eundem cum illo Genuensi fama maximo, nomine & temporum vicinia deceptus, tanto facilius judicavi, quod hunc operam suam Gallia Angliæque Regibus obrulisse constaret, unde bellicis aliquod è Gallia navibus præfuisse non incongruum videbatur. Sed significavit Toinardus sub Ludovico XI. vice-Amiralium fuisse quendam Guilielmum de Casanova cognominatum Coulomp, cujus & meminuit contemporaneus autor libri, qui Chronici scandalosi nomine venire solet.

Bellimariorum mentio fit in Tractatu Leginensi inter Reges Franciæ & Castellæ edito Cod. J. G. Dipl. T. I. n. 86. Hos Maurorum Reges fuisse, formidatos Hispanis, notaveram in præfatione. Unde licet obvii vulgo non essent apud scriptores, ex Africanarum tamen & Hispanicarum Rerum auctoribus (quos tunc excutere non vacabat) plura erui posse, satis manifestum putabam, contentus produxisse, qui forte ad manus erat locum Chronici Anglicani Manuscripti. Sed ut plura addam invitavit Annotatio Collectionis Baravæ ad eundem Tractatum ex meo transumptum, cujus verba ita habent: Je n'entends point ce mot de l'original: Bellimarini. je n'en ay pu decouvrir la signification, quelque recherche que j'en aye faite. G. G. L. n'en dit rien, je ne sçay si ce ne seroit point quelque nom supposé de la signification du quel les deux Rois fussent convenus. Huic conjecturæ, quanquam ingeniosæ non fuisset credo datus locus, nisi prætervisa fuissent verba præfationis meæ. Cæterum res ita habet: Ante quingentos circiter annos Rex Fessæ moriens *Merin* quendam (nisi forte *Merinidem*; suspicor enim jam ante familiæ hoc nomen fuisse) filio tutorem dedit, is mox (ut fama fuit) occiso puero regnum invasit, & stirps ejus nomine Merinorum aut Marinorum, Ben-merinorum, Benimariorum ac denique corruptè apud Europæos Bellimarini in regnis Fessæ & Marocci, vicinisque locis per trecentos pene annos rerum posita est; donec à Sherifo novi imperii conditore superinris seculi initio everteretur. Ex Leone Africano & Marmolio conitat Ben-merinos Fessam novam extruxisse multaq; alia gessisse magnificè, literasque Arabicas, ac poëtin imprimis egregiè fovisse. De Fessa Marmolius l. 4. c. 22. Fessa nova ultra 8000. incolarum habet, itructa à secundo Fessæ Rege ex stirpe Benimerinorum, qui Regnum Marocci ultimo Almhadarum generis Regi ademit, sedemque imperii Marocco Fessam transtulit. Et Leo lib. 3. c. 139. hæc habet: Habdulac primus Marinorum princeps Mauritanix atque reliquarum Regionum illarum imperium occupavit. Addit, quatuor filios reliquisse, quartum Jacob occupasse Maroccum, reliquorum tres partes in septem subdivisas. Et paulo ante c. 131. ita scribit: (Tezzotæ oppidi) Conditores Benimerinos fuisse affirmant, priusquam regnum aliquod possiderent. Josephus Jacobi Marinorum Regis filius, ratione nescio quâ adductus, Tezzotam funditus propemodum delevit &c. Sed maximè Leonis verba lib. 3. c. 38. digna sunt relatu: Quo tempore, inquit, incolumis adhuc Marinorum Regum erat familia, is qui tum regno potiebatur certo anni die

in regiam suam vocabat, quotquot in urbe erant, doctos & literatos, quos magnificè excipiens jubebat, ut se præsentè è loco eminentiori suum quique recitaret carmen, qui verò omnium suffragiis optimè dixerat, à rege equo præstantissimo. serva, centum aureis, nec non veste qua tum Rex indutus erat, donabatur. Cæteris omnibus quinquaginta enumerabantur aurei ad eò ut nullus nisi regis expertus magnificentiam inde discederet. Verum centum & triginta elapsi sunt anni (hæc autor sub Leone X. Pontifice Romano, aut paulo post scripsit) ex quo hæc omnia paulatim decrecente Fessanorum imperio in desuetudinem abièrunt. Hactenus ille. Indignum itaque fuerit stirpem tam in literas munificam oblivione transmitti.

Sed veniamus ad ea quæ præsentì Collectione continentur. Hanc *Mantissæ* nomine inscribere maluimus, quoniam per fasciculos potius, quam ieriem temporum disponi conveniens videbatur. Neque ideò à primo instituto discessimus. cuius exequendi gratia *aliquod Tomus actorum serie Chronologica dispositorum* republicæ polliciti eramus, quo genere pollicitationis obligatio quædam contrahi censetur. Nam si Deus vires vitæque concesserit satisque otii nobis fecerit, aut obrulerint sese, qui sublevare possint, promissâ complebuntur. Ignoscent vero moræ hactenus interpositæ qui sciunt, quam multa alia nobis sint agiranda: nam & munus & vitæ officia, & amicorum literæ quotidie ad se vocant, & Hiltoriz nostræ ingens moles incumbit, quam accessorio quodam labore aggredi hortatu magnorum Principum placuit, quod indignum apparet, pleraque tam male tradi. Dum interea amici & molitionum veterum conscii pene convicium faciunt, tanquam non satis mea tractanti: alique jubent, ut revocandæ ad rationes Jurisprudentiæ antiquum institutum prosequamur; alii, ut quæ circa principia (quibus fundari videtur vera Philosophia) & Dynamicen, naturæque leges ac phænomena constituisse videmur, (juvenili olim specimine non male excepto) absolvamus; alii, ut quæ adhuc mira latent in novo quodam à nobis proposito Matheos universalis genere (quam & infiniti scientiam appellare possis) eruere pergamus ipsi, cæteraque in his studiis reperta producamus. Ut alia fortasse magis recondita vel magis ad usum porrecta, taceamus, donec magis prorexerimus, hoc loco nec referre præstat.

Mantissam autem hanc in duas veluti sectiones partiti sumus. quod diversis locis impressio typorum facienda esset. *Pars prior* continet scripta quædam paulo prolixiora, quæ per se libellorum magnitudinem implere possint. Ex quibus initio statim bina occurrent, quæ pene Mantissatorum (ut vocant) fecialium instar habent, scripta à magnorum Principum Administris jura Dominorum tractantibus, circa tempora Frederici III. (vel V. potius) Romanorum Augusti & Ludovici XI. Galhæ Regis; quæ cum crebrò tangant Tractatus Pacificationum aut fœderum præcedente Tomo à nobis editos horumque vi n & usum mirè illustrent, pene commentarii in eos vicem subinde præbere possunt.

Primum ergò damus n. 1. Part. I. *Opusculum de Controversiis inter Domus Francicam & Burgundicam* (cui Aultriciæ successit) quod Cancellario Burgundiæ in nostro Codice Manuscripto tribuitur: cumque Maximilianus Mariæ Burgundiæ jam maritus, nondum Romanorum Rex appellatus; apparet paulo ante compositum esse. Unde fortasse nomen Cancellarii non difficulter eruent, quibus in hæc inquirendi otium erit. In alio Codice Manuscripto (nam binos habuimus, atque vix intelligibiliter dantur, ad eò corrupta multa erant in utroque Codice) inscriptio legebatur hujusmodi à priore quam secuti sumus diversa, sed quæ scopum scribentis non satis attingit: Recueil & extraict des traictéz par maniere de

PRÆFATIO

Cronique fort autentique par le quel apperra aux Lecteurs d'icelluy, comme leu mon Sieur le Duc Charles au jour de son trespas possidoit & tenoit en son obeissance les Duché & Comté de Bourgonne, Viscomté d'Auxonne & ressort de saint Laurens, Comtez de Mascon, Auxerre, Charrolois, les Seigneuries de Bar sur Seyne, la Comté de Ponthieu, Prevoitez & Chastellenie de St. Quentin, Henvohayn *, Beaul Revoir, & partie de la Comté de Marle, les Villes & Prevoitez de Monstreul, Beaulquesne, d'Orleans, Corbie, la Prevoité de Fontloy & S. Requier, les pays & Comtez d'Artois, Boulenois, St. Pol, les Ressorts & enclavements comme Theroenne, & ciré lez Arras, & aultres qui se pourront manifester aux lisans ce present recueil.

Alterum *Opusculum* n. 2. part. I. ab Autore Viro in Gallia rebus, ut apparet, gerendis admoto, certe ad publicas chartas admissio, ipsi Regi Ludovico XI. inscriptum est, quo *Anglorum in coronam & provincias quasdam Gallie prætensiones, ut vocant, sive tituli juris examinantur.* Si quid vicissim hujus generis ab Anglorum parte habuissimus, adjunxissemus libenter; quemadmodum & Burgundico opposuissimus scriptum Gallicum, si quod fuisset ad manus paris antiquitatis. Nemo ignorat Ludovici XI. patrem urbe Regia & maxima Gallia parte exutum vix Puella ductu quasi miraculo regnum recepisse; itaque vivente autore recens adhuc in omnium animis Anglicana controversia versabatur; meliusque genuina ejus facies ex vicini auctoris scripto apparet, quam ex iis, quæ posteriora dixerunt. Videas hic Transactionem inter Ludovicum S. Gallia & Henricum III. Anglia Regem, Eduardi III. homagium pro Aquitania, pacem Bretigniacam, Tractatus Trojanos, aliaque id genus Acta publica, quæ nos primi edidimus crebro citari, quemadmodum & dipl. 38 nostri Tom. I. non tantum ab Anglis legem Salicam impugnantibus, sed & Burgundis successione filiarum tventibus adhibitum apparet.

Sequitur n. 3. part. 1. *Joban. Burcardi* Argentinenfis ceremoniarum Magistri *Ceremoniale Sedis Romanae* vocantis, quale in usu fuit, cum Sixto IV. extincto Innocentio VIII. subrogaretur. Quod placitum puto, cum omnia distinctè admodum & minutè ab homine harum rerum peritissimo, & cætera ingenio describantur. Edideramus olim separatim excerpta ex Diario rerum Alexandri VI. ab eodem scripto, ubi cum multa narrentur homine probo, nedum Pontifice maximo, indigna; fuere (sed harum rerum historiarumque parum periti) qui fidem scripti in dubium vocarunt. Quibus facile satis fiet, ubi, idem opus ab aliis suæ communionis allegari cum elogio passim, & nonnulla quæ dedimus inde offerri intellexerint.

Cum etiam superiore Tomo dedissemus Fasciculum spectantium ad Concordata Nationis Germanicæ, nunc addimus alium n. 4. part. I. quocum *Concordatis inter Leonem X. & Franciscum I. Gallia Regem*, continetur etiam nonnulla, quæ illustrent Bononiensem inter duos istos principes congressum; tum bina scripta opposita novis istis concordatis, priora Regum Ordinumque edicta scitaque evertentibus; quorum unum profectum fuit à suprema senatus Parisini, quem Parlamentum vocant, Curia; alterum ab Universitate Studiorum Parisina, quæ etiam ad futurum legitimum Concilium (Lateranensi, quod tunc habebatur non agnito) appellandam duxit. Et cum Sanctio pragmatica Ludovici S. tanquam Concordatis novis è diametro opposita ab iis adducatur; hanc quoque antiquitate, & ipsa non dicentis minus persona, quam dictorum gravitate venerabilem adicere visum est. Accidit autem ut invitis nobis pars hujus fasciculi à reliquo avulsa in alteram Mantissa nostræ sectionem n. 53. transferretur,

AD LECTOREM.

retur, quod monere visum est: quemadmodum & quod quidam observarunt, nonnulla, quæ Regis Francisci I. nomine pro Concordatis tuendis afferuntur, aliena à Gallorum principiis & juribus Coronæ, placitisque majorum, ex Cardinalis Dupratii privatæ rei studentis consiliis profecta credi, atque ita Curiam Romanam, dum tempora & homines (ut postea Lotharingum & Richelium Cardinales) prudenter captat, non contemnendos progressus fecisse. Spatium non fuit adjungendi *Sanctionem Pragmaticam* vulgò dictam, his Concordatis nominatim abrogatam, quæ diu fudes in oculis Romanæ Curie fuit, ac tempore Concilii Basileensis, & secundum ejus decreta sub Carolo VII. Rege in synodo Nationali Galliæ Conventuum Bituricensi 1438. promulgata erat. Sed nihil ibi novi adjectum est Basiliensibus decretis, tantumque nonnulla ad usum Galliæ temperata. Legi nuper hanc pragmaticam Galliæ sanctionem fuisse editam cum Commentario Cosmi Guymier Licentiati juris apud Andream Bocardum Parisiis 1707. a scriptis verbis non malis, sed de perpetuitate sanctionis non satis feliciter vaticinatis.

*Stet liber hic, donec fluctus formica marinos
Ebibat, & totum testudo perambulet orbem.*

Pars secunda Mantissæ hujus majorem exhibet rerum varietatem; itaque singula perstringere aut illustrare non vacat. Ante omnia occurrunt n. 1. 2. 3. 4. tria *magnorum Ordinum Regionum Statuta*, Aureæ Periscelidis, Aureæ velleris & Sancti Spiritus, ordine temporum, quibus quisque institutus est, collocata: quos cum etiam magni Principes, Ordinumque Profectores non obnoxii, recipere non dedignantur, pertinent ad jura Gentium & res Europæas generales. Dedi autem ad primæ institutionis formam; nisi quod Aureæ Periscelidis bina Exempla edenda putavi. unum antiquum Latinum fundatoris ab Elia Ashmolio jam productum, alterum ex Mito Gallicum, quale Henricus VIII. superiore seculo reformavit. Quod si additiones, correctiones aut alias innovationes circa horum ordinum statuta factas extare voluerint, ad quos ea res pertinet; non incommode aliquando novo Volumini nostri Codicis Diplomatici adiacerentur.

Dudum mirati sunt docti, neminem hætenus aggressum edere *Concilia Germaniæ* cum in Gallicis Sirmondus, in Anglicis Spelmannus, novissimè etiam in Hispanicis Cardinalis Aguirrius, laudabili exemplo præissent; habeamusque nos magnam (si quis inquirat) horum segetem; & duo Generalia (qualia nec Hispani nec Angli) nempe Constantiensè & Basileense, nisi quis tertium Tridentinum addere malit; & supparem his autoritate synodum Francofurtensem, Nicænæ illi secundæ oppositam, quæ tunc in Occidentis magnâ parte reprobata, nunc quod mireris, à quibusdam pro Oecumenicâ habetur. Vel sola Metropolis Moguntina (quam insigni collecto apparatu illustrare voluerat optimus & diligentissimus Vir Jo. Gamanus ex Societate Jesu mihi olim amicus) quàm multa daret, digna quæ ab interitu vindicentur? cum majorem Germaniæ partem ipsi provinciam esse constet. Cum igitur talia quoque ad nostras manus venissent, placuit aliqua inde nunc in specimen gustumque dare. In his sunt nonnulla quæ ad Concilia Constantiensè n. 15. 16. 17. & Basileense à n. 18. ad 31. (b) referuntur, in quibus poteramus esse copiosiores nisi majus opus, cujus ista propria sunt, nunc prodiret. Nimirum pio & sapienti consilio Serenissimus Princeps RUDOLPHUS AUGUSTUS Brunsvicensium & Luneburgensium Dux *Concilii Constantiensis*

PRÆFATIO

stantiensis acta & alia illuc spectantia vel inedita vel paucis nota aliquot Tomis (opera laudabili usus V. Cl. Hermanni de Hart) edi jussit nobis etiam per amicos aliquam symbolum conferri curantibus. Videbat enim magnam lucem ex hoc opere Historiam Ecclesiæ capere, ipsique Reformationis (quæ dudum desiderabatur sperabaturque) primum Constantiæ aditum factum, aperto itinere, cui tamdiu insitit providentia, donec vera aliqua Reformatio & in Capite & in membris sequeretur. Neque enim negari potest, post Reformationem per Saxonem superiore seculo cæptam & à magnâ parte culturæ Christianitatis receptam; factum esse ut Roma paulatim se reformaret, multaque olim obnoxia hominum judiciis nunc ad decorum magis & dignitatem supræmæ sedis composita visantur. Producat Deus vitam oprimo Principi ut non tantum Batileenſis Concilii res pari cura addi, sed & (quod vellem imprimis) Concilia Germanicæ omnia, totiusque Germanicæ Ecclesiæ res inde ab initiis accessitæ & ad nostra usque tempora deductæ Annalium forma, (ut Carolus Cointus in Gallia laudabiliter facere cœperat) colligi, illustrari, edi, ejus auspiciis possint; aut certe fundamenta ab ipso ponantur tanti instituti; quod non minus quam Sanctorum Acta, quibus præclari viri nunc occupantur, multorum annorum hominumque est. Qua ratione, aliisque curis sanctissimis efficiet, ut ultra sua etiam tempora consilio vivere intellegatur, continuationemque & exitum felicem magni operis splendere sibi Respublica, Ecclesia, Germania possint.

Quæret aliquis forte, quid hæc ad Juris Gentium Acta? Sed huic dubitationi jam in priore Præfatione satisfactum est ostensumque, nihil magis ad jus Gentium Europæarum commune pertinere, quam quæ ab Ecclesia in Republicani porrigantur; cum eo maxime vinculo Europæi, imò in universum Christiani Principes gentesve colligentur, & velut corpus quoddam componant, sua habens instituta, vel à Deo autore vel à sapientum placitis vel à publica aut certe agnita tunc rerum potentibus autoritate profecta. Itaque ex *Actis pertinentibus ad Controversiam inter Bonifacium VIII. & Philippum IV. Gallie regem*, cognomento Pulchrum, ea quæ maxime lectu digna videbantur, hic n. 51. dedimus, cum omnium Principum jura contingant; antiquum illud obtinentes, ut in neutram partem iniqui, libenter utramque audiri efficeremus. Neque enim studio partium quicquam hic damus, & priore etiam præfatione mentem nostram de autoritate quam Pontificibus Cleroque servari è re fuisset, non dissimulavimus.

Binas autem illas breves vulgoque jactatas Epistolas, unam Bonifacii ad Philippum, alteram Philippi ad Bonifacium, admodum insolentes, nec cætera utriusque prudentia & gravitate dignas, omisitimus; quod nobis dubiæ fidei videantur, neque uspiam quicquam in cæteris actis indubitatè occurrerit, unde scriptæ judicari possint. Accessit velut in superpondium n. 52. (c. d.) aliquid pertinens ad *Centenarium Jubileum* ab hoc Bonifacio promulgatum; vel ideo, quod nunc, dum hæc seribo, quintus annus secularis ex institutione ejus Romæ celebratur.

Damus & alia inter Romanos Pontifices & Christianos Principes acta, non minoris quam Bonifaciana momenti; qualia sunt n. 44. *Bulle aliquot, quibus Pontifices quidam Romani rebus Gallicis studentes Imperium Romanum & Constantinopolitanum regnumque utriusque Siciliæ* (id est Siculum & Neapolitanum) Domui Regiæ Francicæ procurare laborarunt; & de *Arelatenſi ac Viennensi* (quæ in unum confusa postea, hic distinguntur) non abhorrentia à se agitari ostenderunt; sive quòd Regum benevolentia magis indigerent, qui Avenione sedebant Papæ (quorum res duper eximius

mius Vir Stephanus Baluzius egregiè illustravit) sive quòd Germaniæ Galliam opponere ex utilitate sua esse judicarent. Quibus conjungatur Ludovici Andegavenfis Ducis, qui Galliæ Regis frater erat, creatio in *Regem Adriæ* à Clemente in sua obedientia dicto VII. facta, Tomo primo Dipl. 1: 6. à nobis data, sed quæ exitu caruit.

Majoris efficacix fuit, quod Carolo V. Romanorum Imperatori alter præstitit Clemens VII. qui totam *temporalitatem* ditionemve *Ultrajectini Episcopatus* memorabili exemplo in Imperatorem ejusque Hæredes Duces Brabantix & Comites Hollandix transfudit; cujus facti bullam 1519. datam, cum reliquis actis hoc loco n. 41. (a) publicamus. Idque ipsum est quod vulgo *secularisationem* vocant bonorum Ecclesiasticorum. Rationes autem quibus inductum se refert Pontifex, non admodum premunt, neque enim à pace Ecclesiæ unitateque refarcienda desumuntur (ut ea quæ Elisabethæ Reginae Angliæ oblata dicunt) aut ab expeditione contra infideles (quo titulo Pontifices nonnullorum Religiosorum ordinum bona Venetis indulserunt) sed ex hoc tantum, quod Ecclesia Ultrajectina suas ditiones contra Ducem Clivensem tueri non posset; quæ ratio ad hoc unum valere videbatur, ut officii Imperatorem admoneret Papa, non ut ipsi Advocato, quod defendendum erat, absorbendum daret; id enim remedium malo pejus videbatur. Sed ex his apparet, quantum consensu maximorum orbis principum pro bono Ecclesiæ posset Papa, qui tantum potuit pro suo suorumque commodo. Huc referri posset posita n. 41. (a) Quedlingburgenfis pacti super *Hildefiensis ditione*, pro bona parte in Brunsvicensis Ducis translata, confirmatio à Paulo III. profecta 1537. nisi ea majore ratione niteretur. Nam Pontifex Imperatoris & Imperii procerum judicium & acta, ut æquum erat, secutus fuerat.

Plura alia huic collectioni inseruimus pertinentia *ad Concordiam & Discordiam sacerdotii & Imperii*, ut n. 47. circa Ludovici Bavari appellationem à Johannis XXI. censuris, Exemptionem item (Papa Eugenio IV. indulgente) Clivix duci concessam à jure Metropolitanæ Colonienfis & Episcopi Monasterienfis, n. 34. 35. quæ potestatis quædam Duci datur satis similis illi quam *Monarchiam Siciliæ* appellant, (vid. Tom. I. Cod. J. G. Dipl. 1. prodr.) cui refutandæ Baronius Cardinalis Tomum apud Hispanos prohibitum destinavit. Et hujus potestatis argumento (etsi non satis de origine conitaret) inter alia usus est nuper Jurisconsultus insignis, ut ostenderet Germaniæ *Principibus* Protestantibus non tantum *Episcopalia*, sed etiam *Papalia* subinde jura esse tribuenda. Huc denique pertinent n. 51. *Acta Absolutionis Henrico IV. Gallie Regi ab Episcopis suis concessæ* 1593. quod tunc Româ idem impetrari non posset, nec tanta res differri debere videretur. Ubi imprimis memorabile est, Galliæ Præsules & Theologos qui Conventui illi interfuere, adeò non exegisse à Rege suo Concilii Tridentini agnitionem, ut etiam in professione fidei olim à Pio IV. præscripta & à Rege quoque facienda, mentionem hujus Concilii binis illis quibus habetur locis, prudenter expunxerint ipsi. Adeò tunc ignorata erat, quæ nunc quibusdam placet distinctio, quasi in Galia receptum sit hoc Concilium quoad fidem, non quoad disciplinam. Nam si pro Regula fidei habendum putabant, ubinam, obscuro, major ei locus erat, quam in professione Fidei ipsius Regis? Et plus est rescuisse, quam non posuisse.

Ad Imperii negotia spectant quædam *Antiqua Electionum Acta* n. 49: 50. (quorum bonam partem excellenti in his studiis viro, jam supra laudato, Stephano Baluzio debemus) & nonnulla alia ad Res Electorum

PRÆFATIO

pertinentiâ n. 10. (a) 48. itemque ad publicam Imperii pacem n. 8. Item Austria co Helvetica, à n. 9. (a) ad n. 10. (c) Luxemburgica n. 37. (a) ad 39. (b) & id genus plura. Et multa quidem jam in præfatione priorè disseruimus de *Origine Electorum*; quibus addere nunc operæ pretium est reperiri vestigia juris nascentis circa Ottonis IV. tempora tum in Epistolis Innocentii III. tum in Gervasio Tilberiensî. In Epistolis Innocentii est deliberatio ipsius Papæ inter tres Imperii candidatos Fridericum, Philippum & Ottonem, ubi hæc exrant verba: Cum tot vel plures ex iis ad quod *principaliter* spectat Imperatoris Electio, in eum (Ottonem) consensisse noscantur &c. Et si autem non satis appareat, quos intellexerit Pontifex, an forte Archiepiscopum Coloniz Adolphum, & Henricum Ducem Saxoniz Comitemque Palatinum Rheni (duplicem personam sustinentem) Ottonis Fratrem; illud tamen manifestum est jam tum visum ad aliquos magis principaliter Imperii Electionem spectare; qui scilicet ex reliquorum Principum *pretaxatione* (ut loquitur Albertus Stadenfis Abbas) solennem Electionem obibant, quod erat magnorum imperii officiorum. Gervasii autem in otis Imperialibus, capite de Regno Frincorum, hæc de Henrico VI. Imperatore verba sunt: Hic impetravit à suis subditis ut *cessante pristina Palatinorum Electione* imperium in ipsius posteritate distinctâ proximorum successione transferret, & sic in ipso terminus esset Electionis, principiumque successione [forte: *successivæ*] quanquam id Consilium Imperatoris adeo contra verum, ut potius in eius filio cessasse successione, cœpisse electionem dici possit. Interea discimus Palatinorum, id est magnorum aulæ seu palatii officiorum Electione vel in eligendo functione solemnî, Reges tunc promulgatos. Officiarii autem illi (præter tres Imperii Archiepiscopos Francos) erant quatuor, Dapifer, Pincerna, rei Equestris præfectus, & Camerarius, qui jam sub Ottone M. aliisque antiquis Imperatoribus memorantur.

Hæc porro verus eligendi succedendique forma, quantum lapsu temporum mutata sit cum alia jam priorè Tomo producta ostendunt, tum præsentia Acta Electionum Henrici Luxemburgici vulgo dicti VII. (quanquam id nomen jam datum reperiat Henrico Friderici II. filio) & Wenceslai, quorum ille Caroli IV. Aureæ de Electionibus Bullæ auctoris pater, hic filius fuit. Quod si talia plura prodeant, paulatim series rerum getitarum Electoralium, magis in clara luce ponetur. Memorabile autem est in Henrici Electione, cum tunc plures Duces Saxoniz jus eligendi simul habere adhuc nonnullis viderentur (nondum enim Aurea Bulla Caroli IV. id uni ex stirpe vindicaverat) majoris caurionis gratia omnium consensum intervenisse. Et paulò post duo filii Ludovici Bavari, qui Henrico VII. in imperio successit, cum essent Marchiones Brandenburgici, in dipl. anni 1370 quod hic datus n. 48. sese ambo Archicamerarios vocant; idque, quod triseris sub ipso Carolo IV. & post conditam jam Auream Bullam, adeo ista olim in ambiguo versabantur.

De cætero ad res imperii pertinet n. 8. Fædus *publicæ pacis* 123. inter civitates primum Rhenanus inirum, cui accessere Archiepiscopi & alii Principes; turbatissimis tunc scilicet post Friderici II. mortem, incerto successore, imperii rebus. His adjungi possunt *Rudolphi primi quedam* qui finito demum magno illo interregno successit, veluti forma pacis quam ejecto Ottocaro Bohemo per terras Austriacas promulgavit 126. n. 9. (a) & Laudum Concordiz inter ipsum & Ottocaram n. 9. (b) itemque singularis constitutio, qua idem, si quid sibi humanitus acci-

dat,

dat Ludovico Comiti Palatino Duci Bavariz, tanquam *vicario Imperii* ex antiquo jure, Austriam committit, donec imperio de principe provideatur per majorem Electorum partem n. 10 (a) ubi duo notatu digna sunt, Vicariatus imperii tanquam ab antiquo, cum tamen vix ulla ejus apud vetustiores vestigia reperiantur; & autoritas numeri majoris jam hic asserta in Romanorum Regum Electionibus, quæ tamen diu adhuc postea fluctuavit, cum, ut in Ecclesiasticis ejus temporis Electionibus, sæpe adhuc quæreretur non tantum quæ *major pars*, sed & quæ *sanior esset*; videretur autem sanior in Ecclesia quidem quæ Papæ placuisset, (unde paulatim magna ejus in conferendis beneficiis autoritas) in Republica, quæ armis vicerat, tanquam judicio Dei. Unde invaluerat opinio, Electum prope Francofurtum cum exercitu expectare æmulum debere, ut rata Electio haberetur. Sed hæc anarchizæ vestigia sustulit Carolus IV. Bulla & jus eligendumque incertitudine liberavit.

Supereff ut cætera velut per saturam complectamur, uti *Friderici* II. Epistolam ex Syriâ 1224. quæ apud Petrum de Vineis non extat, de fœdere percussio cum Sultano, quo *Hierosolymorum* urbem & loca sancta Imperator recepit n. 45. Relationem *Legatorum Florentinæ Reipublicæ ad Sultanum Egypti* pro commercii tractatu ineundo missorum 1422. n. 35. quod unum Italica lingua scriptum huic Mantissæ inseruimus, versionem ejus non magis quam Gallicorum necessariam putantes, cum tanta sit cognatio utriusque linguæ inter se. & cum latina, ut unam tenentem altera non profus fugere possit. Fœdera & privilegia *Hansæ Teutonice Gallicæ*, inde ab anno 1483. ad nostra tempora n. 30. *Investituram Ducatus Slesvicensis primam* sub nomine Ducatus Juriæ 1526, quam Rex Daniæ Waldemarus Gerardo Comiti avunculo suo dedit (quanquam jam Imperatorem Ottonem M. olim Marchionem Imperii in Skafwic constituisse veteres tradant) n. 46. Antiqua Austriacorum cum Helvetiis fœdera anno 1474. 1477. quorum tunc Rex Galliz conciliator fuit n. 10. (b. c.) Et quia nunc in ore omnium est controversia successions *Novi Castris, vulgo Neusschassel*, adjecimus n. 11. 12. 13. principum ipsiusque urbis antiqua fœdera cum Bernensibus, Friburgensibus, Lucernatibus, concessio apud has Republicas jure civitatis, &, ut sic dicam, incorporationis anno 1406. 1438. 1495.

Quantquam autem consilium fuisset, non nisi ea in hac Mantissa proferre, quæ primi Tomi limites non transilirent, neque anno 100. posteriora essent; quoniam tamen hoc loco cognata sæpe uno fasciculo complexi sumus, quædam recensiora à reliquis divellere non est visum. Addidimus tamen & nonnulla ob causas singulares, velut *Tractatum Spirensen* n. 43. inter Carolum V. Imp. & Christianum Daniæ Regem conclusum 1544. quod Relatio de Rebus Danicis Angli his Negotiis à Rege suo adhibiti asseverasset, cum id fœdus ad Belgas Carolo V. subditos tunc pertinuerit, hodie fœderatas Provincias eo etiamnum niti. Et cum V. Cl. Thomas Rymerus pro humanitate sua in gustum magni operis sui, edendum nobis misisset fœdus perpetuæ pacis & amicitiz inter Reges & Regna Franciæ 18. Augusti 1617 quod *sub aureo Francia Sigillo* habet; nolimus beneficio ejus tam humaniter oblato, non uti. Itaque adjecimus hic n. 40. in specimen, ut quod ex Archivo Anglicano prodit cum eo quod ex Gallicis Tabulis dedit Leonardus Tom. 2. conferri possit. Denique Translationem Ditionis Ultrajectinæ ab Episcopo in Carolum V. tremque Acta absolutionis Henrici Magni, sive Quarti Galliarum Regis (licet utrumque sit superioris seculi) ne in aliud tempus differremus, fecit momentum eorum quæ in illis, paulo ante annotata, continentur.

P R Æ F A T I O

²⁰ Promissimus supra de novissimis aliorum Collectionibus aliquid dicere. Primus vir Nobilissimus & munere meritique in literas literarumque cultores insignis *Daniel & Nessel* anno 1690. Viennæ Austriae Indicem viginti sex in folio paginarum edidit, quo recensentur pacificationes & tædera, quæ edere constituerat. Titulus indicis hic fuit, quem ascribere placet, ut laudabile ejus consilium magis innotescat: *Prodromus Historiæ pacificatoris*, sive index Chronologicus in Corpus historico-politicum publicarum Pacificationum, Confœderationum, Ligarum, Conventionum, Transactionum, Pactorum, Tabularum fœderis, Instrumentorum Pacis, Neutralitatis, Commerci, Associationis, Provisionis, Guarantiæ, Recessuum Interimisticorum ab An. C. 1400. usque ad An. C. 1685. per totum terrarum orbem sancitorum & conclusorum. Quod ipsum ex variis probatissimis Historicis, Actis publicis, Archivis, nec non Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis multiplicibus documentis & subsidiis informatiis fidelissima sedulitate collegit, secundum expansorum Annorum seriem methodicè digessit, Origines & causas bellorum synopticè enumeravit, sopitis deinde Belligerantium armis ipsa subsecutarum Pacificationum instrumenta bonâ fide inseruit, brevique Deo volente, se editurum pollicitus Daniel de Nessel J. U. D. sacre Cæsareæ Majestatis Consiliarius & Bibliothecarius Aulicus.

²¹ Hunc secutus *Fridericus Leonardus* patria Bruxellensis, sed Parisiis rem librariam & typographicam cum laude curans, sex, in forma quam quartam vocant, volumina edidit Tractatum Coronæ Gallicæ cum aliis Europæ principibus aut rebus publicis conclusorum. Et vir elegantis doctus, ac scriptis civilibus ingenii plenis dudum cognitus, Amelotus Houssayus hederam operi suspendit egregiè, libello 1692. edito, cui titulus: *Preliminaires des Traités faits entre les Rois de France & tous les Rois de l'Europe depuis le Regne de Charles VII. ubi brevi narratione rerum ab illo tempore in Europa gestarum, tractatum illorum causas materialque perstringit.*

Jam versabamur nos in Codicis juris Gentium Tomi primi editione cum fama primum novi operis Parisini, deinde præliminaris dissertationis Amelotianæ conspectus, & index edendorum ad nos pervenit. Et cum nos altius cœpissimus, nondumque ad eum pertigissemus terminum, unde sibi initium statuerat Leonardus, statim omnia rescucimus ex nostro opere, etsi non pauca jam editioni parata haberemus, quæ illum sibi destinasse ex indice apparebat. Nam cum nos inopia non laboraremus, delectuque censuissemus utendum, vix quicquam edere constitueramus, nisi quod aut alibi non extaret, aut difficulter haberi posset, aut certè non nullius esset momenti. Itaque omnia omisimus quæ vel Nesselius vel Leonardus dare minzabantur. Factum tamen est ut duo tractatus nobis communes deprehendantur, quos scilicet ille post indicem editum videretur nactus, nam in indice præliminaribus adjecto non comparuere tractatus in opido Montis majoris in Æt Galliam & Lusitaniam 7. Januar. 1685. & tractatus ad stipulas supra mari inter Galliam & Angliam 3. Novemb. 1452. qui nunc collectionis Leonardinæ Tomo I. non minus quam in T. I. Codicis mei habentur. Caterum cum præoccupata omittre constituissem, accidit tamen per errorem in Tomo I. ut Tractatus Barcinonensis irreperet, quem jam promiserat index Leonardi, & in hac Mantissa. ut Tractatus Hanse Teutonicæ cum Gallia ex meo darem, quod eosdem in Leonardina collectione jam extare serius observassem.

²² Superest ut de *Collectione Batava* dicamus, quæ ab aliquot annis promissa,

promissa, ante paucos menses prodit. Equidem laudem & præmia industriae suae merito expectant Librarii & Typographi Batavi, qui insignia opera moliuntur; præsertim si non sua tantum sed & publica commoda respiciant. Optandum tamen esset (ne alia nunc tangam) ut paulò minis se præbereat faciles in recipiendis protrudendisque narrationibus autorum incomperta sibi mira cum fiducia pro veris venditantium; qua ratione credulo lectori imponitur, planeque Historia nostri temporis corrumpitur. Sic qui novissimè Descriptionem belli prioris inter Gallos Belgasque fœderatos Gallicè edidit, magnam rerum notitiam, & oculare in plerisque testimonium professus; adeò tamen in maximis rebus aberrat, ut Carolum II. Magnæ Britanniae Regem assensu Parlamenti Batavis bellum intulisse scribat: & victoriam apud Treviros reportatam de leero Crequi exercitu, Duci Lotharingæ tribuat, qui ne affuit quidem, & exiguam milium manum adduxerat; Cellensi interim Duce & Osna-brugensi Principe fratribus nec nominatis, quorum tamen copiis maxima exercitus pars constabat, auspiciisque & consiliis, præsentique fortitudine res transacta est. Sed ad eam de qua agitur Collectionem Batavam Tractatum Pacis Fœderumque & similibus Actorum redeo.

In eam collata sunt plurima, sed ferè tantum ex jam editis, velut ex Goldastinis multa, ex meis pleraque, Leonardini vero tractatus pene omnes; quibus & Theatrum pacis, & nonnulla alia id genus accessere; & Aizema, & Victorius Sirius, & tales alii symbolas suas contulere, undetandem ingens & cætera non habentibus profutura Compilatio quatuor in folio Voluminum excrevit, ubi Vir quidam, ut apparet perdoctus notas utiles subinde aspersit ex Historia. Quæ alio quam Latino aut Gallico sermone scripta erant, iis versio Gallica accessit, quod non exiguum neque spernendi laboris atque etiam, ut rectè allequare, doctrinæ fuit. Miror ubi mea in suum opus transtulere Batavi Editores, distinctiones typorum à me studiosè passim curatas neglexisse, quæ tamen valde placuerant peritis, ut pene notarum instar habere fuerint visæ, dum singularia quæque velut indice digito designantur. Inscriptiones ego dederam Latinorum Diplomatum Latinas, Gallicorum Gallicas; plerumque quales repereram in originalibus meis, sed Batavi editores semper Gallicam præfixere: nonnunquam in ipso Textu Gallicas versiones fontibus prætulere. Ita cum Tractatum Ludovici XI. cum Helvetis Latino sermone dedissem, quo scriptus erat, (quod libenter facere soleo) illi Gallicam versionem aliunde maluerunt; quemadmodum & Concordata Germanicæ nationis Gallicè prodixerunt ex Heissio, & Gallicæ tamen Nationis Latinè ex Rebuffo.

Lacunas in nostris crebras, de quibus queritur curator Editionis Batavæ, credo ipse pro æquitate sua non nobis sed Codicibus nostris imputabit, agnosceretque quanto difficilius sit ex manuscriptis, iisque sæpe admodum corruptis aliquid edere, quàm transumere ex impressis. Innumera certè sunt restituta partim ex ingenio & serie rerum, partim ex fontibus, unde res hausas constabat: ita tamen, ut nihil facile in corrigendo textu nisi certum admitteremus, dubia verò stellis vel uncis designaremus. Interdum ab alijs jam edita, cum aliter nacti essemus in Misto, reddidimus ad nostrum exemplar varietatis causa; libentius utique, cum pristina editio aliquid dubii haberet. Itaque in Concordato inter Imperatorem Henricum V. & Papam Calixtum, quod Tomi I. initio occurrit, testes omisimus, quos exhibet Goldastus, quia alii Codices aut non aut variè illos habent. Corrupta autem & depravata ibi quædam esse indicat vel unus inter testes nominatus Bruno Dux Saxonie, qualis illo

P R Æ F A T I O

tempore nullus erat. Equidem solent non raro suppleri principes ex hujusmodi Actis, qui aliis Historicis ignorantur; sed, ni fallor notior est Historia Saxonica ejus temporis, quam, ut tale quid suspicari possit. Et Magno vel Magnoni Duci sine masculo hærede defuncto Lotkarium (qui postea regnavit) ab Imperatore substitutum constat; neque tunc plures simul erant Saxonix Duces, ut postea in morem ivit.

congregatis Rev. D. Vicecancellarius tanquam Prior Cardinalium dixit: eos ad custodiam Conclavis deputatos esse, propterea de fideliter custodiendo Conclave ipsum & Palatium & non permittere Cardinalibus aliquam inferri violentiam, ac Canonicas sanctiones observare velle, super hoc disputantes [deputatos] jurare oportere: Sic nos Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia; & accepto per eundem Vicecancellarium breviario aperto, accesserunt ante eum singuli custodes & supra deputati ibidem præsentibus & genuflexi tactis scripturis ejusdem Brevarii ambabus manibus præmissa se observaturos jurarunt: tum ad sua loca redierunt singuli & Reverend. Domini Cardinales ad suas Cameras receperunt se. Deinde Reverend. Dominus Camerarius accepto intorticio, nobis Clericis Ceremoniarum ipsum comitatus, totum Conclave circum etiam per caminum secundæ aulæ & in duobus locis pro necessariis dimissis ne quis ibi esset absconditus, qui Conclavi non deberet interesse: & nemine reperto clausa est conclavis porta duabus ferraturis præter *sportellum*, quarum ambarum clausurarum claves custodes ab extra mihi consignaverunt. Habebat porta ipsa circa medium sportellum quasi quadrum duorum palmorum vel circa pro ministrandis cibariis & aliis necessariis quod duabus clausuris ferrabatur, una ab extra, cujus clavem Custodes prædicti servabant, alia ab intris cujus clavem ego retinui: quo facto venerunt *Cornuta Cardinalium extra ad sportellum cum cibariis eorum*, quæ nos ibidem accepimus & singulis Cardinalium servitoribus ministravimus eo ordine, quem infra dicemus & fecerunt prandium Reverend. Domini Cardinales, deinde servitores sui & nos cum ipsis: erant autem in Conclavi Cardinalium Reverendissimorum viginti quinque, quorum quilibet duos servitores habebat, exceptis Mediolanensium & Gerundensium Cardinalibus infirmis, quorum quisque tres habebat; ultra quos intertuerunt Abbas sancti Sebastiani sacrista cum uno famulo, quod tamen fuit præter solitum & debitum, quia solus debebat interesse: accepit autem illum, ut sibi flaskos & alia colligeret, quæ de munitione Cardinalium superessent; & duo nos Clerici ceremoniarum, ac duo Medici: quorum omnia nomina & cognomina inferius annotabo. Johannes Paulus de Boisis Abbas Monasterii sancti Sebastiani extra muros urbis, *Sacrista Capelle* sanctissimi Domini nostri Papæ. Ego Johannes Burchardus Argentinensis, & Johannes Maria de Podio *Clerici Ceremoniarum* Capellæ prædictæ. Cum Reverend. Domino Cardinale Vicecancellario Domini, Jacobus Casanova & Johannes Lopes Abbreviatores de Parcominori. Cum Reverend. Domino Cardinale Neapolitano Domini, Colathomasius Runchellus sedis Apostolicæ Prothonotarius, & Matheus Manunus litterarum Apostolicarum scriptor. Cum Reverendissimo Cardinale sancti Marci D. Johannes Laurentius de Venetiis scriptor Apostolicus & Matheus de Aliprandis Canonicus Paduanus, Cum Reverend. Domino Cardinale sancti Petri ad vincula Domini, Tadius de Viterbio & Bartholomæus de Ruere scriptor Apostolicus. Cum Reverend. Domino Cardinale sanctæ Mariæ in Porticu Domini, Balthasar de Cantagallis & Christophorus de Puteo. Cum Reverend. Domino Cardinale Mediolanensi Domini, Cicchus de Palumbaria sollicitator litterarum Apostolicarum, Joannes Gualtes & Liberatus de Bartellis: horum unus videlicet secundus fuit deinde remissus per Cardinalem, & alius acceptus prout infra dicitur suo loco. Cum Reverend. Domino Cardinale Novariensi Domini, Joannes Petrus Arivabenus Secretarius Apostolicus & Joannes Philippus de Mediolano. Cum Reverend. Domino Cardinale Amalfitanensi Domini, Laurentius de Mari Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de urbe & Hyeronimus Calagianus.

gianus. Cum Reverend. Domino Cardinale Matisconensi Domini, Philippus de Lucca & Humbertus Croletti Barbitonsor suus. Cum Reverend. Domino Cardinale sancti Angeli Domini, Balthasar de Blandrate & Thomas Probst. Cum Reverend. Domino Cardinale Vlixbonensi Domini, Gesvaldus Alphonfi & Nagotinus de Florentia sollicitator litterarum Apostolicarum. Cum Reverend. Domino Cardinale Racanatenfi Domini, Franciscus Bartellaj Pœnitentiarius Ordinarius in Basilica sancti Petri & Bernardus de Cuppis de Montefalco scriptor Apostolicus. Cum Reverend. Domino Cardinale Agriensi Dominus Geraldus de Bombarginis & Joannes Franciscus de Cremona. Cum Reverend. Domino Cardinale sancti Clementis Domini, Jnannes Andræas de Grassis Placentinus & Lucas de Dulcibus Florentinus. Cum Reverendissimo Domino Cardinale de Arragonia Domini, Pacificus Amerinus & Abbas Rugius Iacu.* Cum Reverend. Domino Cardinale de Foscharis Domini, Bartholomæus de Chaxa & Jacobus de Faustionibus Presbyteri. Cum Reverend. Domino Cardinale de Comitibus Domini Cherubinus Quarqualius & Cæsar Rosa. Cum Reverend. Domino Cardinale Gerundenfi Domini Joannes de Roccaforti, Albertus Pedarlotus & Raphael Rocca. Cum Reverend. Domino Cardinale Parmensi Domini, Carolus Buccomus & Helinus Ducis. Cum Reverend. Domino Cardinale Senensi Domini Ginolfus de Castraotheo Clericus Cameræ Apostolicæ & Andræas Lucentinus de Piccolominibus scriptor Apostolicus. Cum Reverend. Domino Cardinale sancti Georgii Camerario Domini Petrus de Coita & Camillus de Tartagnis abbreviator litterarum Apostolicarum de prima visione seu parco minori. Cum Reverend. Domino Cardinale de Sabelis Domini Paris Montenzo & Ludovicus Sabinus Laicus. Cum Reverend. Domino Cardinale de Columna Domini, Petrus de Segobia & Joannes Mariani de Viterbio. Cum Reverend. Domino Cardinale de Ursinis, Domini Franciscus de Castello & Jacobus Alperinus laicus civis Romanus. Cum Reverend. Domino Cardinale Afcansio Domini, Bernardinus de Lunate & Franciscus de Curte. Magistri Jacobus de sancto Genesio & Theodericus de Cælegen Flandrens. Laici Medici. Nicolaus Jacomini Clericus Campanarius Capellæ supra dictæ, familiaris sacratæ ejusdem Capellæ.

§. 40. Prandio peracto post modicum intervallum Reverendissimi Domini Cardinales omnes convenerunt in tercia Aula Conclavis, ubi apportatis per cujuslibet servitorem scabellis confederunt in circulum positi & ego unum scabellum rubæum Capellæ nostræ & desuper campanellam propè Rev. D. Cardinalem Vicecancellarium Priorem, ut illa cum opus esset nos vocare posset; in hac congregatione Cardinales tractaverunt de Capitulis inter eos statvendis & ordinandis.

§. 41. Congregatis, ut supra Reverend. Dominis Cardinalibus omnes *Conclavista* supradicti convenerunt in Capella majori propè Altare majus, ubi concorditer deputaverunt & ordinaverunt Venerandos Viros, Dominos, Sinolfum de Castro Otherio Cameræ Apostolicæ Clericum, Joannem Petrum de Arrivabensis Secretarium Apostolicum, Philippum de Lucca, Joannem Laurentium de Venetiis scriptorem Apostolicum, Balthasarem de Blandrate, Franciscum Barchelaum & me Joannem Burchardum; ad recipiendum omnia bona in Conclave existentia futuri summi Pontificis illaque fideliter distribuendum inter Conclavistas prædictos; convenerunt quoque tidem Conclavistæ, quod Conclavistæ futuri Pontificis & alii ex supradictis qui Cathedralibus Ecclesiis sive metropolitans præficiuntur in Episcopos & Pastores, (ex promissione in dicto Conclave eis forsân facienda vel infra

fra mensem post coronationem futuri Pontificis, ante tamen divisionem bonorum prædictorum,) nihil habere debeant de spoliis supradictis, sed illa inter alios tantum dividi. Deinde omnes & singuli quinquaginta Conclaviæ supradicti eorundem Reverend. Dominorum Cardinalium in Conclavi assistentium tactis scripturis sacro-sanctis in manibus præfati D. Abbaris sacristæ ad sancta Dei Evangelia juraverunt & quilibet eorum juravit quod si Dominus suus Pontifex eligetur, de fideliter præsentando omnia & singula bona sua (hoc est ejusdem Domini sui quæ in Conclavi habet aurea, argentea, lapides præciosos, libros & qualiacunque bona sint, nihilo dempto) præfatis septem Dominis Deputatis vel alteri ex ipsis: aliud inter nos factum non est hodie.

§. 42. Finita congregatione Cardinalium aliqui ex ipsis redierunt ad Cameras suas, alii cum aliis hinc inde deambulantes confabulabantur, alii divinum officium persolvebant.

§. 43. Eadem die circa horam vigesimam secundam redierunt servitores Cardinalium ad ostium Conclavis, cum cibariis & potu pro cœna, quibus restituebantur vasa argentea quæ prandio apportaverant. Dedit tunc horam singulis, quod Conclavi hujusmodi durante deinceps singulis diebus circa horam quatuordecimam cum prandio, & circa 22. cum cœna Cardinalium advenirent.

§. 44. Feria sexta vigesima septima mensis Augusti summo mane Reverend. Dominus Cardinalis sancti Marci in Altari majori parvæ Cappellæ celebravit missam pro devotione sua ministrante tibi uno ex suis conclaviis, idem fecit post eum Cardinalis Aquensis & Marisconensis & quidam alii, si benè memini: deinde circa horam septimam Abbas sancti Sebastiani sacrista noster nobis sibi ministrantibus dixit missam publicam, in paramentis tamen sacerdotalibus tantum: interfuerunt omnes Cardinales induti super rochetum parvis capucinis coloris ipsis Cardinalibus magis placentis & desuper orociis coloris violacei obscuri, simbrias duorum palmorum vel circa post se trahentes, stantes ad scamna sua more consuero, Episcopi & Presbyteri in latere Evangelii, & Diaconi ab alio latere videlicet Epistolæ, digniores versus Altare: dicta per celebrantem oratione, Domine Jesu Christe qui dixisti &c. obtuli *Instrumentum Pacis* osculandum ipsi celebranti deinde singulis Cardinalibus, qui genuflexi erant in locis suis.

§. 45. Primo dedi Vicecancellario postea aliis per ordinem singulis dicens: Pax tecum; illis respondentibus: & cum spiritu tuo: in fine missæ ipse celebrans, stans, versus ad Cardinales, illis benedicebat, eos signans & dicens: Benedicat vos omnipotens Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus; nonnulli tamen asseriebant, quod ipse celebrans versus Cardinales genuflexus illis benedicere debebat, quod tamen mihi satis absurdum videbatur; cum *benedicens semper major sit benedicendo in eo actu*. Missam dixit de Spiritu sancto cum oratione: Deus qui corda fidelium &c. & sua præfatione, in quibus omisit illa verba: Hodierna die; primam orationem dixit sub sua conclusione, deinde aliam pro electione videlicet: Supplice Domine humilitate deposcimus &c. etiam sub sua conclusione, cum Gloria in excelsis, Credo, &c. ite missa est; in paramentis rubæis celebravit prout conveniebat: super Altari erat Crux in medio & quatuor candelabra hinc & inde posita. Missa finita Cardinales omnes redierunt ad tertiam aulam Conclavis, ubi apportatis ipsis per servitores suos scabellis confederunt in modum circuli, Vicecancellario campanellam penes se habente in alio scabello; ubi iterum tractaverunt super capitulis finendis, ut heri fecerant.

§. 46. Finita collocutione Cardinales redierunt ad Cellulas suas & fecerunt prandium quidam soli, alii unus cum alio & in aliquibus plures simul: peracto prandio aliqui Cardinales tractaverunt cum aliis de novi Electione Pontificis, quærentes & dantes media; & post aliquam moram convenerunt iterum Cardinales in tertia aula prædicta ubi tandem concluderunt *Capitula per singulos ipsos & futurum Pontificem promittenda*, juranda & votenda: manserunt autem simul in hac congregatione usque ad noctem.

§. 47. Sabbato, vigesima octava mensis Augsti summo mane incipientes plures ex Reverendissimis Dominis Cardinalibus celebrarunt Missas in Capella parva prædicta ut heri, deinde circa horam duodecimam sacrista noster celebravit Missam publicam omnibus Cardinalibus præsentibus similiter ut heri; finita Missa locavimus unam parvam mensam longitudinis 8. palmorum & latitudinis 4. vel circa consuetæ altitudinis inter parvum ostium per quod itur ad secundam aulam Palatii prædicti; & murum illi oppositum in medio ibidem quodam panno rosario, quasi duas cannas habente, cooperuimus; desuper posuimus unum horologium, campanellam, calamare cum inclaustro*, pennis vel calamis, & unum quinternum cartæ. Sacrista vero depositis sacris vestibus posuit in medio Altaris Calicem consecratum vacuum cum patena desuper posita. Servitores Cardinalium ponebant quisque ante suum Dominum scabellum erectum in modum pulpiti & desuper calamare cum inclaustro, penna sive calamo, unam candelam parvam & unum folium cartæ, in quo per capita scripta erant nomina omnium Cardinalium in Conclavi existentium hoc modo & ordine prout sequitur. Ibi dimissa hoc modo & ordine fuerunt tria folia in albis in consequenter sequitur. Reverend. Dominus Vicecancellarius. Reverend. Dominus Neapolitanus. Reverend. Dominus sancti Marci & sic de aliis. Posuimus etiam juxta mensam prædictam inter ea & altaria tria scabella, unum in medio, alia duo hinc & inde; ita quod desuper sedentes renes Altari versus haberent & inter eadem scabella sedem pulchram cum pomis aureis ex bruchato Cremesino compositam pro futuro Pontifice in ea locando. His sic ordinatis illi ex Conclavistis qui *Capitula per Cardinales ordinata scripserant videlicet Dominus Joannes Lopez, Dominus Joannes Petrus Arrivabenus, Joannes Laurentius de Venetiis & quidam alii, illa in sex quinternis scripta* (nam in duobus quinternis capitula omnia comprehensa triplicata fuerunt) de verbo ad verbum Reverendissimo Domino Vicecancellario obtulerunt, qui ea ad mensam prædictam accedens ibidem manu propria *subscripsit* in singulis sex quinternis prædictis; idem fecerunt post eum alii Cardinales suo ordine. Reverend. Dominus Cardinalis de Foscharo, finita missa ivit ad Cellulam suam & cum subscriberentur Capitula hujusmodi, Reverend. Dominus Vicecancellarius mihi dixit, ut præfato Reverendissimo Domino de Foscharo notificarem quod ad subscribendum ad Capellam venire dignaretur, quod & feci; respondit mihi, quod dimisso pro sua subscriptione spatio alii omnes subscriberent & omnibus subscriptis ibidem & ipse facturus esset: sic omnes subscripterunt dimisso pro eo spatio; postquam omnes alii Cardinales se (ut præmittitur) subscripterant de mandato Vicecancellarii portavi omnes sex quinternos prædicto Domino Foscharo subscribendos, qui mihi dixit: nequaquam subscribere velle, & quod quinternas in Capella supra mensam reponerem nihil dicens; sic feci & nemo quid à me interrogavit, tenor vero Capitulorum cum suis subscriptionibus de verbo ad verbum sequitur & est talis.

* inchiostro, pro encausto seu atramento.

§. 48. Cum Reverendissimi in Christo Patres & Domini S. R. E. Cardinales membra sint summorum Pontificum eisque assistant continuo & omnium omnium & Consiliorum participes sint; æquum censendum est & officio Parris in filios consentaneum, ut ampliori quam cæteri gauderent prærogativa, & quo plures sustentandæ dignitatis causa habeant ministros eo illis major ad bene merendum præbeatur facultas, hinc est quod nos omnes & singuli sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales infra scripti pro bono & felici regimine ac quiete nostrâ juramus ac vovemus Deo omnipotenti & sanctis Apostolis Petro & Paulo ac omnibus sanctis, Ecclesiæque suæ sanctæ promittimus, quod si aliquis ex nobis electus fuerit in Papam, ille statim ante publicationem electionis de se celebratæ jurabit & vovebit plene simpliciter & bona fide servare facere & cum effectu adimplere omnia & singula capitula infra scripta, nec non tres scedulas infra scripta Capitula continentes, manu propria signabit, sub forma verborum subsequen-
tium.

§. 49. Ego talis electus in summum Pontificem, præmissa omnia promitto, voveo & juro observare & adimplere in omnibus & per omnia purè & simpliciter bona fide realiter & cum effectu ad litteram sine aliqua excusatione & tergiversatione & interpretatione verborum sub pœna perjurii & anathematis à qua nec me ipsum absolvam nec absolutionem a cui committam; sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia: ac volo, quod dictæ scedulæ & earum quælibet vim decretalis & constitutionis perpetuæ inviolabiliter observandæ cum decreto irritanti habeant; & si quicquam per me secus factum fuerit & in aliquo contravenire vel dispensare tentavero, id nullius sit roboris vel momenti, & nihilominus ipsa Capitula & quodlibet ipsorum in suo robore & firmitate permaneant: quodque scedulas prædictas tenere & conservare apud se debeant tres Cardinales, cujuslibet ordinis Priores, ad petitiones eorum sacri Collegii, nulli unquam eas assignaturi sine omnium Cardinalium expresso consensu: nec non infra tres dies post coronationem meam dabo tres bullas ejusdem tenoris servandas per Priores cujuslibet Ordinis, ut supra: *Tenor vero Capitulum prædictorum sequitur & est talis.*

§. 50. Ego N. electus in Papam voveo, promitto & juro omnipotenti Deo & sanctis Apostolis ejus Petro & Paulo & omnibus aliis Sanctis ac Ecclesiæ sanctæ Dei præfatæ facere attendere & observare & efficaciter adimplere omnia & singula infra scripta videlicet.

§. 51. In primis de proventibus Camerae Apostolicæ dare & solvere seu dari & solvi facere centum florenos auri de Camera omni mense cuiuslibet Cardinali non habenti integrè de proventibus Ecclesiasticis & Capituli (scilicet) quatuor mille florenos annuatim quousque ei provisorum, sit de dicta summa in redditibus, & Cardinales omnes habentes quæcunque beneficia Ecclesiastica *etiam incompatibilia* in titulum vel in commendam manutenebo & defendam in possessione eorundem.

§. 52. Item ut mihi ab eisdem Cardinalibus libera perveniant Consilia non apponam nec per quempiam apponi permittam manu in persona vel bonis alicujus ex eis, nec aliquid in eorum statu & provisione mutabo quacumque ratione, causa vel occasione sine expresso Consilio & consensu *duarum partium Dominorum Cardinalium*, nec aliquo modo procedant, aut procedi mandabo vel permittam contra aliquem ex eis, nisi assistentibus & consentientibus tribus Cardinalibus uno v. g. ex quolibet ordine eorum per ipsos Cardinales seu majorem partem eorum ad hoc deputandis, nec damnabo aliquem ex eis nisi convictum numero tertium expresse *ex Constitutione Silvestri Papæ facta in Synodo qua incipit*
Presul

Præful non damnatur, & servabo eos liberos & exemptos ab omni *daco* & *gabella* prout tempore sanctæ rec. Reverendissimorum Dominorum Nicolai quinti & Calixti terrii Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum factum fuit, nec eis, Ecclesiis, monasteriis & aliis beneficiis Ecclesiasticis per eos pro tempore obtentis ullum decimæ, subsidii aut alterius oneris quocunque nomine nuncupatum gravamen quacunque ratione vel causa imponam: & ab iisdem Cardinalibus pro Ecclesiis & Monasteriis quibus eos præfici, & beneficiis quibuslibet Ecclesiasticis, de quibus eis pro tempore provideri in titulum vel commendam continget, sub annatarum seu mediorum fructuum, minorum servitorum, seu alio quocunque nomine nil penitus exigam aut ab eis etiam sponte offerentibus & solventibus recipi seu exigi faciam vel permittam, quoquo modo directè vel indirectè: privilegiaque eorum omnia & singula illæsa qualiacunque sint conservabo & si aliquæ obligationes in Camera Apostolica ratione prædictarum annatarum reperiantur eas in totum aboleri faciam & cassari.

§. 53. Item cum Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ assidue assistant summo Pontifici & proinde debeant specialibus prærogativis & privilegiis gaudere; ex nunc concedo ipsis Cardinalibus plenariam & liberam dispositionem omnium & singulorum Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum & officiorum ac Canonicatum & præbendarum aliorumque officiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura; ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, confirmationem, institutionem seu quamvis aliam similem vel dissimilem dispositionem eorundem, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Dignitatum, Personatum, Administrationum & Officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, quibus præfunt & quæ obtinent, eosque præesse & pro tempore obtinere continget in titulum vel commendam, seu alias quocunque jure vel titulo quomodolibet spectantium; quodque expectativæ, gratiæ speciales, reservationes, mandata de uniendo & quævis aliæ dispositiones ac regulæ Cancellariæ, dignitatum majorum & principalium aliorumque beneficiorum & familiarium Cardinalium aut Romanorum Pontificum seu eorundem aut dictæ sedis officialium, seu alias quovis modo reservationes generales sive speciales continentes sive inducentes; constitutiones etiam præcedentium innovantes aut aliàs quomodolibet affecta facientes; ad dicta Monasteria, Prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes & officia, Canonicatus & præbendas, aliæque beneficia nullatenus se extendant, sed de ipsis pro tempore quomodolibet *extra Romanam Curiam* etiam cessantibus commendis illorumque [quibus] commendatæ forent [morte] vacantibus Cardinales ipsi liberè disponant: perinde ac si gratiæ expectativæ speciales & aliæ reservationes, affectiones, uniones, constitutiones & mandata hujusmodi non apparerent.

Cum vero illa *in dicta Curia* vacare contingat, nisi de expresso consensu ipsius Cardinalis Ordinarii ceu commendatarii* in expeditione litterarum desuper adhibendo, sine quo provisiones ipsæ nullius sint penitus roboris vel momenti. Ecclesias quoque Monasteria, præposituras, Prioratus, Præposituras, dignitates, personatus, administrationes vel officia, Canonicatus & præbendas, reliquæque beneficia Ecclesiastica secularia & ordinum quorumcumque regularia cum cura & sine cura, qualiacunque, per obitum, promotionem seu quamvis aliam dimissionem, vel dispositionem familiarium continuorum, Cofmensalium eorundem pro tempore etiam apud sedem præfatam vacantia, etiam si familiares ipsi decedentes illa in titulum vel ut unia aliis beneficiis Ecclesiasticis per eos obtentis

entis ad eorum vitam obtinuissent & illa obtinentes Apostolicæ sedis Notarii, Capellani, Cubicularii, Nuncii, Litterarum Apostolicarum Abbreviatores, Scriptorum seu aliam ejusdem sedis Officiales aut quavis alia quavis aliam reservationem generalem vel specialem seu affectionem inducente qualificari, & mei aut prædecessorum meorum Rom. Pontificum familiares continui Commensales antea fuissent & impostero tempore, de consensu Cardinalis eorum in litterarum desuper expeditione interveniendo, & non aliter, conferam, aut disponam de eisdem: ita ut si fecerint, id totum nullius sit roboris vel momenti. Et si beneficium quod vacare quomodocumque contigerit cujus collatio jure ordinario ad aliquem ex Dominis Cardinalibus spectaverit & pertinuerit, volo, quod collatio & provisio per ipsum Dominum Cardinalem Collatorem fiat, etiam si illud obtinens alterius Cardinalis familiaris continuus commensalis fuerit. De quibus fiet specialis regula in plena forma & ponetur in libro Cancellariæ & publicabitur in eodem dum & quoties Cardinalibus videbitur & placebit: & ultra dictam regulam expediantur Bullæ singulæ pro quolibet Cardinalium. Teneantur tamen illi quibus per Cardinales prædictos contigerit pro tempore provideri de beneficiis Ecclesiasticis hujusmodi dispositioni Apostolicæ, qualiter reservatis vel affectis & in quorum favore aliam contigerit per ipsos Cardinales disponi de eisdem, si illorum fructus, redditus & proventus annum valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem excederent; de super novam provisionem, vel aliam dispositionem à sede prædicta infra octo, si ultra; & quatuor menses, si citra montes consisterent beneficia ipsa, à die habitæ pacificæ possessionis eorumdem obtinere: & ex toto etiam quoad Cameram Apostolicam jura propterea illi debita solvendo litteras Apostolicas desuper expediri: Alioquin beneficia ipsa dictis mensibus decursis vacare censeantur eo ipso, nisi legitimo desuper impedimento detenti vel ipsis petentibus hujusmodi novam provisionem, & protestantibus, quod per eos non stat, contigerit illam denegari; quo casu ob non obtentam novam provisionem in nullo eis præjudicet.

§. 54. Item quod omnes & singuli Cardinales in electione mea præsertes, quos pro tempore & qui pro tempore fuerint quacumque de causa à Romana Curia se absentare contigerit ad Ecclesias suas vel quacumque loca etiam remota & extra Italiam cum liceitia mea vel verbo vel scriptis; gaudeant omnibus & singulis privilegiis consuetis ac si præsertes existerent in omnibus & per omnia absque alia interpretatione vel tergiversatione.

§. 55. Item omnes & singulas absolvendi dispensandi & alia faciendi facultates, privilegia, concessionem & indulgentias, quæ à fel. rec. Sixto Papa quarto & quocumque alio prædecessore meo in favorem Cardinalium eorumdem in genere vel in specie quomodolibet hæcenus emanarunt, approbo & confirmo, manuteneo & observo: & si id voluerint, de novo concedam in amplissima forma, ita ut plenum debeant & possint fortiter effectum.

§. 56. Item cum in præfata Curia pro consuetudine ad illam celeberrimam expeditionem dudum fuerint instituta Cancellariæ Apostolicæ & Pœnitentiariæ ac Camerariatus officia, sintque Cardinalibus illa pro tempore obtinentibus de antiquo stilo & inveterata consuetudine præfate Curie seu expressa concessione prædecessorum meorum, certæ concessæ facultates vel auctoritates, & quædam attributa emolumenta; & ex ipsorum officiorum alteratione & perturbatione possent Curis præ-

cessore in eo loco pignoris tradita hactenus forent & concessa castra, civitates & loca vel jocalia Rom. Ecclesie, aut pro recuperatione eis debitæ quantitas aliqui redditus assignati; in hujusmodi pignorum & assignamentorum possessione manutenebo & conservabo, concessasque eis desuper litteras & scripturas approbabo & confirmabo meis litteris cum suppletione quorumcumque defectuum & uberiores illorum conservationem.

§. 59. Item cum sedis Apostolicæ plurimum intersit quod litteræ Apostolicæ quæ ad diversas mundi partes deferuntur accuratè & diligenter juxta struam Romanæ Curie expediantur & propterea in Apostolica Cancellaria sint dudum plurima officia instituta; & ut facti experientia demonstrat, litteræ, quæ aliundè quam per Cancellariam expediuntur pro tempore, persæpè in stilo & aliis necessariis sint defectivæ: intersit quoque ejusdem sedis, quod illarum sic expeditarum registra fideliter annotentur & conserventur insimul in uno eodemque loco: ideo pari modo volo, juro & promitto non expedire aut expediri permittere aliquas litteras Apostolicas aliunde quam per Cancellariam præfaram & illius officiales; litteris officiorum, civitatum & locorum temporalis dominii Rom. Ecclesie & illorum temporalitatem concernentium duntaxat exceptis; faciamque & mandabo illas omnes in registro generali litterarum Apostolicarum duntaxat, & non alibi, registrari; nisi essent litteræ officiorum & temporalitatis, quas in camera Apostolica * aut aliud negotium necessario secreto tenendum continerent, quas in uno libro secreto apud Secretarium registrari permittam.

§. 60. Item cum à nonnullis asseratur quosdam sanctæ Rom. Ecclesie Cardinales, timentes ne Romanus Pontifex eos sub colore alicujus legationis compellat à Rom. Curia secedere; nonnunquam abstinuisse & abstinere à liberè consultantando in Consistorio ea quæ eis videntur; intersitque Romanæ Ecclesie & Apostolicæ sedis, quod ipsorum Cardinalium animus sit in consulendo liber, & cesset in consiliorum eorundem exhibitione omnis formido, omnisque timor: pari modo voveo, juro & promitto non mittere aliquem Cardinalem invitum in aliquam legationem nisi necessitas mittendi sit vera & non ficta; sed duntaxat volentes & expressè consentientes, nec eos indirectè ad volendum & consentiendum per aliqua mala media quoquo modo inducere.

§. 61. Et insuper puritati conscientiarum eorundem Cardinalium consulere volentes prout * optare videatur; eos & quemlibet eorum à quibusvis criminalibus excessibus & delictis quantumcumque enormibus & gravibus per eos hactenus quomodolibet commissis & perpetratis, qualicumque sint; etiam si talia forent, quæ in generali expressione hujusmodi non comprehenderentur & requirerent nudam & pacificam [specificam] confessionem nec veniret, * & ad obtinendum eorum absolutionem ex quavis ordinatione individuum expressionem indigerent; effectque eorum absolutio, specialiter Romano Pontifici reservata, ex quavis causa necessariè exprimenda; nec non à quibuscumque excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis & inflictis seu promulgatis, etiam talibus quarum absolutio reservata simpliciter foret, ut præfertur: Apostolica auctoritate plenariè in utroque foro absolvo & totaliter libero; ac super quacumque irregularitate per eos aut aliquem eorum quomodolibet contracta simpliciter in utroque foro quoad omnes ordines & illorum etiam in Altaris ministerio ad Pontificalis officii executionem nec non præsidendum Ecclesiis, Monasteriis & aliis locis Ecclesiasticis, ac quoscumque actus exercendum plenissime dispense;

aboleoque & deleo omnem inhabilitatis & infamiæ maculam ex præmissis
provenientem qua quomodolibet resperfi forent; remitto quoque eis & eo-
rum cuilibet omnes & singulos fructus per eos forsan ex Ecclesiis, Mona-
steriis & beneficiis Ecclesiasticis qualitercunq; usque in hodie malè perce-
ptos eosque & quemlibet eorum ad pristinum innocentie statum in quo erant
tempore susceptionis sacri Baptismatis plenariè restituo, repono & reintegro;
& si qui eorum forent qui specialius absolvi & secum dispensari aliaque præ-
missa fieri forsan quovis respectu desiderarent cuilibet eorum concedo, ut
confessor idoneus, quem duxerit eligendum, presbyter secularis vel religio-
sus, cujusvis ordinis, etiam mendicantium, erga personam eligentis in in-
novanda absolutione dispensatione, abolitione & restitutione prædictis,
etiam criminibus & censuris specificatis, eadem prorsus plenissima & abso-
luta potestate & auctoritate fungatur, qua fungor ego, ut Cbristi Vicarius
Petrique successor; nihil pœnitus in hoc reservando.

§. 62. Item cum Romani Pontifices post editas in crastinum assump-
tionis eorum regulas & constitutiones in quarum editione adhiberi
confueverunt oportuna diligentia & intervenire nonnulli ex eisdem
Cardinalibus & aliis Romanæ Curie officialibus per se confueverint ede-
re alias regulas & constitutiones, in quarum editione persèpe tanta ac-
curata diligentia non adhibetur; voveo, juro & promitto in his quæ per
me edi contigerit & constitutionibus post primam editionem solitam
nunquam Cardinales includere, nisi illæ [consensu] eorundem Cardina-
lium, seu majoris partis eorum ederentur; de quo constat per subscri-
ptionem trium Priorum ordinum eorundem in constitutione & regula
[quæ] sic edita ad Cancellariam Apostolicam legenda transmitteretur. In-
hibeo quoque Vicecancellario & ejus locum tenenti ne aliquam regulam
& constitutionem in qua Cardinales expressè nominarentur, favorem
eorum non concernentem, in eadem Cancellaria permittat publicari aut
in libro regularum ejus annotari & describi, dum & quoties de consensu
ipsorum Cardinalium facta non fuerit, & per tres priores ordinum eo-
rundem non subscripra.

§. 63. Item cum ex concessione specialium reservationum, quas Ro-
mani Pontifices prædecessores mei & præsertim fel. rec. Sixtus Papa quar-
tus concesserunt, varia incommoda & scandala persèpe sunt exorta;
credaturque communi opinione omnium Curialium, expedire sedi
Apostolicæ & Romanæ Curie ab illarum concessione, quas communis
opinio damnat, abstinere; etiam voveo ac juro & promitto nulli speci-
ales reservationes, quæ per Cancellariam Apostolicam juxta illius stylum
expediri solitæ non sunt concedere, & ab earum concessione penitus
& omnino abstinere, & non permittere, quod aliquis hætenus con-
cessis & quas concedi contigerit, utatur, & ex eis effectum reportet
quoquo modo.

§. 64. Item cum providè consideratum sit, quod castella & Serræ
S. R. E. quæ in locis præpropinquis huic alienæ urbi sunt in plena & stabili
obedientia sedis Apostolicæ & cum majori subditorum satisfactione &
consolatione gubernabuntur, si singulæ singulis Cardinalibus tenendæ &
possidendæ cum ipsarum arcibus & integra jurisdictione & omnibus red-
ditibus assignabuntur & traderentur, quæ si conjunctim sub governa-
toribus ejusdem sedis, ut hætenus factum est, retinerentur; unde ma-
gistra experientia retrò actus temporibus, adveniente sedis vacatio-
ne & nunc notissimum apertum est, defectiones & rebelliones ipsa-
rum terrarum provenisse cum maximo Romanæ Ecclesiæ dedecore &
detrimento.

§. 65. Idcir-

§. 65. Idcirco hujusmodi consideratione mori attendentes etiam quod aliàs talia per superiores Pontifices prædecessores meos excogitata fuerant, licet executioni minus demandata; juro & promitto quod unicuique Dominorum Cardinalium qui nunc sunt & pro tempore fuerint, unam terram seu castellum in locis propinquis, ut supra cum illius arce, si eam habuerit, ac plena Jurisdictione & singulis redditibus & proventibus illius tradam & assignabo ad vitam duntaxat illius Cardinalis regendum, tenendum & possidendum, ut etiam ipsi Domini Cardinales locum aliquem specialem habeant in quem liberè vel ad declinandam pestem vel recreationis suæ causâ possint se recipere; ita tamen quod iidem Cardinales in manibus meis jurabunt, quod officiales & Castellanos suos, quos in hujusmodi terris & arcibus deputabunt, obligabunt sub speciali & expresse juramento; quod superveniente obitu Cardinalis aliquam terram vel castellum sic possidentis, illam vel illud cum arce, si habuerit, in manibus meis vel successorum meorum liberè & expedite statim sine ulla exceptione tradent & consignabunt.

§. 66. Item cum multi ex Dominis Cardinalibus hic præsentibus nonnullas Ecclesias Cathedrales, Monasteria, prioratus, præpositus, dignitates, administrationes, officia & alia beneficia Ecclesiastica, sæcularia vel quorumvis ordinum regularia, quæ obtinebant & possidebant, resignaverint, seu eisdem commendis cesserint; & imposterum quæ obtinent & possident aut obtinebunt & possidebunt resignare seu cedere in aliorum favorem intendant: Promitto, juro & voveo concedere, prout de præsentibus concedo ipsis Dominis Cardinalibus, qui hujusmodi Ecclesias, Monasteria & alia Ecclesiastica beneficia etiam resignaverint aut resignabunt sive eorum commendis cesserint aut cedent imposterum; quatenus cedentibus his, qui per hujusmodi resignationem sive cessionem Ecclesias, Monasteria ipsa & alia beneficia Ecclesiastica etiam obtinuerunt, liberum & plenissimum ad easdem Ecclesias, Monasteria & Ecclesiastica beneficia habeant regressum; eorundemque possessionem ipso jure repetere & de novo capere liberè ac plenissimè possint & valeant; etiamsi non habuerint *bullas regressus* à Pontifice Papa Sixto.

§. 67. Item promitto, voveo & juro, quod omnem favorem auxilium & auctoritatem meam interponam, quod tam Cardinales S. R. E. quam alii, qui beneficia Ecclesiastica canonicè assecuti fuerint, & ad possessiones eorum non admittuntur vel hætenus admissi non sunt, seu eorum fructus quomodolibet in beneficiis pacificè hætenus possessis impediuntur; integrè & liberè & bona fide etiam percepti restituantur, adhibeboque circa, ut & æquitas postulat, omnem diligentiam, nihilque prætermittam.

§. 68. Item promitto, voveo & juro quod Canonicatus & præbendas Basilicæ sancti Petri Lateranensis ac Sanctæ Mariæ majoris de urbe Ecclesiarum & alia omnia & singula beneficia in dictis Basilicis & Ecclesiis ac aliis quibuscumque vacantia seu deinceps vacatura non conferam neque commendabo neque de ipsis aliquo modo providebo aliis, quam *Civibus Romanis*, etiam si Monasteria, prioratus, vel quævis alia beneficia quorumcunque ordinum regularia forent, & idem facturos se obtulerunt & obligarunt Domini Cardinales de beneficiis ad ipsorum collationem spectantibus ratione titularum aut commendarum suarum, quas in urbe obtinent seu pro tempore obtinebunt; & similiter de officiis hujus æmæ urbis, consuetis dari Civibus Romanis, non providebo nisi ipsi Civibus; & de Prothonotariatu Capitolii, non obstante ejus unione facta hospitali S. Spiritus in Saxia per felicem recordationem Sixtum Papam quartum prædecessorem nostrum.

§. 69. Item cum sæpè contingat Cardinales ad Palatium Apostolicum se conferre variis ex causis, & Pontificem pro tempore existentem occupatum illico eos audire non posse, detrahaturque non modicum dignitati eorundem Cardinales si ipsos expectantes audientiam permixtum cum aliis non Cardinalibus in aliquo loco stare contingit prout nonnunquam factum fuit retro actis temporibus: ut hujusmodi abusus submoveretur, ut decet, & sanctæ dignitati non detrahatur; pari modo voveo, juro & promitto locum debitum & honestum eisdem Cardinalibus pro hujusmodi expectatione in Palatio Apostolico & loco Residentiæ in quo me esse contigerit assignare, & sub gravissimis censuris & pœnis cubiculariis & aliis ad quos pertinebit inhibere, ne ullo prætextu in illum aliquem introducant, etiam oratorem Imperatoris, Regum & aliorum Potentatum, etiam cum ipsorum Cardinalium mihi pro tempore expectantium expresso consensu, sed locum ipsum liberum dimittant receptioni & expectationi ac colloquutionibus Cardinalium prædictorum.

§. 70. Item promitto, voveo & juro, ut supra quod in specialibus & temporalibus, quæ graviora sunt & magni momenti, statum Ecclesiæ quoquo modo concernentibus nullam jurisdictionem aut administrationem promittam aut dabo quovis quæsito colore cuique hominum laico vel seculari cujuscumque conditionis aut dignitatis existat.

§. 71. Item promitto, voveo & juro quod si contingerit aliquem ex Potentatibus & Principibus secularibus occasione fortassis displicentiæ conceptæ ex voto alicujus, Cardinalis in præsentī electione Romani Pontificis aliter, quam voluisset, dato, redditus beneficiorum ipsius Cardinalis occupare; ex tunc eo casu de propriis pecuniis & *introitus* Romanæ Ecclesiæ eidem Cardinali tantum providebo & satisfaciā, quantum ex dicta occupatione de introitus suis amiserit.

§. 2. Item omnia gesta & facta sede vacante per obitum præfati Domini Sixti Papæ quarti prædecessoris mei per sacrum Collegium vel ejus Priores sive deputatos ab eodem sacro Collegio speciales Commissarios grata & firma habebo, tenebo & observabo, prout nunc habeo, teneo & approbo; cum facta fuerint urgente necessitate libertatis electionis.

§. 73. Item quod supra dicta capitula omnia & singula ad unguem servabo sub pœna anathematis nec unquam sub eisdem pœnis requiram Cardinales, ut in aliquo contraveniant prædictis capitulis: quod si petere, volo quod nullo pacto consentiant, imo observent omnia sub dictis pœnis & maledictionis aternæ: & si secus gratia vel timore fuerint accedente auctoritate & determinatione mea * obligantur similiter quicquid per me contra vel præter prædicta quacumque ratione gestum vel factum fuerit, sit ipso jure irritum & inane nulliusque momenti & roboris & pro infecto habeatur. Et nihilominus præmissa omnia & quodlibet ipsorum [serventur]; in cuius rei fidem & testimonium nos omnes manibus propriis nos subscripimus.

Ego R. Episcopus Portuensis Vicecancellarius prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego O. Episcopus Sabinensis Cardinalis Neapolitanus prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego M. Episcopus Prænestinus Cardinalis sancti Marci prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego B. Episcopus Tusculanus Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego

- Ego Jul. Episcopus Ostiensis Cardinalis sancti Petri ad vincula prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego S. Cardinalis Mediolanensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Johannes Cardinalis Novartensis prædicta omnia promitto, voveo & juro & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Joannes Baptista Cardinalis Melfirensis prædicta omnia promitto, voveo & juro & ad fidem manu mea &c.
- Ego Phil. tituli sanctorum Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis Marisconensis prædicta omnia promisi, vovi & c.
- Ego Joan. Cardinalis sancti Angeli, prædicta promisi &c.
- Ego G. Cardinalis Ulixbonensis, prædicta omnia &c.
- Ego D. Cardinalis sancti Clementis, prædicta vovi &c.
- Ego Ioannes Cardinalis de Arragonia prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Joannes Cardinalis de Comitibus prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Jo. Cardinalis Gerondensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me &c.
- Ego Jo. Jac. Cardinalis Parmensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me &c.
- Ego J. Cardinalis Senensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Revend. Cardinalis sancti Georgii Camerarius prædicta vovi, promisi, & juravi & ad fidem manu propria me &c.
- Ego Joan. Baptista Cardinalis de Sabellis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem propria manu me subscripsi.
- Ego Joan. Cardinalis de Columna prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem propria manu me subscripsi.
- Ego B. Cardinalis de Ursinis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria &c.
- Ego Ascanius Maria Cardinalis Sfortia Vicecomes prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria &c.

§. 74. Nos omnes & singuli sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales infra scripti pro bono & felici regimine atque conservatione status universalis Ecclesiæ juramus & vovemus Deo omnipotenti, sanctis Apostolis Petro & Paulo, atque omnibus sanctis Ecclesiæ suæ promittimus, quod si aliquis ex nobis electus fuerit in Papam post electionem de se celebratam statim jurabit & vovebit purè & simpliciter & bona fide servare facere & cum effectu adimplere omnia & singula Capitula scripta nec non infra tres dies post coronationem suam dare tres bullas ejusdem tenoris secundum Capitula infra scripta ad perpetuam rei memoriam; *Habentes vim decretalis & constitutionis perpetuæ* inviolabiliter observandæ cum decreto irritanti si quicquam secus factum fuerit; nec in aliquo contravenire vel dispensare, nisi prout infra in singulis Capitulis exprimitur, & hoc cum Consilio & assensu majoris partis Dominorum Cardinalium, quæ in quolibet Capitulo declarabitur; de quo quidem consensu constet per subscriptionem Dominorum Cardinalium easque Bullas prædictas tenere & conservare apud se debeant tres Cardinales cujuslibet ordinis priores ad pertitionem sacri Collegii, & nulli unquam eas assignari sine omnium Cardinalium expresso consensu.

§. 75. Inprimis jurabit & promittet quod adveniente casu necessitatis subveniendi fidelibus Christianis ad eorum defensionem contra perfidos Turchas idem summus Pontifex omnes *Aluminis seu apud Tolsam redditus* causa talis subventionis prædictæ * qui si summam quinque milium ducatorum non attingent, idem Pontifex tantum de aliis redditibus Ecclesiæ Romanæ dabit & exponet usque ad dictam summam; in qua tamen computari debeant provisiones Nobilium profugorum & expulsoꝝ ab infidelibus, quæ tamen octo millia excedere non debeant, ita, ut nunquam de dictis Aluminis redditibus dispensari & in alios usus exponi possit sub pœna interminationis & anathematis & sacrilegi; quodque redditus prædicti per Clericos Cameræ Apostolicæ & sacri Collegii insimul scribantur & computentur & computa eorum videantur, deputandusque depositarius teneatur prædictas pecunias exponere de mandato communi Clericorum Cameræ & Collegii secundum determinationem summi Pontificis & trium Cardinalium priorum & quolibet ordine, & in tali casu Cardinales de ipsorum pecuniis offerunt dare & solvere pro tali auxilio decem millia ducatorum pro rata solvendorum pro quolibet secundum ratam & proportionem reddituum suorum quorumcumque. Cum vero Deus concesserit generalem expeditionem validam & sufficientem concursu sanioris partis Porentatum, Principum & populoꝝ Christianorum ad offensionem ipsorum perfidorum Turcharum [& hostium] fidei; ultra Aluminis redditus offert bona fide & corde puro ducatos centum millia exponendos modo quo supra; omnes insuper Ecclesiarum decimas, prout videbitur, expedire; Indulgentias omnes vigesimas & trigesimas & alias quascumque compositiones, quæ utiles, necessariæ & supportabiles videantur. Cardinalesque ipsi viginti millia ducatos causa expeditionis generalis sponte offerunt promittentes efficaciter pro rata, ut supra, cum effectu solvere.

§. 76. Item quod Curiam Romanam in capite & membris reformaturam immediatè post tres menses post suam coronationem secundum consilium majoris partis Dominorum Cardinalium & deinde intimabit usque ad plenam perfectionem.

§. 77. Item quod dictam *Curiam non educet de urbe Romana*, nec transferet de loco ad locum, de provincia in provinciam sive de patria ad patriam intra Italiam quidem sine consensu & consilio majoris partis Cardinalium, extra vero Italiam sine consensu duarum partium, de quo quidem consensu debeat constare per subscriptionem eorum, ut evitentur scandala & pericula.

§. 78. Item quod quam primum commodè fieri posse videbitur, *Concilium generale celebrabit* aut celebrari faciet solenniter secundum formam antiquorum Conciliorum in loco tuto & comodo prout ei iustum videbitur & consultum fuerit per majorem partem Cardinalium; ad concitandos principes & populos Christianos ad defensionem fidei & generalem contra infideles expeditionem, ac ad *reformandam universalem Ecclesiam circa fidem*, mores & vitam tam respectu Clericorum secularium & regularium, quam Religioꝝ militiarium, & tam respectu Principum quam communitatum; & super eo quod pertinet ad iudicium & provisionem Ecclesiæ.

§. 79. Item quod creabit nec assumet aliquos Cardinales etiam precibus quorumcumque, Imperatoris, Regum, Ducum aut Principum nisi excedat trigessimum annum, sique *Doflor* vel in sacra pagina vel in altero iurium vel ad minus quoad filios vel nepotes Regum competentis litteraturæ & de consilio duarum partium DD. Cardinalium; de paren-

parentela & consanguinitate, sua non plures quam unum duntaxat qualificatum ut supra promovebit nec unquam excedet numerum viginti quatuor Cardinalium ubicumque & undecumque consistentium; & aliter vel alio modo creati post mortem Principis etiam interim exerceverint officium, sint inhabiles in Electione Pontificis activè & passivè, nec imposterum habeantur pro Cardinalibus: nec creabit unquam aliquem nisi prius reducatur Collegium ad numerum minorem viginti quatuor, & cum non excedant, ut prædictum est, ipsosque creandos subito publicabit, *nec eos tenebit secreto*, inque creatione eorum convocabit Dominos Cardinales omnes, qui commode venire poterunt in Italia existentes à Bononia vel Florentia citra: quodque exquisitio Minorum Cardinalium fiet *consistorialiter nec auriculariter* & hoc intelligatur in creatione Cardinalium tantum.

§. 80. Item quod nullam provisionem seu permutationem faceret de Ecclesiis Cathedralibus, Abbatibus, Prioribus & Magistratibus aut aliis quibuscumque in camera Apostolica taxatis & non taxatis etiam sub titulo commendæ administrationis vel alio quocumque titulo sive modo, nisi consistorialiter aut interveniente consensu saltem majoris partis Cardinalium; præterquam de his quæ conferret D. D. Cardinalibus & præterquam de Abbatibus quæ non excedunt valorem ducentorum Ducatorum & nihil ultra recipiat taxam.

§. 81. Item quod nullam facultatem præsentandi aut nominandi ad Ecclesias Cathedrales & Monasteria concedet Principibus secularibus aut Prælatibus Ecclesiasticis cuiuscumque conditione status aut qualitatis existant, sive Imperialis, Ducalis, Archiepiscopalis, Episcopalis vel cuiuscumque alterius præeminentiæ nisi de expresso consilio vel consensu majoris partis Cardinalium.

§. 82. Item quod nullam Bullam unquam expediri permittet seu alicui concedet per quam se astringat Principibus seu alicui ipsorum vel eos certificet quod nullas Ecclesias Cathedrales & Monasteria conferret nisi de ipsorum beneplacito aut voluntate.

§. 83. Item quod non deponet aut privabit aliquem ad petitionem alicujus Principis nisi juridice se instruat vel crimina sint notoria, & in Romana Curia partibus hinc inde auditis plenariè probata; nec eosdem Prælatos invitos transferet: nisi ex eisdem causis & propter illa notoria crimina propter quæ de jure veniret deponendus. Et si ex aliqua necessitate secundum constitutiones canonicas dandus fuerit alicui Archiepiscopo vel Abbati *Coadjutor*, non dabit nisi in forma juris omni *successione penitus remota*.

§. 84. Item quod bona Cardinalium & Religiosorum aliorumque Prælatorum nec non omnium Cardinalium seu Cortesanorum in Curia decedentium nullo modo occupabit vel occupari faciet, quacumque ratione vel causa, sed permittet juxta juris dispositionem vel consuetudinem & concessam facultatem & privilegia ac voluntatem decedentium, ut iidem decedentes de bonis ad ipsos quoquo modo pertinentibus prout eis placuerit disponant; liceatque eis absque alia licentia obrenta condere testamentum liberè & expedire non obstante bulla alias super hoc in favorem cruciata edita: aliis *religiosis vero non Cardinalibus qui propriam voluntatem ab se abdicaverunt, tantummodo exceptis*, quorum bona devolvi permittet ad illum vel illos ad quem vel quos pertinent de jure, consuetudine vel privilegio: nec de proventibus & juribus Capelli Cardinalium decedentium aliquid occupabit vel occupari faciet aut permittet; imo volet, ut sit liberum eisdem Cardinalibus, etiam Religiosis, de

Q

eisdem

eisdem proventibus & juribus testari & disponere ac facere prout eis videbitur ; & si eos intestatos decedere contingat , promittet quod jura & proventus hujusmodi eisdem decedentibus debita , transeant ad hæredes eorundem ad quos de jure vel consuetudine spectant , sublatis contrariis abusibus quibuscumque.

§. 85. Item quod nullam *infeudationem* de regnis, civitatibus & terris & castris insignibus etiam de rebus quæ consueverunt infeudari seu alienationem sub quocumque titulo etiam Vicariatus, pignoris, emphiteutis vel alterius contractus faciet in quamcumque personam Ecclesiasticam vel sæcularem aut communitatem de rebus & juribus & bonis spectantibus ad patrimonium Ecclesiæ ; aut diminutionem vel remissionem census terrarum Ecclesiæ faciet, nisi deliberatione prius habita Consistoriali & consentientibus duabus partibus Cardinalium cum eorundem subscriptionibus ; ita eodem modo de noviter acquisitis in Tuscia Marchia & Romandiola.

§. 86. Item quod nulli Regi, Duci, Principi aut communitati non subditæ sibi movebit guerram & cum eis ligam faciet ad inferendam alicui guerram sine expresso consensu duarum partium Dominorum Cardinalium.

§. 87. Item quod feudatarios regnorum & alios Vicarios quos de novo investiet, Capitaneos, Gubernatores, Castellanos, omnesque alios & singulos officarios de hujusmodi urbe * Romanam & aliarum terrarum patrimonii Ecclesiæ Romanæ, faciet jurare in eorum institutione obedientiam & fidelitatem Romanæ Ecclesiæ videlicet sibi & successoribus. Faciet insuper jurare supradictos feudatarios & officiales ceterosque in hoc Capitulo nominatos, quod sede vacante ad mandatum ipsorum Dominorum Cardinalium & expedient liberè sine ulla contradictione & de hoc dabunt cautionem & fidejussionem sufficientem.

§. 88. Item quod arces sancti Angeli, Civitæ vetulæ, Tiburti, Spoleti, Shanni & Cesenæ non concedet *alicui de parentella sua*, nec Prælaro, nec Seculari, sed aliis Prælati & Ecclesiasticis personis illisque non in longius tempus duorum annorum nisi de Consilio duarum partium Cardinalium aliter fieri videatur : neque faciet eundem Castellatum & Gubernatorem alicujus Civitatis ; Gubernatoresque Civitatum majoris importantiæ utpote Spoleti & aliarum similium, erunt Prælati & Ecclesiasticæ personæ, nec *Capitaneatum generalem* Ecclesiæ Nepoti nec alicui consanguineo suo concedet.

§. 89. Item quod super omnibus & singulis supradictis & dependentibus ex iis & aliis in quibus Consilium Dominorum Cardinalium requiratur, ut promotionibus ad Prælaturas duntaxat exceptis nullam Bullam unquam expediri consentiet in qua insit Ecclesia [s. clausula] videlicet *de Consilio fratrum nostrorum*, nisi prius realiter & cum effectu, consistorialiter vota fratrum super contentis in ea sint exquisita & major pars consenserit, & hoc subscriptione trium Cardinalium, unius ex quolibet ordine constet.

§. 90. Item quod supra dicta capitula omnia & singula faciet legi in Consistorio secreto præsentè sua sanctitate semel in omni trimestri videlicet in primo Consistorio cujuslibet trimestris ; & Domini Cardinales bis in anno videlicet Kalend. Novembris & Maij [convenient] sub pœna excommunicationis si non convenerint, nisi quis legitimè impeditus fuerit ; ad videndum cogitandum & examinandum utrum omnia & singula supradicta ferventur per Pontificem ; & si non ferventur, admoneant
eum

eum charitative & illum ad illorum observationem exhortentur usque ad tertiam admonitionem; ipsique Cardinales teneantur omnia observare sub pena excommunicationis, nec unquam votum contra superscripta dare; quod si fecerint vel gratia vel timore fecerint, ultra vinculum excommunicationis quo se ipsos ex nunc accedente etiam auctoritate & determinatione futuri Pontificis obligant similiter quicquid per ipsum summum Pontificem contra vel præter prædicta quacumque ratione actum vel gestum fuerit, sit ipso jure irritum & inane, nulliusque momenti & valoris, & pro infecto habeantur; Pontifexque futurus nunquam contrarium ab eis petet; quod si perierit, ex nunc vult, quod viriliter resistent, nec teneantur in eo casu ei obedire.

§. 91. Item quod de omnibus rogetur Notarius, qui stipulet omnia & singula Capitula nomine sanctæ Romanæ Ecclesiæ & sacri Collegii Cardinalium, & de his instrumentum & instrumenta facere & publicare teneatur. Scedula præsens, vel scedulae similes fiendæ, subscriptione & sigillo annulari futuri Pontificis muniendæ, habeant vim Bullæ; in casu quo ad triduum post coronationem non dederit sacro Collegio tres Bullas secundum tenorem superscriptorum Capitulorum prout in Capitulo primo sive proëmio continetur.

§. 92. Item quod hæc omnia & singula ratificabit & approbabit ante publicationem Electionis suæ mediante promissione voto ac juramento ac subscriptione sua in hanc formam.

Ego N. Electus & assumtus in summum Pontificem præmissa omnia & singula promitto, voveo & juro observare & adimplere in omnibus & per omnia purè & simpliciter & bona fide realiter & cum effectu sub pena perjurii & anathematis, à quibus nec me ipsum absolvam nec absolutionem alicui committam: ita me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.

Ego R. Episcopus Portuensis Vicecancellarius prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego O. Episcopus Sabinensis Cardinalis Neapolitanus prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego M. Episcopus Prænestinus Cardinalis sancti Marci prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego Jul. Episcopus Ostiensis Cardinalis sancti Petri ad vincula prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego B. Episcopus Tusulanus Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego S. Cardinalis Mediolanensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

Ego Johannes Cardinalis Novarientis prædicta omnia promitto, voveo & juro & in præmissorum fidem manu propria me subscripsi.

Ego Joannes Baptista Cardinalis Melfitensis prædicta omnia promitto, voveo & in præmissorum fidem &c.

Ego Phil. tituli sanctorum Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis Matisconensis prædicta omnia promisi, vovi &c.

Ego Joan. Cardinalis sancti Angeli, prædicta omnia promisi &c.

Ego G. Cardinalis Ulxbonensis, prædicta omnia &c.

Ego Hieronymus Cardinalis Racanatenis prædicta promisi &c.

Ego G. Agriensis Cardinalis prædicta juravi &c.

Ego D. Cardinalis sancti Clementis, prædicta vovi &c.

Ego Ioannes Cardinalis de Arragonia prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.

- Ego Joannes Cardinalis de Comitibus prædicta vovi, juravi & promisi, &c.
- Ego Jo. Cardinalis Gerundensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me &c.
- Ego Jo. Jac. Cardinalis Parmensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego J. Cardinalis Bononiensis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria me subscripsi.
- Ego Revend. Cardinalis sancti Georgii Camerarius prædicta vovi, promisi, & juravi & ad fidem manu propria me &c.
- Ego Joan. Baptista Cardinalis de Sabellis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem propria manu me subscripsi.
- Ego Joan. Cardinalis de Columna prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem propria manu me subscripsi.
- Ego B. Cardinalis de Ursinis prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria &c.
- Ego Ascanius Maria Cardinalis Sfortia Vicecomes prædicta promisi, vovi & juravi & ad fidem manu propria &c.

§. 93. Interim cum his diebus Capitula per Reverend. Dominos Cardinales tractarentur, ego ab aliis Conclavistis meis rogatus feci pro nobis omnibus rotulum per futurum Pontificem nobis signandum, quem hoc mane missa finita ante Capitulorum subscriptionem. Reverendissimis Dominis Cardinalibus in dicta Capella in suis locis sedentibus, ascitis mihi tribus seu quatuor ex Conclavistis stans circa mensam, ut supra, paratam summarie proposui verbo; omnium nomine supplicans, ut Cardinales ipsi per nos petita admittere per futurum Pontificem signanda & observanda dignarentur.

§. 94. Respondit primo Vicecancellarius & successive omnes alii: Placet; excepto Reverendissimo Domino Cardinali sancti Marci, qui respondit, placet de honestis. Quidam ex Conclavistis volebant me petere, quod singuli Cardinales in rotulo se subscriberent, sed cum id mihi & pluribus aliis non videretur honestum, quod verbis Cardinalium non crederemus, verbo suo satisfacti fuerimus. Tenor vero rotuli ponetur infra post Pontificis assumptionem.

§. 95. Subscriptis igitur Capitulis, ut supra dictum est, jussu meo omnes Conclavista ierunt ad magnam Capellam, similiter & Sacrista & Collega meus qui una mecum ostium dictæ Capellæ majoris servabant ab intus. Reverend. Domini Cardinales soli omnes manserunt in Capella minore; tum Reverend. Domini Vicecancellarius Episcoporum, Mediolanensis Presbyterorum, & Senensis Diaconorum Cardinalium Priores, accesserunt ad parvam tabulam ante Altare, ut supra paratum, & ibi in illis tribus scabellis confederunt renes Altari & facies aliis Cardinalibus vertentes. Vicecancellarius medius, ad ejus dexteram Mediolanensis & ad sinistram Senensis, ubi ipsis ac aliis omnibus Cardinalibus in suis locis sedentibus in silentio

§. 96. Reverend. Dominus Vicecancellarius paucis verbis exhortatus est Cardinales cum pro electione summi Pontificis congregati essent, quod quisque cogitare vellet eligere idoneiorem juxta dictamen conscientiæ suæ: & quia persæpe Pontificis hujusmodi electio per accessum perfecta fuisset, proposuit Cardinalibus, an hoc mane factò scrutinio fieri deberet accessus vel non: & supra hoc vota Cardinalium collegit, quorum major pars fuit, quod non fieret accessus hodie. Hoc igitur concluso
surre-

surrexerunt de scabellis suis Reverend. Domini Cardinales Vicecancellarius & Senensis; Senensis ad cornu Epistolæ Altaris se locavit. Vicecancellarius autem ante Altare genuflectens facta brevi secreta oratione surrexit, & votum suum quod in parva scedula manu sua propria scriptam & suo Sigillo manu tenebat ante Altare accedens prius deosculatum illam obtulit duobus digitis pollice & indice dextræ manus in calicem super eodem Altare positum; quo votum hujusmodi imponere volente Cardinalis Senensis patenam de Calice aliquantulum elevavit & voto recepto recuperuit, Vicecancellarius vero voto oblaro accessit ad *cornu dextrum Altaris videlicet Evangelii*, ubi mansit usque ad omnium *votum in oblationem*. Successit Vicecancellario Cardinalis Neapolitanus, qui de loco suo veniens oravit ante Altare & obtulit, ut supra, Vicecancellario & Senensi patenam hic & inde de calice aliquantulum elevantibus & reponentibus. Deinde ad locum rediit Neapolitanus, cui successerunt singuli Cardinales suo ordine. Cum ordo Mediolanensem tangeret quia ille infirmus se movere non poterat, Novariensis, qui ei succedebat, auro vota simul obtulit sigillata, ut supra. Omnibus votis in calicem ut supra oblaris Vicecancellarius & Senensis quisque calicem in suo latere acceperunt & reverenter super tabulam prædictam reposuerunt: ubi stantibus ipsis ut prius Vicecancellarius manu sua dextra calicem per nodum accipiens & sinistra patenam de super firmans, revertit calicem cum patena, ut scedula intus revolveret; tum illum, ut prius, ante se locavit & elevata sinistra manu aliquantulum patena, dextra manu unam scedulam quæ sibi primo occurrit, extraxit, duobus tamen digitis adhibitis, ut ab omnibus palam videri posset, quam scedulam dedit Senensi, qui eam etiam extensis apertis manibus aperiens publicè legebat & retinebat. Extracta scedula Vicecancellarius calicem, ut prius patena cooperiebat, quousque illa lecta esset, tum extrahebat aliam, sic fecit usque ad finem Scrutini. Erat autem *prioris Presbyterorum Cardinalium officium* calicem supra mensam detegere & tegere, tamen quia Cardinalis Mediolanensis eorum Prior infirmitate gravatus id facere non poterat, Vicecancellarius ejus in hoc vices supplevit: Erant autem scedula votorum hujusmodi tenoris.

§. 27. Ego Jul Episcopus Ostiensis Cardinalis sancti Petri ad vincula, *Eligo in summum Pontificem* Reverend. Dominum meum Joan. tituli sanctæ Cæcilie Presbyterum Cardinalem Melfitensem & Reverend. Dominum meum Dom. Raphaellem sancti Georgii ad velum aureum Diaconum Cardinalem & Reverend. Dominum meum Dom. Baptistam Beatæ Mariæ in Dominica etiam Diaconum Cardinalem de Urfinis. Cum Reverend. Dominus Cardinalis Senensis singulas scedulas hujusmodi legeret, singuli Reverend. Domini Cardinales in foliis, quæ ante se habebant, *annotabant* continuando: *Reverend. Dominus Cardinalis Melfitensis habet Cardinalem Ostiensem*; idem faciebant in nomine Domini Cardinalis Sti. Georgii & de Urfinis & sic de aliis. Lectis ut supra singulorum votis compertum est nullum ex Cardinalibus ultra decem vota habere imo solus Cardinalis Sti. Marci decem vota habuit. Cum autem necessaria essent futuro Pontifici vota septemdecim videlicet duæ partes ex tribus Cardinalium præsentium, non fuit hoc mane aliquid conclusum, sed votis lectis surrexerunt omnes Cardinales, quidam iverunt ad cameræ suas ad prandium, alii ad praticandum. Heri Cardinalis Mediolanensis infirmus, qui tres servitores habebat, in Conclavi mihi dixit, Johannem Gualbes unum ex illis tribus minus sibi opportunè servire, propterea ipsum ex Conclavi emitterem, & ejus loco Justinianum Americanum intromitterem, respondi id mihi non licere sine Collegii scitu &

mandato. Curavit igitur quod Reverend. Dominus Vicecancellarius cum quibusdam aliis Cardinalibus nomine Collegii id mihi comisit, ad cuius mandatum præfatum Jo. de Gualbis emisi & ejus loco prædictum Justinianum intromisi.

§. 98. Fuit his diebus à nonnullis dubitatum an Reverend. Dominus Cardinalis Ascanius qui post obitum fel. rec. Sixti Papæ quarti novus Cardinalis nuper in urbem venit & cui nondum *os apertum erat* in Electione futuri Pontificis votum dare haberet, cum non esset illa ceremonia de oris aperitione, quæ in novis Cardinalibus observatur, in eo consummata; tandem fuit per Reverend. Dominos Cardinales conclusum *quod non sit præfato Cardinali Ascanio os clausum, possit liberè electioni interesse & in ea votum dare*, & ita observatum fuisse tempore Electionis fel. rec. Apostolica sede per obitum tunc ** vacante, quo tempore interfuit bo. ** Si autem præfato Ascanio Cardinali per fel. rec. Sixtum Papam quartum os clausum fuisset, & tempore clausuræ antequam idem Sixtus eidem os aperuisset ipse Sixtus diem extremum clausisset, quod tunc propter oris hujusmodi clausuram non potuisset præfatus Cardinalis Ascanius in Electione prædicta votum dare.

§. 99. Qualiter autem in administratione Cibariorum & potus Reverend. Dominis Cardinalibus actum sit & aliis quibusdam in Conclavi observatis breviter subjungemus: Pro Reverend. Dominis Cardinalibus antequam Conclave intrarent recepta fuerunt & ordinata loca Palatio conclavis propinqua videlicet in sanctæ Catharinæ, in sancti Marci Palatii, in domo Reverend. Domini Cardinalis sanctæ Mariæ in porticu, in Camera Thesaurarii, in aliquibus cameris Canoniorum Basilicæ sancti Petri, pro decoquendis cibariis pro ipsis Reverendissimis Cardinalibus. In locis hujusmodi erant Magistri Aularum & Chori [f. coqui] ipsorum Cardinalium singula præparantes, circa horas autem prandii & cœnæ veniebant ex domibus Cardinalium ad loca prædicta Magistri domorum, canaparii cum vinis & aliqui ex Capellanis & scutiferis aliis Palatia Cardinalium ipsorum custodientibus, hora deinde adveniente præcedentibus scutiferis binis & binis ac Capellanis eodem ordine sequentibus parafrenarii unus ante alterum retro inter se super spatulis per baculum portabant *cornutas in quibus cibaria & potus cum pane inclusa erant*, cum essent in porta secundæ custodiæ Palatii, scutiferi & Capellani cum Magistro domus ibidem remanebant soli, parafrenarii cum cornuta ascendebant per secundam & tertiam usque ad quartam custodiæ, ubi extra ostium Conclavis cornutas firmabant.

§. 100. Cornuta hujusmodi unam clausuram cum duabus clavibus paribus habebat, quarum unam Magister aulæ, alteram vero Conclavistæ cum Reverend. Domino Cardinale existentes tenebant, ille cum clavis & vinum in cornuta imposuisset, facta prius de singulis credentia, cornutam clavi ferrabat, & ut supra dictum est, ad conclave mittebat: Cornutarum duæ erant, quarum una mittebatur, ut supra & reponebatur, altera vero in Conclavi erat, in quam omnia in illa ab extra existente extracta data in Conclave per sportellum reponebantur cornuta ab extra existente ad sportellum, ego vel socius meus Conclavistas illius Cardinalis, cujus erat Cornuta, vocabamus, quibus cum sua cornuta vacua advenientibus aperui sportellum ostii ab intus, & illi de quarta custodia ab extra, & Conclavistæ ipsi clavem cornutæ custodibus porrigebant, qui aperta cornuta singula ex illis extrahentes ponebant super parvam mensam ibidem juxta ostium conclavis præparatam ubi unus Custodum, per
alios

alios ad hoc deputatus, perspiciebat singula volendo festam [f. movendo pezzam] panis per *minestras*, aperiendo pullos, scindendo carnes & panes ac tortas, ubi ipsi videbatur, ac perspicendo vitra sive carastas vini. Nam vinum non in flaschis aut quocumque alio vase, sed in vitris discoopertis mittebatur sive portabatur, *minestræ* vero in parvis ollis ut plurimum dabantur. Singula per eos bene visa nobis Clericis Ceremoniarum Custodes ipsi porrigebant per sportellum ostii, nos vero illa recipientes posuimus supra Credentiam nostram magnam, ubi Conclavistæ expectabant, & illa recipiebant ponentes in sua camera, quam ibi tenebant paratam, cum qua omnia ad Cameras suas portabant. Cum in sero cibaria venirent pro cœna; Conclavistæ exponebant vasa argentea & vitrea, quæ in mane acceperant super credentiam nostram in conclavi, & ego illa restituebam parafrenariis ab extra expectantibus vacua. Panis enim & vina & carnes salsi & alia quæ poterant conservari, nos Clerici Ceremoniarum in vasa nostra quæ ad hoc in Conclave portavimus, reposuimus; portaveram enim parvum *buticellum* pro vino colligendo, & unam capsam magnam pro pane & hujusmodi, quæ reposui in cameram Medicorum per quam ibatur ad latrinas in angulo circa ostium conclavis, alia aurem, videlicet ministram, carnes sive pisces, crescentes * & similia extra dedimus custodibus prædictis; idem fiebat in mane de vasis in sero receptis. Parafrenarii vel alii servitores Cardinalium expectabant circa secundam custodiam in mane & sero qui avisabantur per nos & custodes de hora quando cibaria portandi essent & avisati potabant & non prius; nam hora firma non poterat eis assignari ex eo quod Cardinales aliquando citius, aliquando tardius rem suam expediebant. Custodes prædicti non servabant alium ordinem in recipiendis cibus prædictis, sed qui prior veniebat cum cibariis prædictis, illum primo remittebam, sive primi sive ultimi aut cujuscumque Cardinalis familiaris esset: iidem custodes quartæ custodiæ singulis diebus duos inter se deputabant, unum pro prandio, & alium pro cœna, qui cibaria perficit [f. inspiceret] ut supra aliis sibi altantibus. Nullus Conclavistarum quocumque tempore aut ex quavis causa admittebatur ad sportellum sive apertum esset sive clausum etiam ad colloquendum cum quocumque extra existente sine expressâ licentia Collegii. Si aliquæ litteræ veniebant ad Collegium quæ per *Sfissuram sportelli* recipi non poterant, aperuimus sportellum, & litteris receptis cito reclusimus. Litteras autem dabamus collega meus vel ego Collegio Cardinalium, si simul erant, vel dicebamus tribus aut quatuor Cardinalibus Senioribus nos litteras habere ad Collegium, quas si placeret daturi essemus Priori Cardinalium.

§. 101. Si quis autem ab extra aliquid intus notificare volebat clauso sportello loquebatur, & unus ex nobis duobus eo audit illud referere Cardinalium Priori tribus aut quatuor ex aliis Cardinalibus eo etiam intimato: aperto sportello pro cibariis recipiendis, & vasis exponendis diligenter advertimus, ne quis Conclavistarum non solum sportello appropinquaret, sed ne etiam perspiceret signum aliquod ab aliquo extra receprurus. Cum missa publica per Sacristam dicebatur, omnes Conclavistæ vel qui volebant missam ipsam audire, extra tamen ostia Capellæ minoris, in qua missa celebrabatur ad primam & secundam aulam conclavis respondentia, stantes: & interim cum missa diceretur, nullus ad ostium Conclavis pulsabat. Similiter dum scrutinium fieret missa finita, ac scabellis pro Cardinalibus cum folio papiri, penna sive calamo & incaustro ac candelis parvis duabus

bus aut tribus ordinariis, omnes redibant ad capellam majorem in qua recludebantur per nos Clericos Ceremoniarum omnes, Cardinalibus in congregatione existentibus. Ego ad ostium primæ aulæ custodiebam, ita quod inter aulam tertiam in qua congregationes fiebant, & me erat secunda aula media, & dum me vocare volebant, campanellam pulsabat unus & accessus. * Cardinalium aliqui soli in cellulis suis commedebant, alii cum aliis, II. VI. VII. vel plures simul.

§. 102. Parato prandio die Sabbati, prædicta vigesima octava Augusti, factæ sunt diversæ practicæ, & tandem *septemdecim vel circa Reverend. Dominorum Cardinalium vota addicta in favorem Cardinalis Melfitensis*, qui in nocte sequente ante horam septimam noctis incipit in camera sua signare supplicationes ad instantiam quorundam Cardinalium genuflexus super uno genu supplicationes in quodam *forcerio* ante se positas signabat, Cardinalibus aliquibus circumstantibus, qui signaturas hujusmodi petebant & expectabant. Sic pervenit ad hæc Reverendissimus Dominus Cardinalis Senensis, qui hujusmodi videns subridendo dixit: *Opietto va à rovescio*, il Papa sta segnando in genochione, e noi che domandiamo, stiamoritti.

§. 103. Dominica vigesima nona Augusti prædicti festam decollationis sancti Joannis Baptistæ, summo mane Reverend. Dominus Cardinalis sancti Marci celebravit missam privatam pro devotione sua in parva Capella, prout etiam duobus diebus sequentibus fecerat, deinde circa horam decimam omnibus Cardinalibus in Capella parva prædicta in suis capucinis & oroculis ac ordine heri posito stantibus, sacrista noster celebravit missam Spiritus sancti cum commemoratione, ut heri. Qua finita præparavimus parvam mensam & scabellam cum suis atrinentiis, & eandem Capellam exivimus omnes; Cardinalibus solis ibidem dimissis & omnibus Conclavistis in Capella majori reclusis, qui interim res suas composuerunt, cameras denudarunt, & omnia sua simul singuli collegerunt, exceptis Conclavistis Melfitensis qui Cameram Domini sui cum bonis communitati Conclavistarum, reliquerunt. Cardinales in Capella parva fecerunt scrutinium, ut heri, nulla tamen de accessu mentione facta *facto scrutinio repertum est Reverend. Dominum Joan. tituli sanctæ Cæciliæ præbyterum Cardinalem Melfitensem competentia vota habere*, propterea idem ab omnibus Cardinalibus ac toto ipsorum Collegio unanimiter nemine discrepante in sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summum Pontificem est assumptus & receptus, & in signum assumptionis hujusmodi Cardinales deposuerunt sibi crocculam & in capucino supra rochatum collocaverunt eum in sede pulchra Camerali posita inter Altare & mensam parvam supradictam, & imposuerunt sibi anulum *fel. record. Sixti Papæ quarti* quem sacrista paratum ad hoc habebat. Ipso assumpto, sic sedente ipso, idem elegit sibi nomen *Innocentius Papa octavus*. Quo facto surrexit ipse, & posita est sedes sua prædicta ante mensam prædictam, amoris inde tribus scabellis quæ prius erant, & apportata fuerunt Capitula supradicta per omnes Cardinales Foscharo excepto, ut supra ante primum scrutinium dictum est subscripta, quæ post subscriptionem ultimi Cardinalis, videlicet Reverend. Domini Afcanii, Sanctitas sua subscripsit in singulis sex quinternis, sub his verbis videlicet.

§. 104. Ego Innocentius Electus & assumptus in summum Pontificem, præmissa omnia & singula promitto, voveo & juro, observare & adimplere in omnibus & per omnia, purè & simpliciter & bona fide, realiter & cum effectu sub pœna perjurii & anathematis, à quibus nec me ipsum absolvam, nec absolutionem alicui committam, ita me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.

§. 105. Interim Reverendissimus Dominus Cardinalis Senensis depositis ex fenestrella sacristis parvæ juxta altare dictæ Capellæ exitentis tegulis sive materiis quibus obrurata erat, exposuit per eam Crucem populo ibidem in Curia palatii congregato, & voce potenti exclamavit dicens; *Annuntio vobis magnum gaudium: Papam habemus. Reverend. Dominus Cardinalis Melfitanus electus est in summum Pontificem & elegit sibi nomen Innocentius octavus.* Hisdictis omnis populus acclamavit, campanæ & Basilicæ sancti Petri cum magna potentia pulsatæ sunt, & Scopettarii Custodiæ palatii in triumphum sine intermissione scopettos oneratos emiserunt, quousque electus Pontifex & Basilica prædicta ad palatium rediisset.

§. 106. Subscriptis per electum Pontificem ut supra capitulis propositæ sibi fuerunt multæ supplicationes per Reverend. Dominos Cardinales, *quas omnes sanctitas sua indifferenter absque illarum inspectione signavit.* Tum sanctitas sua intravit parvam Sacristiam, in qua a Diaconis Cardinalibus fuit omnibus suis vestimentis exurus, & vestibus prædecessoris sui Sixti quarti indurus, quæ ibidem per sacristam parata erant, videlicet Camisea diploide ex setonino albo, veste ex sargia alba fina, uno pari caligarum rubearum rotati, calcies ex panno rotato, cum crucibus desuper in modum sandaliorum, cingulo cremesino cum fornicamentis ex auro, massiccio, rochetto, amictu, alba, cingulo & stola rubæa præciosa cum perlis. Sic paratus rediit ad parvam Capellam prædictam & sedens in sede suprædicta supra mensam, ubi iterum signavit supplicationes per Cardinales & Conclavistas sibi porrectas, ac rotulum Conclavistarum per me sibi propositum, cujus tenor talis erat.

§. 107. Motu proprio dilectis filiis conclavistis infra scriptis, qui in conclavi assumptionis nostræ ad apicem summi Apostolatus interfuerunt, specialem gratiam facere volentes ipsis omnem suppellectilem cameræ nostræ Conclavis, argentum, aurum, libros & quascumque res alias & bona nostra nihilo dempto quæ ad dictum Conclave apportata fuerunt donamus & sponte largimur, similiter & omnia lignamina Conclavis.

§. 108. Item similiter donamus cuihbet ex ipsis & dari volumus quinque cannas panni rosarii fini quibus se vestiant.

§. 109. Item ut sentiant laborum suorum præmium aliquale, & meritum ipsis in communi sponte & ex certa scientia nostra reservamus & reservata esse volumus & decernimus, *duo officia scriptorum Apostolicorum de la grossa nuncupata*, si quæ vacant ad præsens alioquin primo vacatura, cum omnibus & singulis suis honoribus & emolumentis consuetis duobus ob electionem ipsorum liberè, absque aliqua solutione seu Compositione cum Dario supplicationum per nos seu de mandato nostro aut in præsentia nostra signandum aut quocumque alio faciendæ per nos conferenda.

§. 10. Item eisdem omnibus & singulis ampliorem gratiam facere volentes motu simili unum duo vel tria beneficium seu beneficia Ecclesiasticum vel Ecclesiastica, etiamsi duo ex ipsis cum cura aut dignitates vel personatus, aut omnia administrationes vel Canonicatus & præbendas, officia, præstimoniam & præstimoniales portiones, beneficia servitoria perpetuæ Vicariæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis fuerint; & ad dignitates, personatus, administrationes vel officia hujusmodi consueverint, qui per electionem assumi eis-

R

que

que cura immineret animarum, ad collationem quorumcumque Collatorum seu Collatricum, in confectione litterarum * eligendarum etiam ratione dignitatum & communiter vel divisim spectantia, reservamus inhibentes & decernentes &c. Et ut celeriores gratiarum hujusmodi consequantur effectum eisdem, motu simili concedimus & indulgemus ac volumus & decernimus, quod in hujusmodi beneficiorum assecuratione omnibus & singulis personis, etiam antiquis familiaribus nostris descriptis seu per nos aut de mandato nostro describendis cujuscumque dignitatis status gradus ordinis seu conditionis fuerint, etiam si in canonicos creati & processibus diligentiores sint, omnino præferri debeant & anteferri: non obstantibus quibuscumque antelationum prærogativis, declarationibus privilegii gratiæ & indultis ac unionibus nominationibus seu nominandi aut conferendi facultatibus ac specialibus vel generalibus reservationibus & primariis precibus familiaribus nostris descriptis seu describendis ac quibusvis aliis per nos etiam motu simili & ex certa scientia cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis & aliis fortioribus & efficacioribus ac insolitis clausulis, etiam motu & scientia similibus seu ad quorumcumque Imperatorum Regum Principum aut Prælatorum, seu cujusvis alterius instantiam concessis seu concedendis; quæ omnia & singula quoad hujusmodi beneficia per dictos Conclavistas infra scriptos acceptanda & de quibus eis providere contigerit, non volumus extendi, etiamsi de præsentibus expressam *mentionem* faciant, cum illorum de verbo ad verbum insertionem, ac regula de idiomate per nos forsan facienda, quam etiam ad conclavistas infra scriptos volumus non extendi & ita per quoscumque Auditores & iudices judicari debere; decernentes irritum &c. ac [derogantes] constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, Ecclesiasticis statutis juramento etiam roboratis cæterisque congruentis cum clausulis oportunitatis.

§. 111. Item motu & scientia simili omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, etiamsi Canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, & officia, præstimonialia, præstimonialia portiones, servitoria, Vicariæ in Cathedralibus & metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipsæ in eisdem cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales majores seu Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales ac curati & electi existant, per obitum quorumcumque in Romana Curia vel extra eum nunc vacantia & vacatura, & quæ per promotionem quorumcumque personarum ad cathedrales, etiam metropolitanas Ecclesias pastorum solatiis destitutas vacant, aut vacare cœperunt & sperantur, per Procuracionem (*) hujusmodi aut electionis confirmationis aut muneris consecrationis in pensionem aut lapsum temporis &c. & quæ deinceps *usque ad Coronationem nostram* vacabunt; reservamus & solum Conclavistis conferenda cuilibet in sua provincia Diocesi vel Idiomate, aut sub eodem Principe vel Domino constitutis; inhibendo &c. ac decernendo &c. etiam intentionis nostræ esse nulli alteri de hujusmodi beneficiis velle providere declarantes cum clausulis prædictis & aliis oportunitatis.

§. 112. Volumus insuper & motu simili venerabilibus fratribus nostris S. D. C. Vicecancellario Cancellariam Apostolicam *, & dilectis filiis *rescribentario*, *computatore*, deputatis & aliis quibuscumque officialibus nostris etiam litterarum Apostolicarum sollicitatoribus, & Ro-

manæ

(*) f. promotionem.

mana Curiae Notariis pro tempore existentibus, mandamus sub excommunicationis latae sententiae poena quatenus omnes & singulas literas Apostolicas super praesentis donationibus reservationibus gratiis dispensationibus etiam ad duo vel tria incomparibilia beneficia aut tertium, ac quibusvis aliis impetrationibus & gratiis gratiam vel iustitiam concernentibus, ac provisionem Cathedralium & metropolitanarum Ecclesiarum & monasteriorum quorumcunque & aliis quae ipsi tempore Pontificatus nostri quomodolibet * faciendas expediendas seu conficiendas gratis ubique absque aliqua solutione in omnibus officiis, etiam Abbréviorum expediant & expediri permittant & signent, quibusvis mandatis nostris in contrarium facientibus non obstantibus.

§. 113. Item motu simili dilectis filiis sacri Palatii Apostolici causarum & aliis quibusvis Romanae [Curiae] Notariis, sub excommunicationis latae sententiae poena mandamus quatenus omnes & singulas causas beneficiales civiles prophanas, criminales & mixtas, quas dicti Conclavisti tempore Pontificatus nostri in Romana Curia coram quibusvis Commissariis & dicti palatii Auditoribus causarum habebunt, ac quas ipsi aliis & alii ipsis movebunt, eisdem Conclavitis gratis & extraordinarie dent, & tanquam de extraordinariis causis & non alias consuetum ab ipsis accipiant emolumentum. Notariis quoque Romanae Curiae simili modo sub eadem poena mandamus, quatenus pro citationum, sequestrorum & executorialium litteris acceptationumque & provisionum & quibusvis aliis instrumentis processibus & litteris nihil penitus exigant vel recipiant, non obstante fel. rec. Sixti Papae praedecessoris nostri praedictorum officiorum erectionis & reductionis ac quibusvis aliis litteris Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque: fiat de omnibus motu proprio pro omnibus. Jo. Bap.

§. 114. Et quod super Protonotariatu, pro quolibet expediendo pro compositione seu alias nihil exigatur vel recipiatur, & cum reservatione duorum officiorum scriptorum ut praefertur, & de expectativa ad tres Collationes, & totidem beneficia, & ad Canonicatus & praebendas, in Cathedralibus, etiam metropolitanis Ecclesiis, & ad secundam & tertiam praebendam in eisdem; non obstante* Ecclesia, & ad dignitates in eisdem, & Collegiatis Ecclesiis, & etiam generaliter ex quavis causa & in corpore juris claus. reservata, & cum concessione à decreto praerogativarum, ut praemittitur, non obstantibus privilegiis nominationibus primariis precibus &c. cum eorum omnium sufficienti derogatione, cujus amplior & major specificatio fieri possit in litteris, & cum declaratione & derogatione regulae super idiomate, & cum reservatione omnium beneficiorum vacantium & vacaturorum, & quae per promotionem vacare sperantur usque ad Coronationem ut praemittitur, & quod omnium & singulorum Conclavistarum praedictorum obstant. habeantur pro expressis, & cum absolute à censuris ad effectum praesentium pro omnibus, & de causis extraordinarie & litteris instrumentis ac processibus per Notarios Palatii & Romanae Curiae sine aliqua solutione dandis ut praefertur. & quod litterae super reservationibus donationibus gratiis & quibuscumque disp^{br.} ac quibusvis aliis gratiis impetrabilibus & providibilibus &c. gratis ubique in omnibus officiis etiam abbreviatorum expediantur ut praemittitur, & quod singulorum cognominum Dicecesium qualitatam & graduum expressio fieri possit, & de omnibus & pro omnibus ut praefertur; & quod litterae super singulis vel omnibus simul, pro omnibus vel quomodolibet pro se, in quibus omnium major & amplior expressio & planè exrensa in ampliori & dictis Conclavitis utiliori forma fiat, expediri possint:

& quod singuli reservationibus & aliis gratiis prædictis in favorem filiorum, Nepotum aut aliorum per eos nominandorum, quos eorum loco furrogamus, cedere possint & cum cessatione quarumcumque obligationum pro annatis cameræ solvendis per eos factarum, & remissionum annatarum pro beneficiis nunc vacantibus & quæ vacare sperantur de quibus provideri contigerit ut præfertur, ad quarum solutionem alias tenerentur.

Nomina Conclavistarum sunt hæc :

§ 15. Ioannes Paulus de Bossis Sacrista. Ioannes Burchardus Argentinensis. Ioannes Marta de Podio. Iacobus Casanova. Ioannes Lopis. Colathomasius Runchellus. Mathæus Mannus. Ioannes Laurentius. Mathæus de Aliprandis. Facius de Viterbio. Bartholomæus de Ruvere. Balthasar de Cantagallis. Christophorus de Pureo. Cichus de Palumbaria. Justinianus Amerinus. Liberatus de Bartellis. Jo. Petrus de Arrivabensis. Jo. Philippus de Mediolano. Laurentius de Mari. Hyeronimus Calagrano. Philippus de Luca. Humbertus Grolety. Balthasar de Blandrare. Thomas Probst. Giesvaldus Alfonsi. Hugolinus de Florentia. Franciscus Barthellay Bernhardus de Monte Falco. Geroldus de Bonfagnis. Jo. Franciscus de Cremuna. Jo Andreas de Grassis. Lucas de Dulcibus. Pacificus Amerinus. Abbas Rugius. Bartholomæus de Casa Jacobus de Faustinoibus. Cherubinus Quarqualius. Cesar Rosa. Joannes de Rocha forti. Albertus Pedarlottus. Raphael Roca. Carolus Bucconius. Helinus Ducis. Sinolphus de Castro Orherio. Andræas Lucentinus de Picolominibus. Petrus de Costa. Camillus de Tartagnis. Paris Montemanno. Ludovicus Sabinus. Perrus de Segorbis. Ioannes Mariani de Viterbio. Franciscus de Castello. Iacobus Alperinus. Bernardinus de Lunate. Franciscus de Curte. Nicolaus Jacomini. Ioannes Ruble pro Iacobo de sancto Genesio. Ioannes Lomber pro Theodorico Cælegensi.

§ 16. Item S. B. N. signavit & pro me aliam supplicationem super præposituræ indudoritat [f. in der Vorstadt] extra muros Babenbergensis per promotionem Domini Maguntini vacaturam.

§ 17. Motu proprio dilecto filio Ioanni Burchardo, Canonico Ecclesiæ sancti Thomæ Argentinensis Capellæ nostræ Clerico ceremoniarum, qui in Conclavi assumptionis nostræ ad apicem summi Apostolatus nobis assistit, specialem gratiam facere volentes, de præpositura Ecclesiæ Beatæ Mariæ sancti Genulfi ut asseritur nuncupatæ, extra seu propè muros Bambergensis quæ in ibi principalis dignitas existit, etiam si curatus electus * ac Iurisdictionalis sit, cujus fructus triginta marcarum argenti secundum communem estimationem valoris annui non excedunt, quam per electionem dilecti filii Bertoldi de Henneberg, illam obtinentis ad Ecclesiam Moguntinam, per dilectos filios Capitulum dictæ Ecclesiæ Moguntinæ, nuper pastoris solatio destituta factam, ex nunc vacare decernimus & declaramus; etiam si per dictæ electionis confirmationem aut novam * perfectionem dictæ Ecclesiæ per nos fiendam, aut muneris, consecrationis impensionem seu per lapsum temporis de consecrandis Episcopis, aut alias quovis modo seu ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Bertoldi, aut cujuscumque alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam vel fiendam vacet * & devolutus affectus specialiter vel alias ex quavis causa generaliter reservata litigiosa cujuscumque litis status existat; etiam si per *constitutionem execrabilis* vel allocutionem alterius beneficii qua-

vis * aurem Collari vacet, eidem Joanni providemus: cassantes omnes & singulas provisiones seu mandata de providendo, si quæ pro aliis sub eadem vel quavis alia * dat. fieri contingerit; non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus & Apostolicis Ecclesie juramento & etiam roboratis statutis cæterisque contrariis quibuscumque; cum clausulis oportunis fiat motu proprio: Joan. Bap. Et cum decreto & declaratione prædictis & cum clausula generalem reservationem importante, & cum absolute ad effectum præsentium, & cum cassatione quarumcumque aliarum provisionum, & declaratione quod hæc tantum locum habeat &c.

§. 108. Interim dum electus Pontifex supplicationes ut supra signaret, Cardinales depositis *croculis* & *Capucinis* acceperunt suas Cappas confectas; cum Sanctitas sua, dimissa signatura, asserendo quod illa quæ hic non signaverat his diebus signare vellet, surrexit de sede prædicta, & imposuit sibi fuit pluviale rubeum simplex, & mitra cum perlis simpliciter non de preciosioribus, & à Cardinalibus positus *ad sedendum supra dictum altare* in parva Capella; & eo sic sedente, singuli Cardinales venerunt ad reverentiam: primo Vicecancellarius, deinde alii suo ordine osculantes primo pedem dextrum, tum manum, & os ipsius Electi; tacta reverentia focius meus accepit crucem me alias impeditam & processionaliter venimus ad Basilicam Sancti Petri per illam viam qua ascendimus ad conclave, sine tamen paramentis facta est hæc processio. Cardinales sequebantur Crucem; primo Diaconi, tum Presbyteri & Episcopi. Duo seniores Diaconi assistentes, videlicet Senensis & Sancti Georgii portaverunt auriphrygium pluvialis P. P. unus à dextris alius à sinistris, fimbrias sive caudam pluvialis nullus portabat. Electus continuo populo benedicebar campanis continuo pulsantibus; tanta erat populi multitudo in scalis & per torum, quod vix ambulare potuimus, omnibus acclamantibus Innocentio, Innocentio.

§. 109. Cum essemus extra portam Aulæ conclavis, quidam ex Subdiaconis Apostolicis accepit crucem, & eam portavit ante Altare majus Basilicæ sancti Petri. Electus Pontifex genuflexus in Faldistorio aliquantum oravit, tum derecto capite stans incepit in cantu Te Deum laudamus, & cantores sunt usque ad finem profecuri.

§. 110. Incepto hymno positus fuit electus ad sedendum super Altari prædicto & accesserunt singuli Cardinales, primo Vicecancellarius deinde alii omnes, & osculati sunt pedem manum & os electi cum reverentia confecta, deinde plures alii pedem sunt osculari.

§. 111. Quo facto & hymno finito Electus descendit de Altari & stans versus ad illud dixit: Emitte Spiritum tuum & creabuntur. *12.* & renovabis faciem terræ; oremus: Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere & de ejus semper consolatione gaudere, per Christum Dominum nostrum. *13.* Amen. & Cantores dixerunt: Benedicamus Domino. *14.* Deo gratias. Sed minus convenire visa est hæc oratio cum versiculo quod Papa Te Deum inceperet & illos diceret, sed potius Prior Cardinalium id facere & convenientem orationem dicere debuisset. His diebus Electus sedit in sede portabili quæ interim portata est, in qua præcedentibus Cruce & Cardinalibus portatus est ad palatium ad Cameras prædecessoris.

§. 112. Dedit autem Cardinalibus omnibus licentiam sub porticu Basilicæ prædictæ, de quo recesserunt omnes, singuli ad suas domos redituri, quidam tristes, cæteri autem gaudentes; excepto solo Cardinale sancti Petri ad vincula, qui mansit in Palatio cum Pontifice. Ego etiam Pontificem

sequutus sum usque ad Cameram secretam, ubi coram eo genuflexus supplicavi Sanctitati suæ, ut me in Cubicularium suum extra Cameram reciperet, qui respondit se super eo deliberaturum; sed quia postea amplius non sollicitavi, nil factum fuit.

§. 123. Interim Conclavistæ manserunt in Capella majori per eos ab intus clausa, ne per armigeros & custodes palatii spoliarentur, & Cameras Dominorum defolarunt ac bona colligarunt ad domos reportanda; demptis Conclavistis electi Pontificis, qui nobis & cæteris Conclavistis omnia dimiserunt, quæ ad electum in Conclavi spectabant, multa tamen fuerunt abstracta per particulares quæ non fuerunt nobis Conclavistarum deputatis consignata, nam campanellam & pannum rosacium quibus Cardinales in Capella parva utebantur accepit Abbas Sacrista noster invidia plenus, & ea Papæ consignavit; ultra ea quæ fuerunt abstracta infra scripta.

§. 124. Taleæ argenteæ III. Scutellæ argenteæ V. Scutellini argentei III. Tapeta III. Unum habuit Dominus Colathomasius & duo Dominus Sinolfus. Candelabra argentea duo habuit Dominus Sinolfus, cooperta ex serico habuit Dominus Balthasar de Blandratte. Sergiæ Cameræ, habuit Sinolfus, Cappa Cardinalaris habuit Dominus Balthasar de Blandratte. Crocota habuit Reverendissimus Dominus Cardinalis Marisconensis. Annulus aureus ad sigillandum habuit Dominus Balthasar de Blandratte.

§. 125. Vendimus autem totum Coclave, hoc est lecticas, Banchos & ligna quibus camera divisæ erant cuidam Magistro de Petra Sancta Carpentario pro Duc. XIV. sed solvit tantum duodecim, fuerunt autem nobis consignata vasa argentea infra scripta. Quadri VI. Scutella I. Taleæ III. ponderis librarum V. cum dimidia valoris ad rationem 7: carlenorum pro uncia.

Bucale I. Scutellum III. Platelli parvi II.

in totum Duc. CXXXIX. cum dimidio ad rationem decem carlenorum pro quolibet Duc.

Bacile I. Platti magni II. Cocliaria VI. Furcellæ VIII. Salaria Mochetta di Cand. I.

Ponderis librarum XI. Unc. duarum, valoris ad rationem VI. Carlenorum & X. quaten pro uncia in totum Duc. LXXXIII. Bajoch. LXV. ad rationem prædictam.

§. 126. Quæ omnia pro precio prædicto vendimus, & de bonis supra dictis quæ Dominus Sinolfus habuit & Dominus Colathomasius, fuit etiam nobis satisfactum, de aliis autem non: ultra quæ fuerunt & aliæ vestes, diploidi calige Camisia & multa alia in quodam alio inventario contenta, quæ omnia Joannes Maria socius meus emit pro Duc. viginti sex ad rationem prædictam, ad quam summam bona ipsa fuerunt æstimata.

§. 127. Tenor vero scedulae super deputatione Custodum Conclavis Reverendissimo Domino Vicecancellario per me datæ, de qua supra pag. 25. fol. IX. fit mentio, de verbo ad verbum sequitur & est talis.

§. 128. In palatio *Conclavis* habendæ sunt quatuor *custodie*, prima in prima porta palatii quæ commissâ est Reverend. Domino Episcopo Cervienti & magistro Jacobo de Comiribus.

§. 129. Secunda erit in porta qua ascenditur ad Cameram Apostolicam, & hæc committenda erit Conservatoribus & aliis Nobilibus Romanis ad numerum prout placebit Reverendissimo Dom. Collegio Cardinalium.

§. 130. Tertia erit in porta propè Cameram Apostolicam & hæc committenda erit *oratoribus laicis principum quatuor nationum* in Romana Curia existentibus pari numero à Reverendissimis Dominis Collegio Car-

Cardinalium usque ad numerum quatuor vel octo deputandis vel majorem. Sunt autem in Romana Curia hi videlicet.

Ex Germanis.

Orator Imperatoris. Orator Sigismundi *Archiducis*. Orator electi Maguntinensis.

Ex Francis.

Orator Magistri sancti Iohannis Hierosolymitani.

Ex Hispanis. Nullum scio.

Ex Italis.

Orator Regis Scilizæ. Orator *Regis Ungariæ*. Orator ducis Mediolani. Orator Florentinus. Orator Senensis.

§. 131. Quarra Custodia erit in porta Conclavis & hæc committenda erit Prælati dignioribus in urbe existentibus *quatuor nationum prædictarum* pari numero sive oratores sint sive non; à Reverendissimis D. D. Collegio Cardinalium, usque ad numerum quatuor vel octo aut majorem. Sunt autem in Romana Curia hi videlicet.

Ex Germanis.

Episcopus Dunelmensis. Orator Regis *Angliæ*.

Ex Francis.

Archiepiscopus Arelatenfis. Episcopus Nannetenfis. Episcopus Maurianensis.

Ex Hispanis.

Archiepiscopus montis Regalis. Episcopus Barchinonensis. Episcopus Agrigentinus.

Ex Italis.

Vicecamerarius. Archiepiscopus Beneventanus. Episcopus Spoletanus. Electus Mantuanus. Episcopus Reginensis. Episcopus Alërentis. Episcopus Forolivienfis. Episcopus Comachenfis. Episcopus Glandarenfis.

§. 132. Tenor *schedule sive inventarii rerum pro Reverendissimis Dominis Cardinalibus ad conclave portandarum talis est*: paramentum de fargia viridi aut alterius coloris magis placentis, cælum tamen fieri potest & convenientius *ex tela alba ut Camera sit lucidior*.

§. 133. Lectum pro Reverendissimo Domino Cardinali cum omnibus suis fornimentis mactharatum cum lintheaminibus & cooperta pro Conclavistis qui illud in sero supra tapete in terram ponentes in camera Domini sui ibidem dormiunt.

§. 134. Tabula una sive mensa longitudinis quinque palmorum cum suis tripedibus; una sedes; unum scabellum; una sedes pro beneficio ventris cum suis correquisitis; duo urinaria; unum cabasium, duæ mappæ parvæ pro mensa Domini. Duodecim mappulæ parvæ pro eadem, quatuor manutergia. Una cappa pro Conclavistis, duæ peciæ telæ ad mundandum seu tergendum *talleas*. Tria tapeta. Una capsa sive Forcerium pro vestibus Domini, Camiseis, Rochettis, tobaleis ad extergendum visum & fozilletis. Unum mantellum assistentis cum suo Capucino. Quatuor scutulæ confectioum pro munitione. Una scedula Pinochiatorum. Marsapanes. Canazzioni. Biscotelli. Unus panis de zucaro. Una parva scala. Unum mantellum. Clavi (*) Spachum. Acus cum filo ad farsciendum. Scriptorium cum temperatorio, forficibus, pennis, calamis & calamario. Unus quinternus cartæ ad scribendum. Cera rubea. Unum Bucale. Una pelvis Sex scutellæ. Sex scutellini. Sex (**) *talleæ*, unum salerium. Cultelli ad fsciendum pro mensa Domini. Duo panni ad mundandum cultellos, *Decretum, Decretales. Sextus. Clementini*

(*) Speculum. (**) *talleæ* sunt orbes, Germanis *teller*.

mentivi & alii libri ad voluntatem Domini : Duo Breviaria : Duo flafchi malvasiæ : Unus flafchus aceti : Unum vas olei Una lucerna : Duo candelabra : Decem libræ candelarum pro menfa Domini : Duæ libræ candelarum parvarum : Duo intorticia : Duo quaterni cærtæ straciæ : Duo flafchi vacui : Duæ carastæ cristallinæ. Bicheria. Duæ aquaritiæ plenæ pro munitione Una concha pro lavandis rebus.

§. 135. Tenor vero scedulæ sive inventarium rerum per sacristam portandarum in Conclave pro futuro Pontifice de quo supra fol. XII. fit mentio, talis est ultra mensam cum suis tripodibus & panno rosacio, de quibus ibidem fit mentio.

§. 136. Campanella argentea inaurata, calamare cum calamis, pennis temperatis, forficibus, temperatorio & cera rubea, unus quaternus cartæ ad scribendum, unum horologium, tria scabella, una sedes Papalis pulchra veluto cremesino cooperta alias apta quod Pontifex cum stangis in ea portari possit, unum par caligarum panni rosacii sive sargiæ rubæ, unum par sandalorum ejusdem panni cum cruce aurea super texta, una camisia alba nova, una diploidis setonini albi, una vestis alba panni fini seu sargiæ, unum cingulum cum fornimentis aureis unum Rochettum, amictus, alba, cingulum, stola rubea cum perlis vel sine, prout tempus exigit, pluviale rubæum cum perlis vel sine prout tempus requiret; pectorale Papale. Tria Biretta rosacia suffulta taffetta si sit æstatis tempore vel si hiemalis ermelinis subducta; Unum Birettum de serico album; Mitra temporii conveniens; Crux Papalis; Annulus Piscatoris Pontificis defuncti: *Cronica Pontificum: Liber pro oratione ante altare beati Petri supra electum Pontificem dicenda*: Faldistorium cum suo scabello & duobus Cuffinis pro electo ut ante altare prædictum in eo genu flectere possit.

§. 137. Tenor vero scedulæ sive inventarii rerum per Clericos Ceremoniarum pro suo & Conclavis usu portandarum (de qua &c. supra fol. XII. mentio) talis est.

§. 138. Lectus cum lintheaminibus cooperta & aliis fornimentis, tres aut quatuor lampades: Una aquaritia olei quam eis ministrent Clerici Camerae quibus cura Conclavis est commissa pro lampadibus: Una capsula vel duæ vacuæ pro reponendis panibus & hujusmodi qui Reverendissimis Dominis Cardinalibus singulis prandiis & cænis superint: Una vel plures parvæ butræ mundæ vacuæ pro reponendo vino quod Cardinalibus, ut supra, superest.

§. 139. Ordinet quod duo vel tres familiares eorum extra Conclave qui horis cænæ & prandii veniant pro reliquis carniæ & aliorum comestibilium quæ supermanserunt & conservari aen possunt ac extra Conclave porrigantur.

§. 140. Singulis diebus post diem Dominicam Electionis prædictæ & ante diem Coronationis Papæ in mane & post prandium venerunt ad Palatium plures ex Reverendissimis Dominis Cardinalibus, qui electus signavit supplicationes officiorum & altarum rerum promissis, & distribuit eis terras & castra; non tamen omnibus Cardinalibus juxta tenorem Capitulorum supradictorum, sed nulla supplicatio fait his diebus data, sed in omnibus postmodum Domino Datario præsentatum fuit posita data diei Coronationis.

§. 141. S. D. N. Electus elegit & deputavit in Datarium suum R. P. D. Anthonianum Vintimiliensem, alias Caudatarium suum.

§. 142. Fuerunt etiam deputati quinque ex Reverendissimis Dominis Cardinalibus qui Coronationem & pro ea necessaria ordinarunt, videli-

de Beate Reverendissimi Domini sancti Marci, sancti Petri ad vincula, Ulix-
bionensis, Senensis & Sancti Georgii Camerarius quorum consensu omnia
ordinata sunt & per me sollicitata, prout inferus annotatur.

Pro Coronatione paranda sunt.

Ostodecim Pendones trombarum cum armis sanctissimi Domini nostri quo-
rum dantur octodecim pendones trombarum cum armis Ecclesie. Vali-
fexæ duæ de scarlata sine armis cum quatuor mappis quælibet & nodis feræ cre-
mesinæ ex auro mixtis. Scala Papæ ex tribus gradibus composita cum
eodem ascendit panno scarlato cooperta; Duodecim vexilla rubea de
Zendali quos Cursores portant; *tredecim vexilla tredecim Regionum
artis* etiam de Zendali. Duo vexilla majora cum duobus Cherubinis.
Unam *vexillum magnum cum armis populi Romani*. Unum vexillum si-
militudine album cum cruce nigra per medium. Unum vexillum simile cum
armis Papæ. Unum vexillum simile cum *armis Ecclesie*. Unum vexil-
lum simile torum rubeum cum cruce alba. Quinque vestes pro por-
titoribus dictorum quinque vexillorum quæ omnes esse debent *ex taffeta-
no sive Zendali* divisiones * vexillorum dempris illius qui portat vexil-
lum Ecclesie quæ debet esse *tota rubea*, & alterius qui portat vexillum
Papæ *tota alba*. Quinque cooperturæ equorum qui omnes *bardati* es-
se debent & totaliter usque ad caput inclusivè cooperti de taffetano
eiusdem coloris ut de vestibus dictum est. Viginti vestes sive mantellinæ
ex fustagno seu Bucanno, coloris ut supra, pro quatuor familiaribus
cujuslibet ex portitoribus dictorum quinque vexillorum; quatuor Ca-
pellæ de veluto Cremesino cum orlettis aureis & pendentibus auro &
cremesino mixtis. Baldachinum brochati albi pro corpore Christi, quod
habere debet Drapelonos se cum *armis corporis Christi* (videlicet Calice
& hostia) *Papæ & Ecclesie*. Baldachinum simile cum armis Papæ &
Ecclesie quod Romæ manet. Aliud baldachinum simile pro reditu Pa-
pæ ex Laterano, ac aliis temporibus portatur umbraculum de Zendali
rubeo & albo. Vexillum magnum pro turri Castri Sancti Angeli cum
armis Papæ. Quatuor vexilla minora punctata cum eisdem armis pro
inferioribus turribus juxta pontem & summitatem superioris domus sive
palatii dicti Castri. Quatuor Baculi longitudinis quatuor palmorum
quoslibet ex capite rotundo *in modum Tellerii* ut capellum firmum teneant
veluto cremesino cooperti pro quatuor Capellis supradietis. Viginti
quatuor lanceæ rubæ pro tribus Baldachinis. Quinque lanceæ pro
quinque vexillis magnis. Viginti quinque minores lanceæ pro duode-
cim vexillis Cursoforum & tredecim capitum regionum; albae datæ sunt
tantum duodecim pro Cursoforum vexillis, quia *Capariones* sibi ipsis suas
ordinarunt, quia sic fieri consuetum esse dicebatur. Duæ lanceæ albae
pro duobus Cherubinis. Quindecim baculi rubei pro ducentibus equum
scalam Papæ portantem, * duodecim equus cum muletta, quæ tamen est
extraordinaria pro ornatu processionis. Duo baculi inaurati pro lan-
ternis quæ ante corpus Christi portantur. Decem baculi pro Parafre-
nariis vel plures, si parafrenariorum plures sint, cum armis Papæ
de auro fino, lancea pro umbrellæ quæ pomum aureum vel inauratum
in eius summitate habeat. Triginta vel quadraginta scabelli aut plu-
res cum armis Ecclesie & Papæ pro capella Papæ & Consistoriis.
Equus albus pro Pontifice qui ante & retro veluto cremesino coopertus sit
cum fræno de eodem veluto auro ornato. Equus similis pro corpore
Christi veluto cremesino coopertus ut prius cum simili fræno, duodecim
equi similes cum coopertis & frænis ut prædixi. Mula Papæ cum
cooperta & fræno similibus quæ ex nova consuetudine ducitur. E-

quus similis pro corpore Christi veluto cremefino coopertus ut prius. Equus similis qui scalam Papæ portat scarlato coopertus cum freno etiam condecanti. Viginti quatuor coopertæ ex scarlato cum frenis & frontalibus pro totidem mulis salmas cibariorum &c. deferentibus ad sanctum Joannem Lateranensem. Panni virides pro choro Basilicæ Sancti Petri cannæ... Quinque cannæ panni rosacii pro folio Papæ ibidem. Panni virides pro capella Sancti Georgii in Basilica prædictæ cannæ... Panni virides pro suggesto in plano supra gradus ante Basilicam prædictam præparaudo. Panni virides pro choro Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis cannæ... Panni virides pro capella Sancti Silvestri apud Basilicam Sancti Joannis Lateranensis. Suggestum fiat ante portam porticus in plano scalarum Basilicæ Sancti Petri prædictæ largitudinis... *Baltresca* fiat de porta principali Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis usque ad altare majus, & de eodem altari usque ad portam qua itur ad Sancta Sanctorum capellam, altitudinis palmarum... & largitudinis cannarum... Alia *baltresca* fiat in prima aula palatii Sancti Joannis Lateranensis de uno muro transversali ad alium murum transversalem, altitudinis duorum pedum & latitudinis pedum quindecim vel circa.

De officio Sacristæ.

§. 144. Sacrista palatii Apostolici provideat de omnibus paramentis Pontificalibus, officii missæ coronationis dicendæ convenientibus; cui si convenirent alia paramenta quam alba, provideat etiam de paramentis quibus Papa missa finita se parat, quia in albis paramentis duntaxat convenit processionaliter ad Lateranum equitare. De Capta pro Corpore Christi & ductore equi. De duabus Lanternis & candelis & portitoribus. De omnibus quæ ad missam Papalem pertinent, de *Diacono & Subdiacono Græcis*.

§. 145. Aviset omnes, quibus sacras vestes mutuatur, ubi in Basilica Lateranensi illa deponere debeant & sibi restituere, vel quod illa sibi ad palatium remittantur & singulorum nomina notet.

De officio Diaconorum Apostolicorum.

§. 146. Omnes Subdiaconi Apostolici induti erunt tunicellis albis supra rochetas, uno dempro qui epistolam dicturus est in missa: ille tantum habebit amictum, albam, cingulum & manipulum sub tunica; & in omnibus officiis portabit Crucem ante Papam, etiam in Processione ad Lateranum; & alia faciet prout in missa, Papa celebrante est ordinatum. Dicent laudem. Prior Episcoporum interim quando tertia oratio per Episcopum Cardinalem super Papam dicitur, portabit pallium ad altare & in illius medio illud ordinabit.

De Palatio Sancti Joannis Lateranensis.

§. 147. Palatium Sancti Joannis Lateranensis reaptetur & reformetur ubi reparatione ab intus indiget, & ejus aulae, banci, Cameræ, & Cameræ pro Pontifice pannis de rascia more solito, ordinentur & ornentur, cum tabulis, fenestris, sedibus & scabellis. Parentur etiam ibidem omnes Cameræ Canonicorum & alia ibidem commodè pro Reverendissimis Dominis Cardinalibus a & Prælatibus. Aptentur, reformentur seu reparentur ibidem omnia solria aularum & camerarum Papæ, & in eis fiant lecticæ, scamnæ, mensæ, & alia necessaria.

De Credentiariis Papæ,

§. 148. Parent unam credentiam in Capella Sancti Gregorii, aliam in choro Basilicæ Sancti Petri prope altare majus in cornu Evangelii.

De officio *Foreriorum* Papæ

§. 149. Habeant paratam sedem Papæ intra ultimam portam palatii supra scalas quæ omnes portas porticus Basilicæ Sancti Petri respicit: tamen si Pontifex in sede portatur, poterit in illamet sede in qua portatur ibidem sedere. Parent ornatissimè capellam sancti Gregorii cum palliis & pannis viridibus in terra, ac sedem Papæ in qua sacras vestes recepturus est, pallio albo ornent cum suis scabellis, duobus hinc & inde pro Diaconis assistentibus. Parent scamna sive bancas in dicta capella pro Reverendis Dominis Cardinalibus, *Oratoribus laicis*, juxta altare à retro, & Episcopis assistentibus ad sinistram Papæ, & omnia bancalibus ornent more solito. Extra Capellam prædictam scamna sive banchos pro Prælatiis, quæ similiter banchalibus cooperiant. chorum altaris basilicæ prædictæ similiter ornent palliis, sedes Pontificis ibidem & scamna pro Cardinalibus & Prælatiis. Faldutortum & scabellum cum duobus Cuffinis consvetis, quod ad omnia loca ubi Pontifex habebit genu flectere, per servientes armorum coram eo portetur. Sedem bassam pulchram Camechalem * quæ inter altam & altare in choro suo tempore collocetur. Suggestum supra scalas Basilicæ sancti Petri prædictæ ordinatum & sedem eminentem ibidem positam ornent palliis spaleris & in terra pannis viridibus, & parent duo scabella solita ante sedem prædictam: de aliis duobus scabellis hinc & inde pro Cardinalibus assistentibus poni consvetis, non est magna cura; quia Cardinales assistentes poterunt illo parvo tempore pedibus stare. Sedem eminentem & chorum Basilicæ sancti Joannis Lateranensis similiter ornent palliis & in terra pannis viridibus; & amoveantur ex eo altare ex tabulis compositum quo Canonici ibidem communiter utuntur. Ornetur etiam ibidem altare majus solenniter in capella sancti Laurentii quæ sancta sanctorum dicitur, in palatio Lateranensi prosternentur aliqua tapetia in terra. Capellam sancti Sylvestri in eodem palatio ornent palliis, etiam sedem eminentem in eadem pro Pontifice & in terra pannis viridibus. Ornent aliquem locum juxta porticum Basilicæ sancti Petri, aptum pro facienda (*) pro Pontifice & Cardinalibus antequam fiat processio ad Lateranensem & alius ibidem locus paretur pro Prælatiis & officialibus.

De officio Magistri domus palatii Apostolici.

§. 150. Provideat quòd in locis ubi sanctissimus D. N. cum Cardinalibus, & alio ubi Prælati & officiales *Collationem* facient, sint mensæ & scamna & sedilia ad oportunitatem tabulæ, & servitores, Malvasia, Martapanochiari, Canallioni & alia oportuna. Deputet duodecim familiares Papæ rosacio panno vestitos qui duodecim intorticia ante corpus Domini portent, provideat de vino & aliis necessariis pro prandio in palatio Lateranensi Romanis & officialibus ac omnibus Curialibus dando.

De officio Prioris Diaconi Cardinalium.

§. 151. Prior Diaconorum Cardinalium facta per Cardinales in capella sancti Gregorii in Basilica sancti Petri Papæ reverentia, capit *paramenta* sua videlicet amictum, albam, cingulum, stolam, & dalmaticam, & Pontifice omnibus paramentis induto accipit manipulum. Dictis tentis parat Pontificem omnibus paramentis Pontificalibus pallio demtore solito. Induto Pontifice paramentis consvetis, & tertiis finitis, accipit ferulam sive baculum album, & processionem ordinat ad altare majus per Vaticanum hoc ordine. Imprimis procedunt scuriferi Papæ,

(*) f. Collatione

Cubicularii extra cameram. Oratores Laici & Clerici non Prælati ac Barones. Secretarii & Advocati mixtim. Acoliti. Clerici Camerae. Auditores. Acolitus cum thribulo & navicella. Septem vel ad minus duo Acoliti Ceroferrarii Subdiaconus crucem portans cum Collegis suis. Duo Subdiaconi epistolae lecturi cum libris Evangeliorum. *Diaconus Evangelium graecum diciturus*. Abbates Forenses. Episcopi. Archiepiscopi. Episcopi & Archiepiscopi Papæ assistentes. Abbates urbis. Patriarchæ si qui sunt. Diaconi, Presbiteri, Episcopi, Cardinales. Diaconus evangelium diciturus medius inter duos Diaconos assistentes, qui tamen convenientius aurifrigium pluvialis hinc & inde deferrent, nisi Papa in sede veheretur. Duæ ceremoniarum Magistri, quorum antiquior cannam longitudinis ijcannarum vel circa cum stappa desuper posita, alius aliam cannam cum candela ardente desuper aptata deferant. Papa sub baldachino quod digniores Nobiles vel Oratores urbis aut Conservatores portent. Decanus Auditorum Rotæ cum *tobalea* ad collum pro mitra medius inter duos Cubicularios Secretos Pontificis. Prælati non parati si qui sint. Prothonotarii. Sequuntur & alii rogati,

§. 152. Finitis orationibus tribus super Pontificem per tres Episcopos Cardinales seniores dictis, Prior prædictus cum seniore Diacono post eum accedit ad altare majus, de quo ipsi ambo simul pallium elevat, & Prior ipse si illos Pontifici imponit dicens: Accipe *pallium*, scilicet plenitudinem Pontificalis officii, ad honorem omnipotentis Dei, gloriose virginis Mariæ ejus genetricis, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

§. 153. Deinde illud sibi cum tribus pinnulis aptat antè super super humerum sinistrum & retro.

§. 154. Finitis orationibus ante epistolam, Prior ipse accepta ferula cum Subdiaconis, Auditoribus, Secretariis & Advocatis accedit infra ad altare, & ibidem ordinat Subdiaconos, Auditores, Secretarios & Advocatos hinc & inde pariter; ita tamen quod digniores videlicet Subdiaconi sint proximiores altari: illos sequuntur alii digniores, quo ordine dato ipse Diaconus stans sine mitra in medio inter primos Subdiaconos, alta voce quasi legendo dicit: Exaudi Christe. Subdiaconi Auditores Secretarii & Advocati simili voce respondeant: *Domino nostro Innocentio a Deo decreto summo Pontifici & universali Papæ, vita*. Et sic ter dicitur per Priorem Diaconum prædictum, & toties per alios prædictos respondebitur. Subsequenter idem Prior dicit: Salvator mundi, Subdiaconi & alii prædicti respondebunt: Tu illum adjuva, quod bis dicitur. Postea dicit idem Prior: Sancte Michael, respondeant illi: Tu illum adjuva, quod semel tantum fiet & continuabitur ut infra.

Sancte Raphael, Sancte Petre, Sancte Paule, Sancte Andraæ,
Sancte Stephane, Sancte Leo, Sancte Gregori, Sancte Benedicte,
Sancte Basili, Sancta Saba, Sancta Agnes, Sancta Cæcilia,
Sancta Lucia.

Resp. Tu illum adjuva.

§. 155. Deinde Prior prædictus dicit semel tantum Kyrie eleison, & illi respondeant Kyrie eleison: tunc dicit semel Prior tantum, Christe eleison, & illi respondeant Christe eleison. Tum Prior & alii omnes cum eo simul dicant semel tantum Kyrie eleison. Laudibus his finitis quisque ad locum suum revertitur Diacono præcedente. Omnia alia faciet Diaconus prout in missa Papa celebrante est ordinatum. Finita missa Papa ascen-

ascendit suggestum supra scalas Basilicæ sancti Petri ordinatum, in sede eminente ibidem sibi parata sedens, quo sic sedente Diaconus à sinistris sibi assistens detrahit ei mitram, & Prior Diaconorum imponit ei *regnum*, circumstantibus acclamantibus, Kyrie eleison. Deinde publicat indulgentiam plenariam, vel aliam prout Papæ placbit verbis latinis, & alius Diaconus post eum verbis vulgaribus. Ordinatur deinde processio ad sanctum Jo. Lateranum, & hoc modo procedunt: Familiares omnes in brevibus Cardinalium & aliorum. Barbitonsor & sartor Papæ cum duobus Valisii. Nobiles Curia. Nepotes & affines Cardinalium. Equus cum scala Papæ postquam Papa ascenderit equum. Duodecim Cursores cum duodecim vexillis. Tredecim capita regionum cum tredecim vexillis. Duo Cantores cum duobus vexillis Cherubinorum. Vexillum populi Romani. *Vexillum ordinis Theutonicorum*. Vexillum cum armis Papæ. Vexillum cum armis Ecclesiæ. *Vexillum ordinis sancti Jo. Hierosolymitani*. Duodecim equi albi & mula Papæ. Quatuor nobiles scutiferi honoris, quatuor pileos Papæ portantes. Cubicularii extra cameram Papæ. Oratores laici & Clerici non Prælati. Subdiaconus cum cruce. Duodecim familiares Papæ cum totidem intorticiis albis. Duo Clerici superpellitiis induti cum duabus lanternis & luminaribus. Equus cum Sacramento sub baldachino incedens. Sacrista. Duo Præfecti Navales. Cantores capellæ Papæ. Secretarii & Advocati mixtim juxta ordinem per S. D. N. P. datum. Acolyti. Clerici cameræ. Auditores Rotæ. Subdiaconi Apostolici tunicellis albis induti. *Diaconus & Subdiaconus Græci*. Abbates forenses. Episcopi Archiepiscopi Episcopi & Archiepiscopi Papæ assistentes. Abbates urbis. Patriarchæ. Diaconi Cardinales. Presbyteri Cardinales. Episcopi Cardinales. Diaconi Papæ assistentes. Papa sub baldachino. *Marescallus Curia vel soldanus pecunias proiciens populo*. *Decanus Rotæ* cum tobalea ad collum pro mitra medius inter duos Cubicularios secretos. Umbraculum. Vicecamerarius si sit Prothonotarius vel Prælati non paratus. Alii Prælati qualescumque sint, non parati. Prothonotarii. Auditor Audientiæ Contradictarum. Corrector litterarum Apostolicarum. alii omnes togati. Pro priore Diaconorum Cardinalium si evangelium in missa dicturus sit quod ipsum concernit (alioquin pro alio Decano Cardinale evangelium ipsum dicturo) portentur per unum ex scutiferis suis bacile cum bucali & duobus mantilibus ad abluendum & extergendum manus pro se & Subdiacono Apostolico missa facta ministraturo.

De Priore & Canonicis sancti Petri.

§. 156. Aviventur Prior, Canonici, beneficiati & Clerici Basilicæ sancti Petri quod bono mane in die Coronationis Papæ parati sunt processionaliter Papam recepturi.

De Priore & Canonicis Basilicæ sancti Joannis Lateranensis.

§. 157. Prior & Canonici Basilicæ Lateranensis eorum consueto habitu quo in Ecclesia utuntur, induti, vel processionaliter in porta principali ipsorum Basilicæ cum Cruce debent Papam expectare & eum postquam de equo descenderit ad sedem sedere facere seu collocare: procedente deinde Papa ad Altare majus, cantent Te Deum laudamus.

De Officio Reverendissimi Domini Camerarii & Thesaurarii.

§. 158. Reverendissimus Dominus *Camerarius seu Generalis Thesaurarius* sanctissimi Domini nostri Papæ provideat de pecuniis oportunitis, videlicet

videlicet ille * qui jactus faciet populo *de Carlenis, Bajocchis & denariis* minutis ad sufficientiam.

§. 159. Item habeat in gremio pro sanctissimo Domino nostro ante portam sive ostium basilicæ Lateranensi in sede sedente denarios minutos ad sufficientiam, *non argenteos neque aureos pro tribus pugillatis.*

§. 160. Item pro secunda sede prophyrea denarios argenteos tantum videlicet carlenos, bajocchos & similes ad sufficientiam pro tribus pugillatis.

§. 161. Item pro Presbyterio in capella sancti Silvestri ducatos 300. & totidem carlenos, quod supererit servari poterit.

De officio Prioris Præbyterorum.

§. 162. Cum Dominus noster fuerit apud sanctum Joannem Lateranensem in aula Concilii, Prior Præbyterorum Cardinalium ferulam in manus habens ordinat, versus lapidem qui mensura Christi dicitur, Subdiaconos, Auditores, Advocatos & Secretarios hinc & inde pariter, ita ut digniores videlicet Subdiaconi stent versus dextr. lapid. quibus sic ordinatis idem Prior stans sine mitra in medio inter primos Subdiaconos alta voce quasi legendo dicit: Exaudi Christe. Subdiaconi, Auditores, Secretarii & Advocati simul voce respondent: Domino nostro Innocentio à Deo decreto summo Pontifici & universali Papæ, viræ. Et hoc tertio per Priorem dicitur & toriens per illos responderetur, subsequenter idem Prior dicit: Salvator mundi. Respondent Subdiaconi & alii prædicti: Tu illum adjuva; quod similiter tertio fit per utrosque. Deinde dicit idem Prior. Sancte Michael, respondent illi: Tu illum adjuva, quod semel tantum dicitur & ut infra continuatur.

Sancte Gabriel, Sancte Raphael, Sancte Joannes Baptista, Sancte Petre, Sancte Paule, Sancte Andrea, Sancte Stephane, Sancte Leo, Sancte Gregori, Sancte Benedicte, Sancte Basili, Sancte Saba, Sancta Agnes, Sancta Cæcilia, Sancta Lucia.

Resp. Tu illum adjuva.

§. 163. Deinde Prior prædictus semel dicit tantum Kyrie eleison, illi respondent Kyrie eleison: tum dicit idem Prior etiam semel tantum Christe eleison & illi respondent Christe eleison: tum Prior & alii omnes cum eo simul dicunt semel tantum Kyrie eleison.

De officialibus palatii Lateranensis.

§. 164. Papa in secunda sede porphyrea sedente zona cincto, omnes officiales palatii Lateranensis veniunt ad pedis osculum.

De Officio Prioris Basilicæ sancti Laurentii in Laterano quæ Sancta Sanctorum dicitur.

§. 165. Prior Basilicæ sancti Laurentii quæ Sancta Sanctorum dicitur suo habitu consueto indutus, quo in Ecclesia uti solet dat Papæ in prima sede prophyrea sedenti in manum ferulam & claves ipsius Basilicæ & sacri Lateranensis palatii, quas Papa in alia sede simili sedens ei restituit, quibus receptis idem Prior Papæ adhuc sedenti cingit supra planetam zonam de serico rubeo cum burfa purpurea illi appendente, in qua sunt duodecim lapides preciosi cum sigillis & musco.

De Judæis.

§. 166. Papa per montem Jordanum transeunte ad sanctum Joannem Lateranensem equitando occurrunt ei *Judæi in platea montis Jordani & ei Legem Mosaicam offerunt, petentes illam confirmari & approbari.*

§. 167. Papa tamen pro hac vice concessit ipsis Judæis licentiam quod super muro inferiori Castri sancti Angeli inter merulas legem hujusmodi offerant, ne à Romanis ut alias actum est opprimantur aut aliquæ injuriæ ipsi inferantur.

De Conservatoribus Camerae urbis.

§. 168. Conservatores camerae urbis ducant sive *adextrent* equum Papae per fronsium à platea Sancti Petri ad Lateranum.

§. 169. Deputent centum & quatuor cives pro baldachino corporis Christi *pro tredecim mutis*, & cuilibet suam consignent, & sint octo pro qualibet vice. Item totidem alios cives pro Baldachino Papae pro tredecim mutis avissent officiales Palatii Lateranensis ut Papa in secunda sede porphyrea sedente omnes veniant ad pedis osculum. Mutae autem per me ordinatae fuerunt in his locis, videlicet primi portarent à platea Sancti Petri usque ante domum Alerientem. Secundi ab inde, usque ad angulum castris Sancti Angeli citra portam. Tertii ab inde usque ad plateam montis Jordani. Quarti ab inde usque ad plateam Parionis videlicet ante Domum Domini Falconis. Quinti ab inde usque ad Ecclesiam Sancti Sebastiani. Sexti ab inde usque ultra domum Gabrielis de Caesarinis usque ad introitum viae pelliciarum. Septimi ab inde usque ad Sanctum Marcum. Octavi à platea Sancti Marci ad Ecclesiam Sancti Adriani. Noni ab inde ante Ecclesiam Beatæ Mariæ novæ. Decimi ab inde usque ad Coliseum. Undecimi ab inde usque ad palatium Sancti Clementis. Duodecimi ab inde ad medium iter Sancti Joannis Lateranensis. Tertii decimi ab inde usque ad portam Ecclesiae Sancti Joannis Lateranensis. Sed quia Romani mihi dixerunt suas in mutis hujusmodi consuetudines velle observare, eorum arbitrio reliqui.

De Vexilliferis.

§. 170. Cursores Sanctissimi Domini nostri Papae deputent quatuordecim ex ipsis qui duodecim parva vexilla & duos Cherubinos portent. Tredecim capita Regionum portant sua vexilla. Confalonarius populi Romani. *Procurator ordinis Beate Marie Theutonicorum*. Comes Joan. Franciscus de Balino. (*) Comes Antonius de Mirandula, *Procurator ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani*.

§. 171. Omnes hi habeant equos bardatos & sint armati usque ad collum cum supravestis pro se & equis; & quilibet eorum habeat quatuor familiares mantellinis indutos.

De Cardinalibus & Prælatiis.

§. 172. Reverendissimi Domini Cardinales faciant fieri coopertas de buccacino (***) albo, quæ equos undique coopertiant à terra per palmam vel circa. Portari faciant paramenta ordini & tempori convenientia, quibus parati sint in missa & processione ad Lateranum: quisque penes se habeat servitores octo vel circa ad voluntatem suam honestè vestitos, baculos albos in medio Parafrenariorum manibus portantes, & hi erunt loco Parafrenariorum.

§. 173. Prælati similiter fieri faciant coopertas similes, de fustagno tamen albo, non de buccacino. Portari faciant pluvialia alba & mitras simplices quibus in processione sint parati, similiter & in missa ipsa si alium colorem postularer.

§. 174. In processione quisque penes se habeat servitores seu parafrenarios honestè vestitos baculos albos in manibus portantes.

De Cameris in sancto Joanne Lateranensi distribuendis.

§. 175. Camerae omnes Canonicorum Basilicæ sancti Joann. Lateranensis sive in Canonica sive *supra lobiam* per quam ad Sancta Sanctorum iter situata, distribuantur inter Reverendissimos Dominos Cardinales per biduum vel triduum ante diem Coronationis, & per litteras alphabeti signentur ac claves eorum singulis cameris Cardinalium assignentur, qui eos mundari faciant & pannis oportunis, lectis, scamnis, sedibus, mensis & aliis

(*) f. Balneo

(**) f. bombasino

hiis rebus oportunitis ordinent pro quiete & habitatione Dominorum suorum
in die Coronationis Papæ.

§. 176. Reverendissimus Dominus Vicecancellarius habet cameram
signatam. Reverendissimus Cardinalis Neapolitanus. Reverendissimus
Dominus Sancti Petri ad vincula. Reverendissimus Dominus Cardinalis
Sanctæ Mariæ in portico. Reverendissimus Dominus Cardinalis Mediola-
nensis. Reverendissimus Dominus Cardinalis Novariensis. Reveren-
dissimus Dominus Cardinalis Matisconensis. Reverendissimus Dominus
Cardinalis Sancti Angeli. Reverendissimus Dominus Cardinalis Ulix-
bonensis. Reverendissimus Dominus Cardinalis Ravanatensis. Re-
verendissimus Dominus Cardinalis Agriensis. Reverendissimus Dominus
Cardinalis Sancti Clementis. Reverendissimus Dominus Cardinalis de
Arragonia. Reverendissimus Dominus Cardinalis de Fufcharo. Re-
verendissimus Dominus Cardinalis de Comitibus. Reverendissimus Do-
minus Cardinalibus Gerundenfis. Reverendissimus Dominus Cardinalis
Parmensis. Reverendissimus Dominus Cardinalis Senensis. Reverendissi-
mus Dominus Cardinalis Sancti Georgii. Reverendissimus Dominus
Cardinalis de Sabellis. Reverendissimus Dominus Cardinalis de Colum-
na. Reverendissimus Dominus Cardinalis de Ursinis. Reverendissimus
Dominus Cardinalis de Ascania Maria S'ortia.

De tribus Episcopis Cardinalibus qui tres
orationes dicent.

§. 177. Reverendissimus Dominus Cardinalis Sancti Marci primam
Deus qui adesse &c.

Reverendissimus Dominus Cardinalis Neapolitanus secundam. Sup-
plicationibus nostris Deus omnipotens &c.

Reverendissimus Dominus Vicecancellarius tertiam. Deus qui Apo-
stolum tuum &c.

De Capitaneo portæ palatii Apostolici.

§. 178. Capitaneo portæ palatii Apostolici deputer & ordinet bono
mané plures ex suis peditibus qui suggestum supra scalas ante Basilicam
Sancti Petri ordinatum custodiant, & neminem illud ascendere permittant
ante tempus.

Item mittat alios decem qui custodiant balustram & portam Basilicæ
Sancti Joannis Lateranensis, & similiter neminem ante tempus intrare
permittant.

Item alios qui custodiant ostium capellæ Sancti Gregorii in Basilica
Sancti Petri.

Item alios qui custodiant ostium Chori altaris majoris ejusdem Basi-
lici Sancti Petri.

De officio Clericorum campanariorum Capellæ Sanctissimi
D. N. Papæ.

§. 179. Clerici campanarij capellæ Sanctissimi Domini nostri Papæ
provideant de faculis septem sive candelis, unius libræ quælibet pro pro-
cessione ad capellam Sancti Gregorii totidem candelabris.

Item de septem faculis duarum librarum quælibet, pro al-
tari majori.

Item de duabus faculis similibus pro Credentia Sacristæ.

Item de intorticiis octo, pro elevatione Sacramenti & Evangelio.

Item de intorticiis duodecim portandis ante Sacramentum in proces-
sione ad Sanctum Joannem Lateranensem.

§. 180. De thuribulo & navicella pro prima processione prædicta. Pon-
nantur duo candelabra super altare in capella Sancti Gregorii cum
duabus

duabus facolis quibus libræ qualibet. *Faldistorium* parent cum scabello & *Cuissis ac tapete* pro Pontifice, quo ipse in diversis locis utetur, videlicet intra portam palatii Sancti Petri in capella Sancti Gregorij, ante altare majus, in Basilica Lateranensi in aula Concilij, ante altare in Basilica Sancti Laurentij in Laterano quæ Sancta Sancti rum dicitur. Provideant etiam de pluviali albo pro Pontifice in capella Sancti Sylvestri in Laterano.

§. 181. Die octava Septembris concordarunt Secretarij & Advocati super præcedentiâ prout infra dicitur, facta per me ordinatione supra scripta. Singulis diebus usque ad diem Coronationis Sanctissimi Domini nostri sollicitavi quod ordinata hujusmodi perficerent.

§. 182. Die Sabbati undecima Septembris circa horam sextam noctis obiit Reverendissimus in Christo Pater & D. Dominus Philippus Sanctorum Joannis & Pauli tituli, presbyter Cardinalis, Martisconensis vulgariter nuncupatus, diem vitæ suæ temporalis clausit extremum, qui eadem nocte a fratribus Conventus Ecclesiæ Beatæ Mariæ prædictæ in eadem sepultus est ante altare majus; ita tamen & ex sui ipsius ordinatione, quod *nulla supra monumento* suo hujusmodi *memoria* extet. Is novo Pontifice Dominica vigesima nona Augusti proximè præteriti ad Basilicam Sancti Petri associato ad domum suam rediens & malè seu gravatum se sentiens ad lectum se posuit, ex quo sanus non surrexit: incidisse omnino in eam infirmitatem dicitur, quod in Conclavi diurno & nocturno tempore continuo sollicitans non quievit.

§. 183. His diebus Sanctissimus Dominus noster de assistentibus Prælati sibi providere volens infra scriptos assumpsit quorum nominantur in scedula sanctitas sua mihi tradi fecit, videlicet Reverendum D. L. Patriarcham Antiochenum. Reverendum Dominum Patriarcham Hierosolymitanum. Reverendum Dominum Archiepiscopum Arelatensem. Reverendum Dominum L. Archiepiscopum Beneventanum. Reverendum Dominum Joannem Episcopum Castrensem in Francia. Reverendum Dominum Vr. Episcopum Theanensem. Reverendum Dominum Vr. Episcopum Foroliviensem. Reverendum Dominum Ar. Episcopum Aleriensem. Reverendum Dominum Pe. Episcopum Nanetensem. Reverendum Dominum Joan. Episcopum Dunelmensem.

§. 184. Dominica duodecima mensis Septembris omnibus pro Coronatione Pontificis ordinatis Sanctissimus Dominus noster Innocentius Papa octavus amictu, alba, cingulo stola, pluviali rubeis & mitra pontificis descendens de Palatio ad Basilicam Sancti Petri sub Baldachino, quod per Nobiliores Curiæ & Oratores portabatur, præcedente Cruce & post eam Cardinalibus in eorum cappis Pontificem sequentibus, officialibus quoque similiter in suis ordine & loco euntibus ut alias; pervenit ad primam portam palatii in sede in qua portabatur, demissus intra dictam portam palatii sedens omnes Canonicos dictæ Basilicæ ad pedis osculum recepit.

§. 185. Deinde portatus est in sede prædicta per portam consuetam, mediam videlicet Basilicam prædictam usque ad secundum lapidem magnum porphyreum in terra positum, ubi in parato sibi Faldistorio cum suo scabello & cuissis & tapete subtus in terram prostrato deposita mitra genuflexus ad altare majus versus oravit, faldistorium cum scabello cuissis & tapete *servientes armorum* hinc & inde quo opus erat, portaverunt.

§. 186. Facta oratione imposita est mitra Pontifici qui resedit in sede prædicta in qua portatus est ad Capellam Sancti Gregorij ubi similiter in faldistorio genuflexus sine mitra oravit more solito, faldistorium cum suis attinentijs portarunt servientes armorum ut moris est, & facta oratione Papa accepta mitra sedit in sede Pontificali ibidem sibi parata, ubi accepit omnes Cardinales & Prælatos in eorum cappis, ad reverentiam; primo *Cardinales qui osculabantur manum Pape sub aurifrigio eis per-reclam*, Prælati deinde genuflexi pedem dextrum Pape osculabantur.

§. 187. Reverentia ut præmittitur facta Pontifici, præstita fuit sibi mitra, qui surrexit, & stans detecto capite versus ad altare dictæ Capellæ, dixit secretè Pater noster: quo completo voce intelligibili dixit cantando & se à facie ad pectus signando: Deus in adjutorium meum intende, & pro tertijs sic manens quousque Cantores incepissent Psalmum legem pone, & quo incepto sedit. Impositum est ei birettum & Cantores profecti sunt tertiam.

§. 188. Tum *Subdiaconus Latinus* accessit ad altare, ubi sacriila capellæ nostræ mappulam sericam super brachia & etiam caligas & sandalia in manus dedit, quas ille manibus ad faciem elevatis portavit ante Pontificem: eundem Subdiaconum secuti sunt Accoliti Apostolici omnes; quibus simbrias Papæ extendentibus retinentibusque, Subdiaconus ipse cum uno ex secretis Cubicularijs Papæ, de subtus intravit, & calciamenta communia Papæ extrahentes caligas & sandalia prædicta ei imposuerunt. Interim Episcopi assistentes librum & candelam porrexerunt Diaconis assistentibus qui illa in manibus tenentes hinc & inde cum Pontifice, dixerunt more solito antiphonam ne reminiscaris, & quam dilecta, & alia prout in eodem libro ordinatur.

§. 189. Finitis psalmis quam dilecta & cum suis responsoijs & orationibus, Reverendissimi Domini Senensis & Sancti Georgij qui assistebant Pontifici & de Sabellis Senior, post eos Diaconi Cardinales recesserunt à Pontifice & retro altare ibidem acceperunt paramenta albi coloris, videlicet amictum & Dalmaticam, ultraque Reverendissimus Dominus Cardinalis Senensis quia dicturus erat Evangelium, accepit albam, cingulum, & stolam; ante quorum discessum à Pontifice accesserunt ad assistendum Reverendissimi Domini de Columna & Urfinis, post prædictos Seniores Diaconi Cardinales, & his tribus paratis illi duo ad loca sua redierunt, & hi assisterunt more consueto.

§. 190. Interim capellæ nostræ Cantores in angulo juxta murum extra dictam capellam stantes, persecuti sunt tertiam usque ad capitulum, quo per unum ex ipsis incepto, Papa surrexit cum mitra, cum diceretur versiculus, post breve responserium venerunt ante Pontificem duo Accoliti Ceroferarij cum Socio meo, competenti spacio, finito *re*. ad versiculum Papa deposita sibi mitra dixit: Dominus vobiscum, & orationem ex libro quem subprior Presbyterorum Cardinalium videlicet Reverendissimus Dominus Cardinalis Novariensis servabat, Domino Archiepiscopo Arelateni ipsam adjuvante, & Archiepiscopo Beneventanensi assistentibus candelam tenente: qua finita Papa repetiit: Dominus vobiscum, & Cantores, benedicamus Domino, & interim Ceroferarij redierunt ad altare. Antequam Papa orationem pro tertijs diceret, mandavit mihi ad instantiam Reverendissimi Domini Cardinalis Gerondenſis, qui hoc à sanctitate sua obtinuerat, ut locum darem inter Prælatos supra dictos Sanctitati suæ assistentes Reverendo in Christo Patri Domino Alfonso Episcopo Pampilonensi quem sanctitas sua in Episcopum assistentem ad prædicti Cardinalis supplicationem acceperat, quod & statim feci.

§. 191. Finita

§. 191. Finita tertia Sanctissimus Dominus noster sedit, in accepta mitra lavit manus more solito, Reverendissimo Domino Vicecancellario serviente & dante aquam; qui loris & extertis manibus, deposita fibi mitra surrexit & dimisso pluviali & stola rubeis accepit *paramenta* albi coloris more & ordine consueto, Reverendissimo Domino Cardinale Senensi *parante*.

§. 192. Interim dum Pontifex paramenta acciperet, omnes Reverendissimi Domini Cardinales Prælati & officiales sua paramenta acceperunt ab illis Cardinalibus in capella prædicta in locis suis, videlicet Episcopi superpellicium & pluviale, Presbyteri amictum & planetam, Diaconi amictum & Dalmaticam, & omnes mitras albas ex damasco albo; Prælati vero extra capellam pluviale & mitras planas albas, officiales vero omnes extra capellam, videlicet Subdiaconi tunicas albas supra rochetos, excepto quod Dominus Hugo de Bengijs qui epistolam dicturus erat, accepit amictum, albam & cingulum; Auditores Rotæ, Clerici Camerae & Accoliti superpellicia super rochetos.

§. 193. Secretarii vero & Advocati pluvialia alba supra vestes suas communes accipiebant, aperturas pluvialium super humeris dextris habentes, cubicularij scutiferi Papæ & alij incedebant in habitu suo consueto.

§. 194. Omnibus paratis, ministrante Reverendissimo Domino Vicecancellario Naviculam, Papa imposuit incensum pro processione ut moris est.

§. 195. Tum Reverendissimus Dominus Cardinalis Senensis Prior Diaconorum accepta ferula sive baculo albo longitudinis palmorum quatuor vel circa, ordinavit processionem de capella prædicta ad altare majus, quò ivimus per navem rectam quæ Vaticani dicitur dictæ capellæ, & cum pervenissimus ad navem transversalem ivimus ad dextram usque ad portam principalem, qua ad chorum altaris majoris dictæ Basilicæ ascenditur hoc ordine.

§. 196. Præcesserunt primi scutiferi Papæ, deinde cubicularij extra Cameram, Oratores laici & non Prælati ac Barones, Secretarij & Advocati mixtini qui octava die hujus mensis (quod supra dicere prætermissemus ob oblivionem) coram Sanctissimo Domino nostro super præcedentia concordantes concordarunt hoc modo videlicet.

§. 197. Quot intererunt Secretarij, tot capiantur Advocati digniores, hoc est primo recepti utriusque officij simul, deinde post eos recepti, postea alij bini & bini mixtim antiquioribus Secretario & Advocato deceptis qui ultimum & digniorem locum habeant & omnibus his locis tam ultimo, quam præcedentibus primo accepti, sive Secretarij sint sive Advocati, digniorem locum, videlicet dextræ manus habeant. Advocati vero, qui ultra numerum Secretariorum erunt, ibunt bini & bini immediatè ante illos duos Secretarium & Advocatum digniores digniorem locum habentes. Hac tamen conditione & pro hac vice duntaxat hæc ordinata sunt ut tam Secretarijs quam Advocatis nullum jus attribuat & neutri eorum præjudicet de consensu Dominorum de Planca Coronari, Francisci de Padua & aliorum sex Advocatorum coram Sanctissimo Domino nostro præsentium & acceprantium nomine sacri Collegij de Consilio Reverendissimorum Dominorum Sancti Marci, Sancti Angeli, de Arragonia, Senensi & Sancti Georgij Cardinalium etiam ibidem præsentium Romæ in palatio Apostolico apud Sanctum Petrum. . . Accoliti. Clerici Camerae. Auditores. Accoliti cum thuribulo & navicella. Duo Acolithi ceroferarij. Subdiaconus cum Cruce & omnes Collegæ sui circa eum. Duo Subdiaconi epistolæ

stolas lecturi cum libris Evangeliorum ante pectus. *Diaconus Evangelium graecum dicturus.* Abbates forenses. Episcopi. Archiepiscopi. Episcopi & Archiepiscopi Oratores. Episcopi & Archiepiscopi Papae assistentes. Abbates Urbis. Patriarchae. Diaconi, Presbyteri, Episcopi Cardinales. *Diaconus Evangelium in latino dicturus.* Duo Clerici Cereemoniarum, ego illam (*) pro stappa & Jo. Maria aliam cum candelis portavimus. Papa sub baldachino quod nobiliores Laici Urbis portabant inter duos Diaconos assistentes, aurifrigium pluvialis hinc & inde portantes continuo populo benedicens. Diaconus Auditorum Rotae cum tobalea ad collum pro mitra medius inter duos secretos Cubicularios, videlicet Dominum Laurentium de Mari, & Hieronimum Calagranum. Praelari non parati in eorum cappis, vel habitu si sint Religiosi, Prothonotarij etiam in eorum cappis sequebantur & alij rogati

§. 198. Quam primum Papa fuit extra capellam Sancti Gregorij praedictam, imposui *parvum manipulum stappae* in summitate cannae meae, & genu flexi cannam ipsam dextra manu erectam tenens; & quam socius meus accendit, me interim ad Pontificem verso & alta voce dicente: Pater sancte sic transit gloria mundi; idem factum est, & dixi secundo, cum essemus ante. . . .

§. 199. Cum Papa pervenisset extra navem Vaticani praedictam, & esset circa medium alterius navis transversalis Ecclesiae, occurrerunt ei tres juniores presbyteri Cardinales, videlicet de Comitibus, Gerundensis & Parmensis: qui detectis capitibus Papae reverentiam fecerunt, osculantes eum primo in ore deinde in pectore juxta crucem pallii, incli-piente Cardinale de Comitibus & alijs duobus idem post eum facientibus, qui omnes Pontifice hoc modo recepto ipsum usque ad altare majus associarunt immediate ante Diaconos Cardinales incedentes.

§. 200. Papa ante majus altare constituto, redierunt ad sua loca dicti tres Presbyteri Cardinales; & deposita mitra Papa fecit reverentiam Cruci in altari positae, deinde confessionem ordine consveto dixit, facta confessione Papa non ascendit ad altare sed ad sedem in plano sibi paratam inter eminentem & altare juxta infimum gradum solij, ubi ad altare versus sedit mitram in capite tenens, quam recepit facta confessione antequam de loco confessionis recederet, & cum ea ante recessum Crucis praedictae in altari positae fecit reverentiam. Papa sic in dicta sede sedente, accesserunt ante eum tres primi Episcopi Cardinales, videlicet Vicecancellarius Episcopus Portuensis Collegij Decanus, Neapolitanus Episcopus Sabinensis, & Sancti Marci Episcopus Praenestinus, omnibus Praelatis ac alijs in suis locis remanentibus: hi tres ante Pontificem inter ipsius sedem praedictam & altare, juxta tamen infimum gradum altaris ad ipsum Pontificem versi se locarunt, quisque eorum suum Capellanum de mitra sibi servientem, post se habens; omnes etiam alij Cardinales videlicet Episcopi & Presbyteri ad dextram Diaconi vero sinistram Papae accesserunt inter solium & altare stantes, Capellanos suos de mitra eis servientes post se habentes. Omnibus sic stantibus, depositis Papae ac omnibus mitris surrexit Pontifex & Cardinalis Sancti Marci tertius & ultimus ex praedictis tribus stans in medium ante dictum gradum altaris facie ad Pontificem versa, ad dextram suam habens Vicecancellarium, & ad sinistram Neapolitanum Cardinales, qui quasi sibi ipsis facies vertebant, *sicuti assistentes Episcopi in consecrationibus Episcoporum astare solent*, magis tamen ad Pontificem tendentes, dixit hanc orationem, nullum versiculum praemittens neque Dominus vobiscum absolute incepit dicens in tono orationum solennium & festivatum consveto.

(*) cannam.

Oremus

Oremus.

§. 101. Deus qui adesse non dedignaris ubicumque devota mente invocaris, adesto, quæsumus, invocationibus nostris, & huic famulo tuo Innocentio quem ad Culmen Apostolicum commune iudicium tuæ plebis elegit, ubertatem supernæ benedictionis infunde, ut sentiat se tuo munere ad hunc apicem pervenisse per Christum Dominum nostrum. Cardinales responderunt *Amen.*

§. 102. Ego tenui librum prædicto Cardinali orationem dicente stans ad ejus sinistram.

§. 103. Facta oratione prædicta per Dominum Sancti Marci, Dominus Neapolitanus venit ad locum, in quo steterat Dominus Sancti Marci, qui accessit ad locum in quo steterat Neapolitanus, Papa & alijs omnibus (ut prius stabant) sine mitris manentibus; & ipse Neapolitanus me librum iuxta ejus sinistram tenente, similiter absolute incipiens dixit in tono prædicto.

Oremus.

§. 104. Deus qui Apostolum tuum Petrum inter cæteros coapostolos primatum tenere voluisti, eique universæ Christianitatis molem imposuisti, respice propitius quæsumus hunc famulum tuum Innocentium quem humili Cathedra *violenter* sublimatum in novum [locum] Apostolorum Principis sublimamus, ut sicut profectibus tantæ dignitatis augetur ita virtutum meritis cumuletur, quatenus Ecclesiasticæ universitatis onus te adjuvante dignè ferat, & à te, qui es beatitudo tuorum, meritam vicem recipiat; qui vivis & regnas cum Deo patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Cantores responderunt *Amen.*

§. 105. Interim dum orationes prædictæ dicebantur, D. Hugo Benedictus loco Prioris sui * Subdiaconum posuit pallium Pontifici imponendum super altare, & illud ibidem aptavit more consueto.

§. 106. Finitis orationibus supradictis amota fuit sedes Papæ in plano ut supra dictum est posita, & omnes Cardinales demptis assistentibus ad sua loca sunt reversi: Papa vero cum bireto sine mitra accessit ad inferiorem gradum altaris, quo ibidem instituto Domini Senensis & Sancti Georgij ad sinistram Papæ coram eo elevatum pallium tenuerunt, quod Senensis Prior Diaconorum solus in ambas manus apertum accipiens, Papæ illud imposuit, dicens:

§. 107. Accipe pallium plenitudinem scilicet Pontificalis officij ad honorem omnipotentis Dei, gloriosæ virginis Mariæ ejus genetricis, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Tum idem Prior, adjuvantibus ipsum alijs Diaconis & Subdiaconis, tres *spinnulas* in pallio infixit more consueto.

§. 108. Dato Pontifici pallio, ut præmittitur, Cantores incæperunt introitum pro missa & Kyrie eleison, & Papa ascendit ad altare, & ibidem deorsum capite osculatus est. Deinde etiam librum Evangeliorum per Subdiaconum more solito sibi oblatum, tum ibidem imposuit incensum Priore Diaconorum Evangelium dicturo naviculam ministrante & incensavit altare. Deinde per eundem Priorem incensatus fuit ibidem ipse Papa in cornu Epistolæ cum mitra stans, quo incensato non accepit Diaconos assistentes ad osculum, ut moris est, sed ascendit ad sedem eminentiorem & Prælatos paratos omnes ad reverentiam venientes accepit, *Cardinales ad pedis manus & oris*, Prælatos vero ad pedis & manus osculum.

§. 109. Facta reverentia surgit Pontifex deposita mitra & cum assistentibus

sistentibus tantum Cardinalibus dicit introitum & Kyrie eleison, Cantoribus interim continuo Kyrie eleison cantantibus, missa dicta est de octava Nativitatis Beatae Mariae virginis.

§. 210. Dicitis per Pontificem introitu & Kyrie eleison, cessantur Cantores, & Papa dixit: Gloria in excelsis Deo, quod cum suis assistentibus complevit more solito, tum in dicta sede dixit: pax vobis & orationem de octava, qua sub sua conclusione completa dixit aliam orationem etiam alta voce dicens:

Oremus.

§. 211. Deus qui corda fidelium &c. quam etiam sub sua conclusione complevit, & ea completa, interim quod Cantores responderent Amen, dixit secrete aliam pro se, stans ut prius videlicet: *Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus & quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio tuae virtutis impleatur effectum per Dominum &c.*

§. 212. Finitis ut supra orationibus praedictis Papa sedet in sede eminenti praedicta imposita sibi mitra, & Prior Diaconorum Cardinalium videlicet Cardinalis Senensis ferulam in manu accipiens & portans, sequentibus ipsum subdiaconis, Auditoribus & Secretariis, ut supra dictum, induris, descendit ad portam Cancelli, ubi in plano ibidem inter altare & portam fecit duas lineas ab altari ad portam ad dextram & sinistram, in qualibet linea de quolibet ex dictis tribus ordinibus, officiales collocans primos versus ad altare Subdiaconos, tum Auditores & Secretarios, ita quod de linea ad lineam sibi invicem facies verterant: quibus sic ordinatis, & omnibus detectis capitis existentibus, Cardinalis Senensis stans & ipse detecto capite medius inter primos duos Subdiaconos ad altare versus dixit alta voce quasi legendo: Exaudi Christe. Subdiaconi & Secretarij & Auditores responderunt suo ordine stantes.

§. 213. Domino nostro Innocentio a Deo decreto summo Pontifici & universali Papae vita, quod tertio dictum est per Cardinalem praedictum, & toties ab alijs praedictis responsum.

§. 214. Deinde idem Cardinalis Senensis dixit: Salvator mundi. Subdiaconi & alij praedicti responderunt: tu illum adjuva, quod bis per Priorem dictum & toties per illos responsum, sicque laudes continuatae prout infra.

Sancte Gabriel, Sancte Raphael, Sancte Joannes Baptista, Sancte Petre, Sancte Paule, Sancte Andraea, Sancte Stephane, Sancte Leo, Sancte Gregori, Sancte Benedicte, Sancte Basili, Sancte Saba, Sancta Agnes, Sancta Caecilia, Sancta Lucia.

R. Tu illum adjuva.

§. 215. Deinde dicit idem Prior eadem voce Kyrie eleison & illi responderunt Kyrie eleison, subiunxit Prior & omnes alij praedicti cum infimul eadem voce dixerunt Kyrie eleison.

§. 216. Laudibus sic expletis (quae dum dicerentur Papa sedet in solio suo ac Cardinales ac Praelati omnes in suis locis cum mitris sedebant) Prior & alij praedicti redierunt ad loca sua, videlicet Prior in Cornu Epistolae altaris in scabello suo sedet, alij in terram, & Subdiaconus in loco solito dixit epistolam latinam & post eum alius graecam, & concinnata est missa ordine consueto Papa celebrante nihilo penitus immutato, qua finita Papa in altari sine mitra dedit benedictionem & non indulgentiam.

§. 217. Data in altari benedictione, Papa retento pallio ac omnibus alijs paramentis, reassumpsit mitram praeciosam, Cyrothecas & anulum

annulum Pontificalem ac alios annulos, & accessit sella portatus sub baldachino ad suggestum in loco benedictionis præparatum; præcedentibus ipsum omnibus Cardinalibus, Prælatibus, & aliis paratis in suis paramentis & mitris ac ornamentis seu habitibus prout missæ interfuerunt, processionaliter, sine tamen luminaribus & incenso. Papa in suggesto constituto sedit in sede eminenti ibidem sibi parata, ubi exspectato quod populus Ecclesiam exiret & in platea congregaretur, extracta per Cardinalem Sancti Georgii Papæ mitra, Cardinalis Senensis Prior prædictus imposuit *Papæ regnum*, nobis circumstantibus acclamantibus Kyrie eleison alta voce semel tantum.

§. 218. *Papæ sic coronato* idem Senensis pronuntiavit populo plenarias indulgentias populo concessas verbis Latinis, & post eum Cardinalis Sancti Georgii verbis vulgaribus ad populum versi stantes.

§. 219. Indulgentiis hujusmodi pronuntiatis descenderunt omnes de suggesto, & Papa cum Cardinalibus tantum & paucis Servitoribus intravit domum residentie Reverendissimi Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu Archipresbyteri Basilicæ prædictæ, in cujus curia sive orta [horto] ordinata fuit collatio pro eisdem Pontifice & Cardinalibus, Prælati vero & officiales ac aliæ dignæ personæ intrarunt domum Canonicalem Domini Celti de Melinis ejusdem Basilicæ Canonici, prædicti domui Cardinalis contigua, ubi & pro ipsis collatio ordinata erat, & ibidem collationem fecerunt cum pinochiaris confectionibus malvasia & hujusmodi paratis. Fuerat tamen pridie ordinatum quod collatio hæc fieret antequam Papa suggestum ascenderet & coronaretur, itaque post modum coronatus sine mora ad Lateranum equitaret, quod & magis convenisset, sed hoc mane nobis de Basilica exeuntibus aliquibus visum est id magis placere. Sic quod ordo prius datus perverfus est & malè facta collatione, Papa Cardinales Prælati & alij omnes parati prout in suggestu fuerunt descenderunt per gradus ad plateam Basilicæ prædictæ ubi equos sibi paratos & coopertis ornatos prout supra in præparatione dictam est, ascenderunt, ituri ad Lateranum. Papa venit semper etiam ex domo prædicta usque ad Lateranum sub Baldachino quod Nobiliores Curie & oratores Principum portaverunt quousque Papa equum ascendisset, deinde Cives Romani usque ad Lateranum. Postquam Papa equum suum album ascendit, scala reposita fuit super alto equo ordinato ad hoc, & ductus fuit in locum suum; equum Papæ duxerunt *Senator urbis & Conservatores Camera, quia dignior nullus interfuit qui id ageret.*

§. 220. Cardinales & Prælati parati omnes erant in mitris & omnibus paramentis ut in missa interfuerunt, equi Cardinalium ab ante & retro cooperti cum boccagino albo, Prælatorum vero sustagno albo ad modum palmum super terram pendente

§. 221. Subdiaconi omnes super rochetos tunicellas albas habebant dempro illo qui epistolam dixerat qui omnia paramenta retinuit in quibus ministravit. Auditores vero, Clerici Camerae & Accoliti superpellucias habebant super rochetis, Secretarii quoque & Advocati pluvialia alba super mantellos aperturam à parte dextra habentia, & omnes hi equos equitabant & mulas convetas coopertis ornatas.

§. 222. Processionem vero hujusmodi à Basilica prædicta ad Lateranum ordinavit Cardinalis Senensis, Prior, hoc modo.

§. 223. Familiares Cardinalium Prælatorum & Curialium ac alij qui brevibus vestibus utebantur, primi equitabant cum valitiis Cardinalium.

§. 224. Deinde Barbitonsor Papæ cum valisia scarlato, in qua erat cappa sive mantus ac aliæ vestes Papæ.

§. 225. Sartor

§. 215. Sartor Papæ cum simili valisia in qua etiam necessaria pro Pontifice. . . .

§. 216. Familiares seu scutiferi Papæ.

§. 217. Nobiles Curia: Nepotes & affines Cardinalium. Scala Papæ panno rosacio cooperta super equo albo simili panno cooperto, quem duxit unus familiaris Papæ veste rosacia indutus, baculum rubeum in alia manu tenens.

§. 218. Duodecim cursores Papæ cum duodecim vexillis rubeis bini & bini vestibus rosaciis induti, equestres si rectè memini.

§. 219. Tredecim Familiares malè vestiti pedestres, [ferentes] tredecim vexilla armorum. Capita [capitanei] Regionum per se ipsos bene ornatos equestres hæc vexilla honestius detulissent.

§. 220. Duo alii Cursores vestibus rosaciis induti equestres cum duobus vexillis rubeis primis de duodecim majoribus, in quibus depicti erant duo spiritelli quos Cherubin vocant.

§. 221. Gabriel de Cæsarinis *Consaloverius urbis totus in armis* albis cum mantellina sive supraveste de taffera rubeo, equum bardatum equitans simili veste totaliter coopertum, hinc & inde litteras habens S. P. Q. R. portans vexillum magnum armorum populi Romani; apud se habens quatuor familiares pedestres, baculos longos albos deferentes, mantellinis de buccacino rubeo indutos similibus litteris in transversum ante & retro ornatis.

§. 222. Dominus *Bernhardus de ** Byeindebach* tunc Custos & Canonicus Ecclesiæ Maguntin. qui in urbe erat pro confirmatione Reverendissimi Domini mei D. Bertoldi de Hennenberg electi Maguntinensis, qui nunc Decanus ejusdem ecclesiæ, *loco præceptoris sive procuratoris Beate Mariæ theutonicorum*, in armis ut alter, mantellinam habens, de tafferano albo cum cruce nigra ante & retro, equum similem equitans de simili taffeta cum magna *** per me armorum ordinis prædicti, apud se habens quatuor familiares ut alter, mantellinis buccacini albi cum cruce nigra ante & retro induutos. Joannes Franciscus de *Balneo Comes* & in armis ut alii duo, mantellinam habens de taffera albam totam, & equum bardatum de taffeta simili totaliter coopertum, apud se habens quatuor familiares mantellinis de Buccacino albo induutos, portans vexillum cum armis Papæ.

§. 223. Turcho pellerius Rhodianus magni Magistri ordinis *Sancti Joannis Hierosolymitani* orator in armis ut alii quatuor prædicti, supra vestem habens de taffeta rubeo cum cruce alba per medium, ante & retro portans vexillum ordinis prædicti, videlicet totum rubeum cum magna cruce alba per medium, equum bardatum equitans, supravestem ex simili taffeta cum Cruce habentem, apud se habens quatuor familiares pedestres mantellinis de buccacino rubeo cum Cruce alba ante & retro indutos.

§. 224. Hi quinque suo ordine prædicto, videlicet unus post alium equitabant, licet in viis amplis potuissent convenienter primi duo deinde alii tres insimul equitasse, videlicet *ad dextram Alemanorum, ad sinistram populi Romani*, deinde medius **** Cruciarum ad eus dextram Ecclesiæ & ad sinistram armorum Papæ vexilla deferentes.

§. 225. Duodecim equi albi cum coopertis de veluto cremesino ac sellis & frænis de auratis ornatissime, quos duodecim familiares Papæ vestibus rosaciis induti ducebant per fræna, baculos rubeos auro mixto depictos longos in alia manu gestantes, hi unus post alium ornatè incedebant.

§. 226. Quatuor

** f. Breitenbach *** f. cum magno Pennone armorum ordinis &c.

**** Rhodianus crucem ferens.

§. 236. Quatuor Cives Romani, scutiferi honoris nuncupati, ornatis vestibus induti, bini & bini equitantes, quorum quilibet portabit unum capellum de veluto cremesino aureo orleto circumdatum & pendentibus sericis Cremesinis auro mixtis supra baculum longitudinis quatuor palmorum vel circa veluto cremesino coopertum, caput habentem largum in modum tellerii, ut capellum sustineret.

§. 237. Cubicularii extra cameram cum capuciis ut in capella. Oratores Principum non Prælati & Laici ac cum eis Barones. Subdiaconus cum cruce sive Ceroferariis & thuribulo, secum habens alios Subdiaconos Collegas suos.

§. 238. Duodecim familiares Papæ vestibus Rosaciis induti, qui duodecim magna intorticia alba accensa ante corpus Christi ferebant pedestres.

§. 239. Unus familiaris sacristæ equester si rectè memini superpellicio indutus qui super baculo inaurato lanternam ferebat cum candela accensa pro corpore Christi.

§. 240. Cantores capellæ nostræ superpellitiis induti. Secretarii & Advocati mixtim cum suis pluvialibus. Accoliti Papæ omnes in albis. Clerici cameræ. Auditores rotæ.

§. 241. Subdiaconus Latinus, Diaconus & Subdiaconus Græci, sacris vestibus induti, quorum medius erat Diaconus, à dextris ejus Latinus, & à sinistris græcus Subdiaconi.

§. 242. Abbates forenses: Episcopi: Archiepiscopi; *Episcopi Papæ assistentes*: Abbates urbis: Patriarchæ: Diaconi Cardinales: Presbyteri Cardinales: Episcopi Cardinales: Duo Diaconi Cardinales Papæ assistentes, inter quos Dominus Senensis Prior eorum, qui Evangelium in missa dixerat, medius erat, postquam processionem hanc ordinavit; Papa cujus equum ducebant Senator & Conservatores urbis, quia laici digniores ipsis non interfuerunt, sub Baldachino, quod cives Romani, Capita regionum & alii Nobiliores Cives, qui continuo in satis copioso numero ante Papam incedebant, usque ad Lateranum portabant.

§. 243. D. Philippus de Canonicis Bononiensibus Scutifer Papæ, & Marecallus curiæ, Soldanus nuncupatus, equester duas scartellas sive duos saccos monetæ videlicet Carlenis, Bajochis, quatrenis & denariis plenos ad sellam equi ante se habens, pecunias hujusmodi in locis deputatis & aliis ubi oppressionem videbat, populo præiciebat.

§. 244. Dominus *Antonius de Grassis Decanus Rota* in superpellicio tobaleam & collum habens pro mitra, medius inter Dominos, Laurentium de Mari & Hyeronimum Calagranum secretos Cubicularios Papæ.

§. 245. Unus [f. serviens] armorum equester umbraculum portans. Vicecamerarius baculum in manu portans ut Sacrista. Quidam Prælati non parati. Prothonotarii in eorum cappis. Auditor contradictarum & Corrector litterarum Apostolicarum hoc loco non incedebant, cum auditor esset Archiepiscopus, & alius non adesset. Omnes rogati Curiales, qui volebant, sequebantur. Hoc ordine ad Lateranum perventum est. Recedente Pontifice de platea Sancti Petri, Soldanus fecit tres jactus pecuniarum populo, ut Papa liberius incedere posset.

§. 246. Cum Papa pervenisset propè castrum Sancti Angeli se firmavit, & Judæi qui ad inferiores merulas in angulo dicti castrum versus plateam se cum ornato & lege sua receperant, obulerunt Papæ legem adorandam & honorandam verbis hebraicis in hanc fermè sententiam Papam acclamantes.

§. 247. Beatissime Pater, nos viri hebræi nomine Synagogæ nostræ supplicamus S. V. ut legem Molaicam ab omnipotenti Deo Moyfi pastori nostro in monte Sinay traditam nobis confirmare & approbare dignemini, quemadmodum alii summi Pontifices S. V. prædecessores confirmarunt & approbarunt. Quibus respondit Pontifex, commendamus legem vestram autem observationem & intellectum condemnamus, qui a quem venturum dicitis, Ecclesia docet & prædicat venisse Dominum nostrum Jesum Christum. Et solebat tamen alias id in monte Jordano fieri, sed propter insolentiam quæ à Romanis & aliis, Judæis fiebat, concessum est ipsis fieri hic. Papa inde recedente Soldanus iterum jactus pecuniarum faciebat, idem fecit monte Jordano, apud Sanctum Marcum, ad Sanctum Adrianum & alibi ubi populi oppressionem videbat. Cum Papa pervenisset juxta Ecclesiam Sancti Clementis, descendit de equo & ascendit sedem, in qua per provisionatos ad portam palatii deputatos dimisso Baldachino portatus est, quod factum est pro eo quod in Laterano pro equo Pontificis habendo & Baldachino quæ Romani sibi debere prætendunt, tanta insolentia & impetus fieri solent, non sine Pontificis periculo: ad id evitandum, quod Pontifex sic portaretur, ordinatum fuit, sed non minus periculum exinde venit, nam Soldati qui Pontificem portabant & alii locii sui circa eos existentes tanto furore Pontificem portarunt, quod Pontificis receptio in ostio sive porticu Lateranensi, & ejus locatio in sede stercoraria, ac jactus pecuniarum fieri non potuerunt; imo & tanta vehementia per balthrescam à porta Basilicæ ad majus altare paratam, furore populi subsequente portarunt, quod ipse Pontifex & Cardinales [fuerunt] in periculo cadendi cum balthresca. Cardinalis Senensis & quidam alii periculum videntes de balthresca saltarunt; propterea non fuerunt omnia hic suo ordine observata, sed prout infra dicitur.

§. 248. Pervento ad altare majus Papa, descendit de sede quam Soldati vi rumpentes & lacerantes sibi vendicarunt & genuflexus in faldistorio deposito regno oravit: facta oratione accepta mitra ascendit ad sedem eminentem marmoream in tribuna solita paratam, ubi Prior & Canonici Lateranenses Papam *sedere fecerunt quod jacere videbatur*: quo sic sedente, Cardinales omnes eum honorificè elevarunt, dicentes: *Suscitat de pulvere egenum & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum Principibus & solum gloriæ teneat.* Quo factò Pontifex accepit de gremio D. Falconis thesaurarii sui tres pugillatas quarenorum & denariorum minorum successivè, & inter populum projecit, dicens: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: accepit deinde Priorem & Canonicos prædictos tantum, & alios Beneficiatos ad pedis osculum: tum stans deposita mitra propter suam crucem quæ per Subdiaconum more solito coram eo retinebatur, populo solemniter benedixit, dicens: Sit nomen Domini &c.

§. 249. Erat autem ordinatum quod Papa ad Lateranum pervento per scalam suam quæ ibi parata erat de equo descenderet, & Prior & Canonici Lateranenses qui processionaliter ibidem aderant, in superpellicis & almuceis ipsum reciperent & *in sede marmorea stercoraria nuncupata, collocarent*, ut jacere potius quàm sedere videretur; ac deinde Cardinales ipsum elevarent dicentes: *Suscitat de pulvere &c.*: & Pontifex tres jactus ibidem faceret & diceret: *argentum & aurum &c.* & tum Prior prædictus Crucem quam manu gestabat, Cardinali Mediolanensi Archipresbytero Lateranensi, si interesset & propter podagrum officium hujusmodi peragere posset, alioquin Priori Diaconorum Cardinalium offerret, qui eam Pontifici porrigeret osculandam

landam & inde eam ipsi Priori restitueret. Post hæc Priore ipso & Canonici Anaph. Ecce Sacerdos magnus &c. Deinde Te Deum laudamus d'stantibus, processionaliter incedentibus, ad majus altare procederent, ubi Papa deposito regno oraret in faldistorio genuflexus. Deinde accepta mitra in altari populo benediceret solemniter, dicens: *Sir nomen &c. absque indulgentiarum publicatione: Benedictione data Papa cum mitra ad sedem marmoream eminentem prædictam accederet, & in ea sedens Priorem & Canonicos prædictos ad pedis osculum reciperet. Deinde ad palatium Lateranense duceretur. Sed propter tumultum prædictum hæc sic ordinata observari non potuerunt, quæ ut prius dictum est acta sunt.*

§. 250. Benedictione per Pontificem ut supra, data, ascendit per Basilicam prædictam ad palatium Lateranense, & cum pervenisset ad primam aulam magnam que aula Concilii nuncupatur, positum fuit faldistorium ante gradus lapidis supra quatuor columnas positi quæ mensura Christi appellatur, ubi Papa sedit renibus ad dictum lapidem versis.

§. 251. Interim R^m D. Cardinalis Novariensis Subprior presbyterorum Cardinalium, loco Cardinalis Mediolanensis. Prioris eorundem Presbyterorum, qui infirmus erat, sine ferula; ordinatis coram Pontifice in dicto faldistorio cum mitra sedente, & Cardinalibus hinc & inde circa ipsum cum miris stantibus, Subdiaconis Auditoribus Secretariis & Advocatis; eo ordine prout Prior Diaconorum in Basilicæ Sancti Petri fecerat, ita quod inter Pontificem & eos esset spacium circiter trium cannarum; stans sine mitra inter primos Subdiaconos cum aliis prædictis cooperitis capitibus stantes, ad Pontificem versus fecit laudem alra voce quasi legendo dicens: *Exaudi Christe, illis respondentibus: Domino nostro Innocentio &c. tribus vicibus & eo ordine, ut d' verbo ad verbum, voce & tono, prout Prior Diaconorum, superius in dicta Basilica Sancti Petri fecerat.*

§. 252. Laudibus finitis Papa ductus est ad Capellæ portam Sancti Sylvestri, juxta quam positæ sunt duæ sedes porphyreæ nudæ, ad quarum primam à dextris portæ positam, Papa sedit quasi jaceret, quo sic, sedente Prior Lateranensis prædictus dedit Papæ ferulam in manu in signum Regiminis & correctionis, & claves ipsius Basilicæ & Lateranensis palatii, in significatione in potestatis claudendi & aperiendi, ligandi atque solvendi.

§. 253. Pontifex receptis ut supra ferula & clavibus surrexit de sede prædicta, & accessit ad aliam à sinistris dictæ portæ positam, in qua similiter sedit quasi jaceret. Sicque sedens ferulam & claves Priori prædicto restituit, qui Prior deinde Pontifici adhuc ut præfertur sedenti cum planerant junxit Zonam de serico rubeo cum burta purpurea illi appendente, in qua erant duodecim lapides preciosi modici valoris, cum duodecim sigillis & muscho; licet antiqui libri ponant prædicta fieri debere per Priorem Basilicæ Sancti Laurentii quæ Sancta Sanctorum dicitur, tamen quia hodie illa & Lateranensis basilica idem sunt, & illa nullum Priorem habet, prædicta fiunt per Priorem Lateranensem.

§. 254. Papa sedens cinctus ut præfertur, acceptis de gremio Domini Falconis de Sinibaldis prothonotarii, Thesaurarii sui, tres pugillatas Carlenorum & alterius monetæ argenteæ quas populo projecit dicens: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi; & surgens deinde Papa adhuc cinctus ductus fuit ad Basilicam Sancti Laurentii, Sancta Sanctorum appellatam, in qua coram altari genuflexus sine mitra oravit in faldistorio. Finita oratione, voluit offerre super altare, & nullus*

Fasciculus Actorum pertinentium ad Concordata Nationis Gallicæ inter Leonem X.
& Franciscum I.

(A.) *Sancti Ludovici* Francorum Regis Christianissimi
Sanctio dicta *Pragmatica* 1268.



Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro salubri & tranquillo Statu Ecclesiæ regni nostri, nec non pro divini cultûs augmento, & Christi fidelium animarum salute, ut que gratiam & auxilium omnipotentis Dei (cujus *solius* ditioni ac *protectioni* regnum nostrum semper subiectum exitit, & nunc esse volumus) consequi valeamus, quæ sequuntur hoc edicto consultissimo in perpetuum valituro, statuimus & ordinamus.

Primo, ut Ecclesiarum regni nostri Prælati, *Patroni* & beneficiorum collatores ordinarii jus suum plenariè habeant, & unicuique sua jurisdictione servetur.

II. Item Ecclesiæ Cathedrales, & aliæ Regni nostri, *liberas electiones* & earum effectum integraliter habeant.

III. Item *Simonie crimen* pestiferum Ecclesiam labefactans, à Regno nostro penitus eliminandum volumus & jubemus.

IV. Item promotiones, collationes, provisiones, & dispositiones Prælatiarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum Regni nostri, secundum dispositionem ordinationem, & determinationem *juris Communis*, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, atque institutorum antiquorum sanctorum Patrum, fieri volumus & ordinamus.

V. Item exactiones & *onera* gravissima pecuniarum, *per Curiam Romanam* Ecclesiæ Regni nostri impositas vel impositas, quibus regnum nostrum miserabiliter depauperatum exitit, sive etiam imponendas vel imponenda, levare aut colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili, pia & urgentissima causa, & inevitabili necessitate, ac de Spontaneo & expresso consensu nostro & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.

VI. Item *libertatem*, franchisias, immunitates, prærogativas, jura & privilegia per inclitæ recordationis Francorum Reges Prædecessores nostros & successivè per nos Ecclesiis, Monasteriis, atque locis piis, religiosis, nec non personis Ecclesiasticis Regni nostri, concessas & concessas, innovamus, laudamus, approbamus, & confirmamus per præsentem. Earum (que) tenore universis justitiariis, & officariis & subditis nostris ac loca tenentibus, præsentibus & futuris, & eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit, districtè præcipiendo, mandamus, quatenus omnia, & singula prædicta diligenter & attentè servent, teneant, & custodiant; atque servari teneri, & custodiri inviolabiliter faciant; nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attentent, seu fieri vel attentari permittant: transgressores aut contra facientes, juxta casûs exigentiam tali

pœna plectendo, quod cæteris deinceps cedat in exemplum. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentibus literas Sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Parisius anno Domini 1268. Mense Martio.

[Posterior Sanctio pragmatica hoc nomine vulgò nota & de qua abolenda Pontifices ad Leonem X. usque solliciti fuerunt, nihil aliud continet quam Decreta Concilii Basileensis in Conventu Bitoricensi sub Carolo VII. Rege Galliarum cum quibusdam modificationibus solenniter recepta & approbata, plus simplici vice olim cum Commentariis in Gallia edita. His ergo omissis, ipsa nunc Concordata, & quæ circa ipsa Acta sunt exhibeamus]

(B) *Ce que le Pape octroya au Roy tres Chrestien l'an 1515, à Boulogne, ou le dicit Seigneur fut en personne luy faire l'Obeissance filiale.*

§. I.



Dernierement le Concordat qui est le plus grand & excellent privilege qui soit sorti onques du St. siegé Apostolique.

§. 1. Luy donna trois cens quatre vingt deux mille liures, des quelz fut de bonne memoire le Roy Louis douziesme estoit obligé à l'Eglise.

§. 2. Luy octroya privilege sa vie durant de pouvoit nommer à toutes Eglises & monasteres du Duché de Bretagne sans prejudice des privileges du pays, les quelz promet ratiffier.

§. 3. Semblable privilege pour la comté de Prouence.

§. 4. Pareil privilege pour la Duché de Milan.

§. 5. La Revocation de l'Evesché de Bourg.

§. 6. La Revocation de l'Euetche de Chambery.

§. 7. Une decime.

§. 8. La Croisade.

§. 9. Privilege que ceux qui suivent la Cour pour la reception de tous les sacramentz seront reputez estre des paroisses ou seront icituées les maisons ou ilz seront logez.

§. 10. La reuocation de l'administration de l'Evesché de Tournay baillée à l'Eveque d'York.

§. 11. Une Legation pour deux ans en France.

§. 12. Entiere & generale absolution aux subierz du Roy des Excommunications passées par le Pape Jule à l'encontre d'eux tant durant le Concile de Pise, que les guerres qu'il eut contre le feu Roy.

§. 13. Permission de construire deux Eghses de l'ordre des Celestins, l'une à sainte Brigitte au Duché de Milan & l'autre en France à Romorantin.

§. 14. Indulgence pleniere aux chevaliers de l'Ordre qui seront à la messe le jour sainte Croix de septembre, & faculté aux prestres qui seront deleguez par le Confesseur dudict sieur d'absoudre de tous pechez que le Pape s'est accoustumé de reserver.

§. 15. Bulles par les quelles annulle les Impetrations des benefices

qui

qui seront faictes dedans l'an de la premiere Impetration apres la vacation soubz la couleur, que la vrave valeur n'a esté exprimée.

§. 17. Provision par la quelle est enjoinct à tous Euesques Archeuesques, Prelatz & Curez d'admonester les clerics de porter habit & tonsure & viure en la forme contenüe en droict, alias &c. les quelles admonitions generales veur qu'elles soient de tel effect que si elles estoient particulièrement prononcées, & que post primam monitionem generalam nisi &c. non gaudeant privilegio clericali, * qui est un beau & singulier Privilege en ce Royaume.

(C) *Capita Tractatus circa Concordatam inter Leonem X.
& Franciscum I.*



ceuet e.

Um in Concilio Lateranensi tractetur de abroganda Pragmatica, multæque rationes efficacissimæ & Juridicæ adducantur, pro illius abrogatione; Pragmatici vero innitantur etiam ipsi rationes persuasivas allegare pro illius subsistentia; ea propter Sanctissimus Dominus noster Papa & Christianissimus Rex per viam concordatæ intendunt super hoc pro-

§. 1. Et primo quoad decretum Ecclesiarum & monasteriorum omnium consistorialium; quod de cætero *Capitula* Ecclesiarum & conventus Monasteriorum qui non habent privilegium eligendi à sede Apostolica, occurrentibus Vacationibus, etiam per cessionem, Ecclesiarum & Monasteriorum omnium hujusmodi, ac dignitatum majorum & aliorum beneficiorum Electivorum, *non possint eligere, sed Rex ipse Franciæ* pro tempore existens juxta sex Menses habeat nominare Sanctissimo Domino personam qualificatam; videlicet: quoad *Ecclesiis graduatum aut nobilem* & saltem in vigesimo septimo suæ ætatis anno constitutum & alias idoneum; ad Monasteria tantum 22. annorum; de quibus qualitatibus consistorialiter examinari & Ecclesiis & Monasteriis, & de dignitatibus ac aliis beneficiis electivis ad nominationem hujusmodi provideri debeat. Et, si nominatus non fuerit repertus idoneus, Rex ipse Christianissimus teneatur infra alios tres Menses alium idoneum nominare. Possit tamen idem Rex de sanguine Regis duntaxat non qualificatos nominare. Quibus sex Mensibus effluxis, *ac Ecclesiis & Monasteriis Vacantibus in Romana Curia*, possit idem Dominus noster Sanctissimus non expectata aliqua nominatione liberè providere. De inferioribus vero beneficiis collativis, Graduatim concedantur tres Menses, in quorum duobus graduatis simplicibus, in reliquo vero Mensium hujusmodi graduatis nominatis, factis debitis & solitis diligentis & insinuationibus, provideatur eis de omnibus beneficiis pro tempore vacantibus in dictis quatuor Mensibus * Lex tertii beneficii quod ipsi graduati habere consueverant, & quod erat sic locus gratificationi data paritate cæteri verò novem Menses remaneant ordinariis; & Sanctissimus Dominus noster possit concedere mandata Apostolica in forma per eum concedi solita ad collationem quorumcumque Collatorum, * ita quod prosequentes hujusmodi mandata Apostolica præferantur tam ordinariis quam graduatis in quocumque mense; & Papa possit prævenire, tam ordinarios quam graduatos ac hujusmodi mandata Apostolica prosequentes.

§. 12. Papa est paratus dare pro una, vice plenarias [primarias] *provis* in *Ducatu Britannia*,

§. 13. Item quod committatur *Cardinalis Sancti Severini* quòd possit procedere contra rebelles Regis, Ecclesiasticas personas *Ducatus Mediolanensis* in criminalibus dumtaxat, & quoad privationem beneficiorum cum potestate substituendi.

§. 14. Fiat breve pro *Sequentibus Curiam Regiam*, quod possunt recipere omnia Sacramenta in dioecesi vel parochia in qua Sequentes Regem eos esse contigerit.

§. 15. De *Ecclesia Tornacensi* quòd cassetur ordinationis deputatio per Papam decreta, alias Episcopus a Papa promotus faciat verbum Oratori Regis Angliæ de effluxo tempore infra quod possit habere responsum * Expedient Breve pro ut petit Episcopus Tornacensis.

§. 16. De *legato* deputando in Regnum Franciæ Papa dabit responsum.

§. 17. De *Ecclesia Valentiana* expediatur rescriptum in favorem *provis* à sede Apostolica.

§. 8. * De Indulgentia pro *hospitalli Parisensi*.

§. 19. Absolutionem pro omnibus Excommunicatis qui hætenus fuerunt contra Ecclesiam Romanam Papa concedit intuitu Christianissimi Regis.

§. 20. Pro militibus *confraternitatis invente crucis* quam de novo Rex intendit restituere ob devotionem quam habet dabitur plenaria Indulgentia pro omnibus Confratribus, missæ Regis in festo Sanctæ Crucis de Mense septembri celebrandæ interessentibus, cum deputatione confessorum qui absolvere possint ab omnibus.

§. 21. Petitur Licentia erigendi duo monasteria ordinis Celestinarum, unum in Italia, alterum in Gallia: Papa concedit.

§. 22. De Scotia Papa commisit suspensionem ad sex menses.

§. 24. Signatum (*) L. Cardinalis Sanctorum quatuor. Signé Bar-me avec paraph.

(*) Laurentius Puccius.

(D.) *Concordata inter Sanctissimum Dominum nostrum Papam Leonem decimum, et Christianissimum Dominum nostrum Regem Franciscum hujus nominis primum feliciter incipiunt.*

§. 1.



Franciscus Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, Atenfis Comes, ac Genævæ Dominus. Omnibus literas has lecturis saltem. Quum non pridem superstitite adhuc Ludovico memoriæ commendabilis Rege socero nostro (cujus animæ propitietur altissimus) Sacrum Lateranense Concilium sæpius editis decretis Eundem socerum nostrum ad ejusdem Concilii conventum evocasset, cum eoque Regni curias (quas parlamentarias

lamentarius vocamus) Ecclesiam in super universam Gallicam cunctasque Regni nostri gentes, Delphinarisque nostri potentatus admonendos censuisset; Ut si quid auctoritatis priscae afferre, si qua jura citare, si rationes contentaneas palam edisserere posse confiderent, quo minus Sanctio Pragmatica ejusdem Concilii auctoritate ac sententia antiquareretur, abrogaretur, induceretur, irritaque & nulla pronunciaretur & schismatica, id infra diem dictis decretis praefixam efficerent; quo neglecto talis denique (sacro approbante Concilio) decerneretur. Dudum autem statimque nobis diadematico fastigio divina benignitate auctis, regnumque aulicato ineunibus: Cum rursus hujuscemodi edicta alia atque alia ab eadem auctoritate manantia innotuissent. Nobis etiam nostrisque curiis Ecclesiae Gallicanae ac subditis populis edicto novissimo ac causae peremptorio spes omnis esset purgandae morae praecisa; Ut si ulterius cunctari in animum induxissemus; futurum omnino videretur in hac discrimina incidere quae ante dictae pragmatice Sanctionis decretum hoc in Regno nostro patriaque Delphinali (*) locum sibi vendicabant. Ideo nos animo reputantes quanta olim ante illius pragmatice Sanctionis promulgationem indignitas rerum ac deformitas in regno nostro patriaque Delphinali (*) grassarentur, cum videlicet res nummaria (quibus veluti nervis Respublica subnixae est) ea maxime ac praecipue ratione exhauriretur, cum praesulibus & antistitibus sacerdotiorum conferendorum libertas facultasque adimeretur, cum peregrini & incolae sacerdotiis Gallicis saepe numero donarentur, cum diplomatibus Apostolicis quas expectativas nuncupabant generatim sigillatimque superflitum hominum spirantiumque sacerdotia electiva mixta ac collativa in diem mortis eorum conferrentur qui eis fungebantur, id quod cum bonis moribus non convenit, tum vero alieni fati votum habet adjunctum: Postremo cum sacerdotiorum controversiae litesque sacrae in Curia Romana disceptarentur ingenti nostrorum hominum dispendio & incommodo; ex quo sequi plerumque necesse erat ut qui vel sumptibus suppeditare, vel labori sufficere nequissent, hi aut juri suo cedere aut causas deserere ac pro derelictis habere cogerentur, simul ea accedebat deformitas, ut literarum Studiosi & disciplinis liberalibus incumbentes, aut sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent, literarum Studium abjicere aut certe deponere cogerentur, passimque pete urbes errabundae vagari: ut id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor, & scientia per incuriam exolescerent. Quum igitur summopere nobis videndum esse existimarem ne hujusmodi indignitas in regno nostro exoriretur, id quod futurum intelligebamus; tempori utique interveniendum esse duximus: ac rebus nostris periclitantibus pro re nata consulendum, imminentiisque detrimenta minore ac leviori dispendio redimenda. Quare quum Bononiae cum omni nostro comitatu venissemus exhibendae gratiae reverentiae sanctissimo Patri nostro Leone decimo Pontifici summo quam & Franciae Reges majores nostros, ut primos ac maximos sacrosanctae Ecclesiae filios exhibuisse novimus: obnixis precibus ab eo contendimus, ut si pragmatice notmen omnino esset abrogandum, (**) saltem vice illius bona sua Concilii venia certis nobis leges condicionesque meditari comminiscique liceret quibus imperium nostrum supradictum imposterum uterentur quod ad ea quidem pertinet quae sanctione pragmatica cavebantur. Quibus nostris precibus exorata Pontificis sanctitas (nam ei quoque cordi erat regni nostri Ecclesiam recte atque ordine administrari) haud aegre nobis indulgit ut

(*) al. Delphinatus.

(**) al. ut si pragmatice omnino esset abrogandus usus. Conven-

Conventa quædam nobis meditari commentarique liceret, pragmaticæ functionis vicem regno ac potentatui supradictis utique præbitura : quæ ipsa ejusdem Concilii auctoritate assensuque confirmentur , quam homologationem vocant , cum irritante decreto. Hujus commentationis curam cum tunc sua sanctitas & nos mandavissetis viris quibusdam consultissimis , ita confecta temperaque sint ea conventa , ut ple- raque pragmaticæ sanctionis capita firma nobis posthac rataque futura sint : qualia sunt ea quæ de reservationibus in universon aut sigillarim factis statuunt , de collationibus de causis , de frustratoriis appellatio- nibus , de antiquatione constitutionum Clementis quam liras vocant , de libere quieteque possidentibus , de concubinariis , quædamque alia qui- bus nihil iis conventis derogatum abrogatumve fuit , nisi si in quibus- dam capitibus nonnulla interpretanda immutandave censuimus ; quod ita referre utilitatis publicæ arbitraremur. Quod vero ad electiones per- tinet , minime quod optabamus obtinere potuimus , causis in dictis conventis latissime insertis. Ac nihilo secius tamen cum ab ejusdem Pontificis Sanctitate dilationem semestrem impetrassemus iis rebus transigendis , super iisque viros multos doctrina eximia literarumque peritia præditos usi- que rerum callentissimos consulissemus ; tandem de eorum sententia quoniam ita ferebat ratio difficultasque temporis , rerumque nos cir- cumstantium necessitas , sæpe dicta conventa in regno nostro patriæ- que Delphinatus promulganda censuimus , ita ut Sanctionis vicem intersque plenum habeant. Quorum conventorum seu approbationis Concilii tenor sequitur & est talis.

Tenor Concordati.

§. 1. Leo Episcopus servus servorum Dei , ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio divina disponente clementia , per quam Reges regnant & Principes imperant , in eminente Apostolatus specula , & super gentes & regna meritis licet imparibus constituti ; animo revolventes , quod etiam ea , quæ pro salubri & quieto regimine & reg- norum stabilitate (Regibus præsertim , de fide Catholica & de republica Christiana & Apostolica sede bene meritis ,) laudabili & provida nostra ordinatione cum venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ec- clesiæ Cardinalibus concessa , ac ad effectum hujusmodi gesta , statuta , ordinata , decreta , factæ sunt , plenam roboris firmitatem obtineant ; illis nihilominus interdum (sacro approbante Concilio) nostræ invo- cationis & approbationis robur adjicimus , ut eo firmiter illibata perdu- rent , quo sæpius erunt nostra auctoritate , ac etiam generalis Concilii præsidio communita. Efficacemque operam circa eorundem conser- vationem libenter adhibemus , ut Reges & ipsorum Regnorum perso- næ , concessionibus , privilegiis , statutis , & ordinationibus hujusmodi in domino plene gaudentes , in pacis & tranquillitatis ac amœnitatis dulcedine conquiescant , & in eorum solida erga eandem sedem devotione ferventius perseverent. Nuper siquidem , ut Ecclesia sponsa nostra in sancta unione conservaretur , & Christi fideles sacris canonibus à Ro- manis Pontificibus & sacris generalibus Conciliis duntaxat editis ute- rentur ; quasdam Constitutiones , quas de cætero loco Pragmaticæ san- ctionis & Contentorum in ea , in Regno Franciæ pro bono pacis & con- cordiæ , ac illius communi & publica utilitate , cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo , dum Bononiæ cum nostra Curia essemus , tractatas , & cum eisdem Fratribus nostris diligenter examinatas , & de eorum consilio cum præfato Rege con- cordatas , & per ipsius Regis legitimum Procuratorem acceptatas , de eorundem

eorundem Fratrum consilio & unanimi consensu, statuimus & ordinamus, pro ut in nostris literis desuper confectis plenius continetur, quarum tenor sequitur & est talis.

§. 3. Leo Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Primitiva illa Ecclesia in angulari petra à Salvatore nostro Jesu Christo fundata Apostolorum præconiis elata, martyrumque sanguine consecrata (*) & aucta; olim ubi primum (juvante Domino) per orbem terrarum lacertos movere cœpit, provide attendens quantum oneris humeris impositum haberet, quot oves pascere, quot custodire, ad quot etiam remotissima loca oculos intendere cogeretur; divino quodam Consilio parochias instituit, dioceses distinxit, Episcopos creavit, & Metropolitanos præfecit, ut tamquam membra capiti obsequentia cuncta secundum voluntatem salubriter in Domino gubernarent, & tamquam rivuli à parenni fonte, Romana videlicet Ecclesia derivantes, ne angulum quidem dominici agri irrigatum(**) dimitterent. Unde sicut alii Romani Pontifices Prædecessores nostri suo tempore omni studio curarunt ut dicta Ecclesia uniretur, & in sancta unione hujusmodi sine ruga & macula conservaretur, & omnes vepres ab eadem Ecclesia abolerentur, cujus proprium est (divina opitulante gratia) virtutes colere, & vitia radicibus extirpare: ita & nos tempore nostro & præsentis durante Concilio ea facere & curare debemus, quæ unioni & conservationi ejusdem Ecclesiæ conducere videntur. Ea propter omnes vepres quæ unioni hujusmodi obsistunt, & segetem Domini pullulare non sinunt, tollere prorsus & extirpare, ac virtutes in vias Domini inferere satagimus. Sanè inter arcana mentis nostræ revolventes quòd tractatus inter piæ memoriæ Pium II. Sixtum IV. Innocentiumque VIII Alexandrum VI. & Julium II. Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & claræ memoriæ Reges Franciæ Christianissimos super abrogatione certæ constitutionis in dicto Regno Franciæ vigentis, quæ Pragmatica vocatur, habiti fuerunt: Et licet Pius II. præfatus nunciis ad claræ memoriæ Ludovicum XI. Franciæ Regem Christianissimum destinatis, tantis eidem persuaserit rationibus, ut REX ipse Pragmaticam sanctionem hujusmodi tamquam in seditione & schismatis tempore natam suis patentibus literis abrogaverit; tamen hujusmodi abrogatio, nec etiam literæ Apostolicæ præfati Sixti *super Concordatâ* cum oratoribus præfati Regis Ludovici ad præfatum Sixtum prædecessorem destinatis habita, expeditæ, per Prælatos & personas Ecclesiasticas dicti regni receptæ non fuerunt, nec ipsi Prælati & personæ Ecclesiasticæ illis parere, nec monitis Innocentii & Julii prædictorum aures præbere, sed eidem pragmaticæ constitutioni inhærere voluerunt. Unde præfatus Julius prædecessor noster in præsentis Concilio Lateranensi universalem Ecclesiam representante per eum legitime indicto abrogationis pragmaticæ sanctionis hujusmodi negocium & illius discussionem Venerabilium Fratrum suorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) & aliorum Prælatorum congregationibus, relationemque discussorum sibi & eidem Concilio faciendam commisit, Gallicosque Prælatos, capitula Ecclesiarum & monasteriorum conventus, & Parlamenta, & laicos illis faventes, cujuscumque dignitatis, etiamsi Regalis existerent, sanctione prædicta utentes, seu illam approbantes, omnesque & singulos alios sua conjunctim vel divisim interesse putantes, per edictum publicum (quum ad partes illas tutus non pateret accessus) in certis Ecclesiis tunc expressis affigendum, moneri, & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparandum coram

(*) al. conservata

(**) in rigatum

eo in

eo in Concilio præfato, causasque dicendum quare sanctio præfata in concernentibus auctoritatem, dignitatem, & unitatem Ecclesiæ Romanæ, & Apostolicæ sedis, sacrorumque Canonum & Ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari, decerni, & abrogari non deberet. Et quum super his in forma juris, in præfato Concilio Lateranen- si procederetur, dictusque Julius prædecessor, [noster] sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus: Nosque divina favente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuissimus, & contra Prælatos, Cap- itula, Conventus, & personas hujusmodi ad nonnullos actus processisse- mus: Tandem considerantes pacem esse vinculum caritatis & spiritua- lem virtutem qua salvamur dicente Domino: Qui biberit aquam quam ego dabo, non sitiet in æternum: Et quod in pace consistat salus uni- versorum Cassiodoro testante, omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & utilitas gentium custoditur: Matura deliberatione,* cognovimus, non per nuncios, aut Legatos nostros, sed in præstatione obedientiæ filialis, quam charissimus in Christo filius noster Franciscus Francorum Rex Christianissimus personaliter no- bis præstitit, hæc cum Majestate sua coram discutere, eumque pater- nis hortari monitis, ut ad laudem Dei, & sui honorem prompto animo libens ac volens dictæ Pragmaticæ sanctioni abrenunciare, & se- cundum leges sanctæ Romanæ Ecclesiæ quemadmodum ceteri Chri- stiani vivere ac mandatis Apostolicis, quæ à sede Apostolica pro tem- pore emanarent, parere & obedire vellet. Et cum ex electionibus quæ in Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, ac monasteriis dicti Regni à multis annis citra fiebant, grandia animarum pericula proveni- rent: Cum pleraque per abusum secularis potestatis, nonnullæ vero præ- cedentibus illicitis & Simoniacis factionibus, aliæ particulari amore, & sanguinis affectione, & non sine perjurii reatu fierent: Cum Electores ipsi etiam ante electionem per eos faciendam, idoneiorem & non eum quem promissione aut datione alicujus rei temporalis seu prece vel pre- cibus per se vel alium interpolitis electionem procurare didicissent, eli- gere sponte jurarent) juramentum hujusmodi non fervarent, sed con- tra proprium hujusmodi juramentum in animæ suæ præjudicium veni- rent, ut nobis notoriè constat ex crebris absolutionibus & rehabilitationi- bus à nobis & Prædecessoribus nostris petitis & obentis: Idem Francis- cus Rex nostris paternis monitis tanquam verus obedientiæ filius parere volens tam pro bono obedientiæ (in qua magnum meritum vere consistit) quam pro communi & publica Regni sui utilitate, in locum dictæ pragmaticæ sanctionis, ac singulorum capitulorum in ea contentorum, leges & constitutiones infrascriptas invicem tractatas, & cum Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus dili- genter examinatas, & de eorum Consilio cum præfato Rege concor- datas, per dilectum filium Rogerium Barne Regium Advocatum, oratorem suum, ad hoc ab eodem Francisco Rege ad nos destinatum, habentem ad hoc speciale & sufficiens mandatum, accepit.

De Electione.

§. 4. De eorundem Fratrum consilio & unanimo consensu ex certa nostra scientia & potestatis plenitudine statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus loco dictæ pragmaticæ sanctionis, ac omnium ac singulorum capitulorum in ea contentorum, (***) videlicet ut de cætero cathedralibus & metropolitanis Ecclesiis in Regno dicto, Delphinatu, & Comitatu Viennensi ac Valentinen- si, & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrorum

(*) f. decrevimus.

Y

Romano;

(**) [suple: præsentia concordata obtinere debeant.]

Romanorum Pontificum Canonice intrantium sponte factam vacantibus, illorum capitula & Canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri Prælati procedere non possint. Sed illarum occurrente hujusmodi vacatione Rex Franciæ pro tempore existens unum gravem Magistrum, seu Licentiarum in Theologia, aut in utroque, seu altero jurium Doctorem, aut Licenciatum in Universitate famosa, & cum rigore examinis, & in XXVII. lue ætatis animo ad minus constitutum & alias idoneum, infra sex menses à die vacationis Ecclesiarum earundem computando, Nobis & Successoribus nostris Romanis Pontificibus, seu sedi prædictæ nominare, & de persona per Regem hujusmodi nominata per nos & successores nostros seu sedem prædictam provideri; et si contigerit præfatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictas Ecclesias sic vacantes nominare, [per] Nos & Successores, seu sedem hujusmodi de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime provideri debeat: Sed teneatur idem Rex infra tres alios menses à die recusationis personæ nominatæ non qualificatæ, sollicitatori nominationem non qualificatam prosequenti Consistorialiter factæ intimandæ, computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare. Alioquin, ut dispendiosæ Ecclesiarum hujusmodi vacationi celeriter consulatur, Ecclesiæ tunc sic vacanti per Nos & Successores nostros, seu sedem hujusmodi de persona (ut præfertur) qualificata, nec non per obitum apud sedem prædictam vacantibus semper etiam nulla dicti Regis præcedente nominatione, liberè provideri possit. Decernentes electiones contra præmissa attentatas, ac provisiones per Nos & Successores nostros seu sedem hujusmodi factas, nullas & invalidas existere. Consanguineis tamen præfati Regis, ac personis sublimibus ex causa rationabili & legitima, in nominatione & Apostolicis literis exprimeuda, nec non religiosis mendicantibus reformatis eminentis scientiæ & excellentis doctrinæ, qui juxta sui ordinis regularia instituta ad gradus hujusmodi assumi non possunt, sub prohibitione præmissa minime comprehensit sed de eorum personis dictis Ecclesiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis nominationem, per Nos & successores nostros, seu sedem hujusmodi liberè provideri possit. Monasteriis vero & Prioratibus conventualibus, & verè electivis videlicet in quorum electionibus *Capitulum* qua propter, servari, & confirmationes electionum hujusmodi solenniter peti consueverunt; in Regno, Delphinatu, & Comitatu, hujusmodi nunc & pro tempore etiam per similem sessionem vacantibus; illorum conventus ad electionem, seu postulationem Abbatis, seu Prioris procedere non possint, sed idem Rex illorum occurrente hujusmodi vacatione, religiosum ejusdem ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus constitutum infra simile tempus sex mensium à die vacationis monasteriorum & Prioratum hujusmodi computandorum, Nobis & Successoribus nostris, aut sedi hujusmodi nominare, & de persona per Regem hujusmodi monasterio vacanti nominata, per Nos & Successores nostros, seu sedem hujusmodi provideri, Prioratus vero personæ ad illum per eundem Regem nominatæ conferri debeat. Si vero idem Rex Presbyterum secularem, aut religiosum alterius ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem, Nobis aut Successoribus nostris infra dictum semestre, seu sedi hujusmodi nominaret, talis nominatus recusari & nullatenus sibi provideri debeat, sed Rex ipse infra trimestre à die reculationis supra dicto modo intimandæ computandum alium modo supra dicto qualificatum,

carum, Monasterio seu Prioratu tunc vacanti nominare, & de persona ad monasterium nominata illi providere, ad Prioratum vero nominato, Prioratus ipse per Nos & successores nostros seu prædictam Sedem conferri debeat: alioquin dictis IX. mensibus effluxis, nulla, seu de persona minus idonea & modo præmissa non qualificata, facta nominatione, ac etiam vacantibus apud sedem prædictam, semper, etiam nulla dicti Regis expectata nominatione per Nos & Successores nostros seu sedem prædictam monasteriis provideri: Prioratus vero personis ut præfertur qualificatis duntaxat conferri liberè possint. Electiones autem, & illarum confirmationes nec non provisiones, per Nos & Successores nostros ac sedem prædictam, contra præmissa pro tempore factas, nullas, irritas & inanes decernimus. Per præmissa tamen non intendimus in aliquo præjudicare Capitulis Ecclesiarum, & conventibus monasteriorum, & Prioratum hujusmodi privilegia à sede Apostolica proprium eligendi Prælatum obtinentibus, quo minus ad electionem Episcoporum, ac Abbatum & Priorum juxta privilegia eis concessa liberè procedere possint juxta formam in eorum privilegiis contentam. Et si in eorum privilegiis forma aliqua expressa non fuerit, tunc formam Concilii generalis cap. quia propter tamen servare teneantur, dum modo de privilegiis sibi concessis hujusmodi per literas Apostolicas, seu alias autenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta.

§. 5. [De Reservationibus tam generalibus quamque specialibus sublaris.] Volumus quoque & ordinamus, quòd in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis de cætero non dentur siliquæ gratiæ expectatiæ, ac speciales vel generales reservationes ad vacatura beneficia per nos & sedem prædictam non fiant: & si de facto per impositionem aut alias, à nobis & Successoribus nostris & sede prædicta emanaverint, illas irritas, & inanes esse decernimus. In Cathedralibus tamen, metropolitanis, & collegiatis Ecclesiis in quarum statutis caveretur expresse quòd nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem, aut officium obtinere possit, nisi in illis actu Canonice existat; Canonicos ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi, & non consequendi primam præbendam vacaturam, creare posse intendimus.

De Collationibus.

§. 6. Statuimus insuper quòd ordinarius collator in unaquaque cathedrali, ac etiam metropolitana Ecclesia, Canonicatum & præbendam theologalem inibi consistentem conferre teneatur uni Magistro, seu Licentiatò, aut Baccalario formato in Theologia, qui per decennium in Universitate studii generalis privilegiata studuerit, ac onus residentiæ, lecturæ & prædicationis actu subire voluerit, quique bis aut semel ad minus per singulas hebdomades (impedimento cessante legitimo) legere debeat, & quoties ipsum in hujusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per subtractionem distributionum totius hebdomadæ puniri possit. Et si residentiam deferuerit, de illa alteri provideri debeat. Et ut liberius studio vacare possit, etiamsi absens fuerit à divinis, habeatur pro præsentè, ita ut nihil perdat. Præfatiq; ordinarii collatores seu patroni Ecclesiastici, quicumque fuerint, ultra dictam præbendam theologalem quam (ut præfertur) qualificato conferre teneantur, certam partem omnium dignitatum, personatum, administrationum & officiorum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ad eorum collationem, provisionem, nominationem, præsentationem seu quamvis aliam dispositionem, quomodolibet spectantium, viris literatis graduatis,

& per Universitates nominatis conferant, hoc modo videlicet. In primo mense post præsentium acceptationem & erundem publicationem præfati ordinarii collatores, dignitates, personatus, administrationes & officia ad eorundem collationem, provisionem, nominationem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem ut præfertur spectantia, graduatis hujusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studii debite insinuaverint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ in duobus sequentibus mensibus vacare contigerit, illa juxta juris communis dispositionem, personis idoneis libere conferre seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ in quarto mense vacare contigerit, viris graduatis per universitatem nominatis, qui gradus & nominationis literas cum studii tempore debite insinuaverint, conferre, seu præsentare teneantur. Beneficia vero quæ in quinto & sexto mensibus vacare contigerit simili modo personis idoneis libere conferre, seu personas idoneas, ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studii debite insinuaverint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ octavo & nono mensibus vacare contigerit, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ in mense decimo vacare contigerit, graduatis nominatis qui gradus & nominationis literas cum tempore studii debite insinuaverint, debeant per eosdem ordinarios conferri, seu ipsi ad illa præsentare. Beneficia autem quæ undecimo & duodecimo mensibus vacare contigerit per eosdem ordinarios personis idoneis juxta juris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa præsentare debeant. Si quis vero cujuscumque status, etiam si Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Pontificalis, aut alterius cujuscumque dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes superiores ordinarias, de dignitatibus, personaribus, administrationibus vel officiis, seu quibusvis aliis beneficiis Ecclesiasticis hujusmodi aliter quam modo prædicto disposuerit; dispositiones ipsæ sint ipso jure nullæ, collationes quoque & provisiones, ac dispositiones illorum, ad immediatum superiorem devolvantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis, providere teneatur: & si contravenerit, ad alium superiorem devolvantur provisio & præsentatio hujusmodi gradatim, donec ad sedem Apostolicam fiat devolutio. Præterea volumus quod collatores ordinarii & Patroni Ecclesiastici præfati, qui dignitates, personatus administrationes & officia, ac beneficia, in mensibus graduatis & nominatis assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus, aut nominatis, illa conferre, aut ad illa eos duntaxat præsentare teneantur qui per tempus competens in universitate famosa studuerint. *Tempus* autem *competens* decennium in Magistris, seu Licentiatibus, aut Baccalariis (*) in Theologia; septennium vero in Doctoribus seu Licentiatibus in jure Canonico, Civili, aut Medicina; quinquennium autem in Magistris seu Licentiatibus in artibus cum rigore examinis à Logicalibus inclusivè, aut in altiori facultate, sexennium autem in Baccalariis *Simplicibus* in Theologia, quinquennium vero in Baccalariis juris Canonici aut Civili: In quibus Baccalariis juris Canonici aut Civili si ex utroque parente *nobiles* fuerint triennium esse decernimus: præfati quoque graduati & nominati, collatoribus ordinariis, sive patronis Ecclesiasticis semel ante vacationem beneficii, de literis gradus seu nominationis, & de præfato tempore studii per literas patentes universitatis, in qua studuerint, manu scribæ & sigillo universitatis signatas, fidem facere tenean-

(*) *formatis*

teneantur. Cum vero probatio nobilitatis fieri debeat ad effectum ut nobilibus gaudere possint beneficio minoris temporis studii, tunc nobilitas ipsa apparet per quatuor testes deponentes in iudicio coram iudice ordinario loci in quo est natus ille de cuius nobilitate ex utroque parente constare debet, & etiam in partis absentia probari possit. Teneantur que præfati graduari tam simplices quam nominati, patronis Ecclesiasticis, aut collatoribus ordinariis quibus gradus aut nominationis literas huiusmodi insinuare deberent, literas suorum gradus & nominationis, temporis studii, & attestationis nobilitatis, duplicatas dare; ac singulis annis tempore quadragesimæ per se aut Procuratorem suum, collatoribus, nominatoribus, seu Patronis Ecclesiasticis aut eorum Vicariis, eorum nomina & cognomina insinuare, & eo anno quo præfatum insinuationem facere obmiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint. Et si collatoribus ordinariis aut Patronis Ecclesiasticis, in mensibus deputatis graduatis simplicibus aut graduatis nominatis, non esset graduatus aut nominatus qui diligentius præfatas fecerit, collatio seu præsentatio per collatorem seu Patronum Ecclesiasticum etiam eisdem mensibus facta alteri quoque (*) graduato vel nominato, non propter hoc irrita (*) censeatur. Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium post insinuationem gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis vacans petierit, & inter suam (**) insinuationem, & præfatum requiitionem non supervenerit quadragesima, in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem, ipsumque illud consequi posse debere decernimus. Statuimus quoque & ordinamus quod Collator ordinarius, & Patroni Ecclesiastici præfati inter graduatos qui litteras gradus cum tempore studii & attestatione nobilitatis debita insinuaverint, quoad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia, gratificare possint illum ex eis quem voluerint; quoniam (+) vero ad beneficia in mensibus graduatis nominatis deputatis, antiquiori nominato conferre, seu antiquiorem nominatum qui litteras nominationis, temporis studii, & attestationis nobilitatis debita insinuaverit, præferre seu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominatis ejusdem anni, Doctores Licenciatis, Licenciatis Baccalariis, (demptis Baccalariis formatis in Theologia, quos favore studii Theologici Licenciatis in jure Canonico Civili aut Medicina, præferendos esse decernimus) Baccalarios juris Canonici aut Civilis Magistris in artibus, præferri volumus. Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diversis facultatibus, Doctorem Theologum Doctori in jure, Doctorem in jure Canonico Doctori in jure Civili, Doctorem in jure Civili Doctori in Medicina, præferendos esse decernimus. Et idem in Licenciatis & Baccalariis servari debere volumus. Et si in eisdem facultate & gradu concurrant, ad datam nominationis seu gradus recurrendum esse volumus. Et si in omnibus his concurrant, tunc volumus quod Collator ordinarius inter eosdem concurrentes gratificare possit. Volumus autem quod nominati litteras nominationis ab universitatibus in quibus studierint obtinentes, in nominationum litteris beneficia per eos possessa, & eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin litteræ nominationis huiusmodi eo ipso nullæ sint & esse censeantur. Siquis vero ex dictis qualificatis, graduatis simplicibus, aut nominatis, tempore vacationis beneficii in mensibus eis deputatis vacantis duas obtineat præbendas

Y 3

(*) al. alteri quàm graduato vel nominato non propter hoc legitima censeatur.

(**) al. nominationem

(+) l. quod, ut sensus sit: quod vero ad beneficia, seu: quoad beneficia verò.

in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, aut Collegiatis, seu dignitatem vel præbendam, vel aliud seu alia, beneficium seu beneficia, quorum inlimum, vel cujus fructus, redditus & proventus, tempore residentie, & horis divinis interessendo, ad summam ducentorum florenorum auri de Camera ascenderent, beneficia (†) in vim gradus seu nominationis hujusmodi, tunc petere seu consequi non possit. Et insuper quod tam graduati simplices quam nominati, beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint, secundum propriæ personæ concordantiam & conformitatem, videlicet seculares secularia, & religiosi religiosa beneficia Ecclesiastica, ita quod secularis, beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia, prætextu cujusvis dispensationis Apostolicæ, nec contra Religiosis beneficia secularia petere aut consequi minimè possit: quodque beneficia simpliciter vel ex causa permutationis in mensibus graduati simplicibus & nominatis assignatis, vacantia, eis non sint affecta nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat. Simpliciter vero vacantia beneficia, hujusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios liberè conferri possint. Statuimus quoque quod parochiales Ecclesiæ, in civitatibus aut villis munitis existentes, non nisi personis modo præmissis qualificatis, aut saltem qui per tres annos in Theologia vel altero jure studuerint, seu Magistris in artibus, qui in aliqua universitate privilegiata studentes Magisterii gradus adepti fuerint, conferantur. Monemus autem præfati Regni universitates, sub pœna privationis omnium & singulorum privilegiorum, à Nobis & sede Apostolica obtentorum, ne collatoribus, seu Patronis Ecclesiasticis habeant aliquos nominare, nisi eos qui secundum præfata tempora studuerint, & secundum dictarum universitatum statuta, ad gradus & non per solum, promoti fuerint. Quod si secus fecerint, ultra nullitatis pœnam, quam in præfatarum nominationum litteris contentam declaramus, Nominandi privilegio ad tempus, secundum culpæ qualitatem suspendemus. Si quis autem graduatorum, aut nominatorum, in mensibus deputatis Collatoribus ordinariis, aut Patronis Ecclesiasticis, beneficium vacans, in vim gradus ut nominationis in processu posuerit, & saltem molestaverit, illum ultra expensarum, damnorum, & interese condemnationem à fructibus sui gradus & nominationis privandum esse decernimus. Eodemque vinculo Collatores ordinarios & Patronos Ecclesiasticos, quibus graduati & nominati, debite ut supra qualificati, suas gradus & nominationis litteras insinuaverint, astringimus, ut beneficia ad eorum collationem vel præsentationem spectantia, in mensibus graduatorum & nominatorum vacantia, stantibus præfatis graduatis aut nominatis debite qualificatis, illa pro sequentibus aliis quam graduatis aut nominatis non conferant, sub pœna suspensionis potestatis conferendi beneficia in octo mensibus, illo anno ad collationem eorum ac præsentationem liberam spectantibus.

De mandatis Apostolicis.

§. 7. Statuimus & ordinamus quòd quilibet Romanus Pontifex semel duntaxat tempore sui Pontificatus, litteras in forma mandati, juxta formam inferius annotatam, dare possit, hoc modo videlicet: Unum Collatorem habentem collationem decem beneficiorum, in uno; habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum & ultra, in duobus beneficiis duntaxat gravare possit; ita tamen quòd in eadem Ecclesia Cathedrali vel collegiata, collatorem unum pro tempore in duobus præbendis non gravet. Et ut obvietur litibus quæ occasione litterarum

mandatorum

†. (†) al. beneficium.

mandatorum hujusmodi oriri possent, mandata hujusmodi sub forma quæ est inferius annotata, dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam in Cancellaria Apostolica publicari, & in illius *quinterno* registrari mandamus. Declarantes, prosequentes hujusmodi mandata, quoad beneficia sub illis comprehensa, ordinariis Collatoribus & graduatis simplicibus & nominatis præferendos esse, Nosque & Successores nostros, jure præventionis, dignitates, personatus, administrationes & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica secularia, & quorumvis ordinum regularia quæcumque & quomodocumque qualificata, tam in mensibus graduatis simplicibus & nominatis, quam ordinariis Collatoribus præfatis assignatis vacantia, ac etiam sub dictis mandatis comprehensa, liberè conferre. Statuimus insuper quod in provisionibus quas personis quibusvis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, per Nos & Successores nostros, ac sedem prædictam ex motu proprio, etiam promoris ad Ecclesias cathedrales & metropolitanas, ac monasteria, ut obtenta per eos beneficia retinere possint, fieri contigerit, illorum verus annuus per florenos aut ducatos auri de Camera, aut libras Turonenses seu alterius monete valor secundum communem æstimationem exprimi debeat, alioquin gratiæ sunt ipso jure nullæ. Statuimus quoque & ordinamus quod in Regno Delphinatu & Comitatu prædictis, omnes & singule cause, exceptis majoribus in jure expressè denominatis, apud illos judices in partibus qui de jure aut consuetudine præscripta vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari & finire debeant.

De Appellationibus.

§. 8. Ut ne sub umbra appellationum, quæ nimium & nonnunquam frivole interponi consueverunt atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpè multiplicari, injustis vexationibus materia præbeat, volumus quod si quis offensus, coram suo judice justitiæ complementum habere non possit, ad immediatam superiorem per appellationem recursum habeat, nec ad aliquem superiorem, etiam ad Nos & Successores nostros vel sedem prædictam, omisso medio. Nec à gravamine in quacunque instantia, ante diffinitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit, quod in diffinitiva reparari nequiret, & eo casu non nisi ad immediatam superiorem liceat appellari. Si quis vero immediatè subiectus sedi Apostolicæ, ad eandem sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum, usque ad finem litis, videlicet usque ad tertiam sententiam conformem inclusivè, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegatæ justitiæ, aut justum metum, & tunc committi debeat in partibus convicinis, & cum causarum expressione, quæ etiam de illis legitime alias quam per juramentum, coram judicibus à sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos, nullos & irritos esse volumus, ac rescripta contra præmissa impetrantes, in expensis damnis & interesse condemnari debere decernimus atque declaramus: sed sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui pro universali Ecclesia continuè laborant, nec non dictæ sedis officiales, officia sua actu exercentes sub præfati decreto non dictæ intendimus comprehendi. Statuimus etiam & ordinamus quod judices causas quæ in partibus terminari debent coram eis pro tempore pendentes, sub pœna excommunicationis & privationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant. Pars vero diffugiens, & expeditionem ipsius causæ malitiosè impediens, gravissimè per eosdem judices mulctetur

etiam

etiam usque ad privationem juris in hujusmodi processu prætensi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus. Ab interlocutoriis autem secundo, à diffinitivis vero tertio, provocare non licere decernimus, sed volumus secundam sententiam interlocutoriam, & tertiam diffinitivam etiam conformem (omni mora cessante) executioni debitæ demandari debere, quæcunque appellatione interposita non obstante.

De pacificis Possessoribus.

§. 9. Statuimus quoque quod quicumque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice & sine lite, Prælaturam, dignitatem, personatum, & administrationem, vel officium seu quodcumque beneficium Ecclesiasticum, triennio proximo hætenus pro tempore possederit, seu possidebit, in petitorio vel possessorio à quoquam etiam ratione juris noviter reperti, molestari nequeat, præterquam prætextu hostilitatis aut alterius legitimi impedimenti, de quâ protestari, & illud juxta Concilium Viennense intimari debeat, lis autem hoc casu quoad futuras controversias intelligatur, si ad executionem citationis, jurisque sui in judicio vel exhibitionem aut terminorum omnium observationem, processum fuerit. Movemus etiam ordinarios, ut diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint, declarent illi jus non competere, cujusvis temporis detentione non obitante, de ipsoque beneficio possit illi, dummodo non sit intrusus, vel violentus aut alias indignus, vel alteri idoneo provideri.

De publicis Concubinaris.

§. 10. Et insuper statuimus quod quicumque Clericus cujuscumque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si Pontificalis vel alterius præminentia fuerit, qui præsentium notitiam, quam habere præsumatur post duos menses, post earundem præsentium publicationem, in Ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diocesani omnino facere teneantur, postquam præsentis ad eorum noticiam pervenerint, fuerit publicus Concubinaris, à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spacio sit ipso facto suspensus, quod si superior in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, convertat, nec non hujusmodi publicum Concubinarium, ut primum talem esse noverit, mox si superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum Concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè resumpserit, jubemus, ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino privet. Et nihilominus ii publici Concubinari, usque quo cum eis per suos superiores post ipsarum Concubinarum dimissionem manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad suspensionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorumve sint inhabiles, qui si post dispensationem recidivo vomitu ad hujusmodi publicum Concubinatum redierint, sine spe alicujus dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si ii ad quos talium correctio pertinet, eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam ipsos de neglectu, quam illos pro Concubinarum modis omnibus digna punitione animadvertant. In Conciliis etiam Provincialibus & Synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum vel alia condigna pœna severiter procedatur. Et si ii quorum destitutio ad Nos & sedem prædictam spectat, per Concilia Provincialia, aut suos superiores propter Concubinarum publicum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad Nos deferantur. Et eadem diligentia & inquisitio in quibuscumque generalibus capitulis, etiam Provincialibus

provincialibus, quo ad eos ferretur, pœnis aliis contra prædictos, & alios non publicos Concubinarios à jure statutis, in suo robore permanentibus. Publici autem intelligendi sunt non solum ii, quorum Concubinitus per sententiam aut confessionem in jure factam, sed per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, notorius est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per summum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam Regionibus nonnulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes pecuniariorum quæstus à Concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione aut spe alterius quæstus, talia quovis modo tolerant, aut dissimulent. Alioquin ultra præmissam negligentiam pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint restituere & ad pios usus omnino convertere teneantur & compellantur. Ipsas autem Concubinas aut suspectas Prælati omnibus modis curent, à suis subditis per auxilium & brachii secularis invocationem, si opus fuerit, penitus arcere, quin etiam filios ex tali Concubinitu procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant. Jubemus insuper quod in prædictis Synodis & capitulis præmissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum Concubinarum dimissionem moneat diligenter. Injungimus præterea omnibus secularibus viris, etiamsi Regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecunque inferant impedimentum quocumque quæsito colore, Prælati, qui ratione officii sui, adversus subditos suos pro hujusmodi Concubinitu & aliis casibus sibi à jure permisis, procedunt. Et cum omne fornicationis crimen, lege divina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessario evitandum, moneamus omnes laicos tam uxoratos quam solutos, ut similiter à Concubinitu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet & ad aliam uxorem accedit. Qui vero solutus est, si continere nolit, juxta Apostoli Consilium, uxorem ducat. Pro hujusmodi autem divini observantia præcepti ii ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis Canonicis remediis omni studio laborent.

De excommunicatis non vitandis.

§. 11. Statuimus insuper quod ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendum quoque conscientis timoratis, quod nemo deinceps à communicatione alicujus in Sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ, aut censure Ecclesiasticæ, suspensionis, aut privationis ab homine, vel à jure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura hujusmodi fuerit, vel contra personam, Collegium, universitatem & Ecclesiam, aut locum certum, aut certam, à judice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo juris suffragio excusari, eum à communione illius abstinere volumus, juxta Canonicas sanctiones. Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo relevare, neque eis quomodolibet suffragari.

De interdictis non leviter ponendis.

§. 12. Et quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire statuimus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus Ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex
Z
causa,

Causa, seu culpa ipsorum locorum aut Domini seu Rectoris, vel officiorum propter culpam autem seu causam alterius cujuscumque privatæ personæ hujusmodi loca interdici nequaquam possint auctoritate quacumque ordinaria, vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata, seu in Ecclesia publica, aut Domini, seu Rectores vel officiales ipsorum locorum, auctoritate judicis requisiti hujusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum ejecta recedente vel satisfaciente, mox divina resumi possint, quod etiam independentibus locum habere decernimus.

De Sublatione Clementinæ litteræ.

§. 13. Nec non constitutionem de eorumdem fratrum nostrorum consilio editam, quæ cum irritanti decreto statuimus, decernimus & ordinamus quod ex tunc cætero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis & administrationis Ecclesiarum & Monasteriorum facta per eos qui Ecclesiis & Monasteriis ipsis præerant, seu illam administrationem, seu commendam, aut ut alias obtinebant, aut resignatione aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, seu cessione juris in eis, vel ad ea quomodolibet competentis aut privationis vel suspensionis aut censurarum fulminatione, etiam in litteris Apostolicis à Nobis & sede Apostolica etiam motu proprio pro tempore emanatis, quæ in manibus Romani Pontificis factæ dicuntur, contentis; etiam si super illis narratis fundaretur intentio, consistere & apparere deberet per publica instrumenta vel documenta autentica, alioquin tam in iudicio quam extra illud narratis & assertionibus hujusmodi in præiudicium tertii minime dari nec ex illis aliquod præiudicium afferri deberet nisi de hujusmodi narratis & assertionibus etiam in litteris Apostolicis facta altero ex præmissis mediis diceretur, innovamus, illamque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari mandamus.

De firma & irrevocabili Concordatorum stabilitate.

§. 14. Et quia supradictam concordiam cum præfato Francisco Rege ob illius sinceram devotionem quam erga Nos & sedem prædictam habet, quom ad præstandam Nobis reverentiam & filialem obedientiam, ad civitatem nostram Bononiæ personaliter venire dignatus est, consentimus, illamque inviolabiliter observari desideramus: illam vero contractus & obligationis inter Nos & sedem Apostolicam prædictam ex una, & præfatum Regem & Regnum suum ex altera partibus, legitime iniri, vim & robur obtinere, ac illi & præsentibus in aliqua sui parte per quascumque litteras & gratias per Nos & Successores nostros desuper concedendas derogari. clausulamque cum eorundem derogatione præsentium tenore latissime extendendam ad quod eadem præsentibus litteræ & earum tenor pro expressis habeantur, in quibusvis supplicationibus pro tempore signatis appositam nihil penitus operari, & si illius vigore in litteris Apostolicis super ipsius supplicationibus consuevis, quicquam, per quod præsentibus aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur seu derogari videretur, narrari non possit: Etsi per quoscumque iudices & commissarios, etiam causarum dicti palatii Apostolici auditores, & præfata Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quibusvis causis super præmissis vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, diffiniri, & sententiarum debere, sublata eis alter sententiandi & diffinendi omnimoda facultate & auctoritate; Nec non irritum & inane quicquid secus super his vel eorum aliquo, à quo-

à quoquam quavis auctoritate etiam per Nos & Successores nostros præfatos scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Volumus autem quod si præfatus Rex præsentis litteras ac omnia & singula in eis contenta quæ in prima futura sessione præsentis Concilii Lateranensis approbati & confirmari facere promittimus, infra sex menses à die approbationis & confirmationis hujusmodi computandos non approbaverit & ratificaverit, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno suo & omnibus aliis locis & dominis dicti Regni, per omnes Prælatos & alias etiam Ecclesiasticas personas, ac curias Parlamentæ, acceptari, legi, publicari, jurari & registrari ad instar aliarum constitutionum Regiarum; & de acceptatione, lectione, publicatione, juramento & registratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & singulorum supra dictorum patentes litteras aut autenticas scripturas Nobis non transmiserit, aut Nuncio nostro apud Regem existentem per eum ad Nos mittendas consignaverit, & deinde singulis annis etiam legi (prout alix ipsius Francisci Regis constitutiones & ordinationes quæ in viridi sunt observantia observari debent) inviolabiliter observari cum effectu non fecerit; præsentis literæ, & inde secuta quæcunque, sint cassa & nulla, nulliusque roboris vel momenti. Et quum omnium quæ in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis agantur, notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu usus, libertati Ecclesiasticæ & auctoritati sedis Apostolicæ quomodolibet præjudicantia, si qua in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis alias quam in præmissis existant, non intendimus Nobis & eidem sedi in aliquo præjudicare. seu illa tacite vel expresse quomodolibet approbare. Et nihilominus præfato Francisco, & pro tempore existenti Francorum Regi, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatinus per se vel alium, seu alios in dignitate Ecclesiastica constitutos, præsentis litteras ac omnia & singula in eis contenta quando & quoties opus fuerit publicari, & ea inviolabiliter observari faciat. Contradictores cujuscumque dignitatis & præminentiæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas & pecuniarias pœnas, aliaque juris & facti quævis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compescendo. Non obstantibus omnibus supra dictis, aut si aliquibus communiter vel divisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari non possunt per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Forma mandati Apostolici.

§. 14. Leo Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo N. & dilectis filiis Capitulo, singulisque Canonicis Ecclesiæ N. salutem & Apostolicam benedictionem. Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius N. apud Nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod Nos cupientes ut eidem N. juxta illius quæ per felicitis recordationis Gregorium Papam nonum prædecessorem nostrum, ad tunc Episcopum Noviomensem, directâ extirrit, quæ incipit, mandarum, & aliarum duarum illam immediatè sequentium decretalium formas, de Canonicatu & præbenda, aut dignitate, personarum, administratione vel officio vestra vel alterius Ecclesiæ, aut alio beneficio cum cura vel sine cura, etiam si parochialis Ecclesia vel ejus perpetua vicaria aut capella, sive perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem, nominationem seu præsentationem & aliam quamcumque dispositionem

provideri possit; ac volentes præfato N. præmissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes; nec non omnia & singula beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura quæ præfatus N. etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtinet & expectat, ac in quibus & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque quodcumque & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes: motu proprio, non ad ipsius N. vel alterius pro eo Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus. quatenus (si Vobis pro alio non scripserimus qui simile mandatum aut similem gratiam prosequatur) Canonicatum & præbendam aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium, vestræ vel alterius Ecclesiæ, aut aliud beneficium Ecclesiasticum cum cura vel sine cura (etiã si parochialis Ecclesia vel ejus perpetua vicaria, aut capella vel perpetua capellania fuerit) ad vestram collationem, provisionem, præsentationem, nominationem, seu quamvis aliam dispositionem pertinentem (etiã si dignitati, personatu, administrationi, vel officio hujusmodi, cura incumbat animarum, dummodo talis dignitas electiva non existat) cum creatione in Canonicum vestræ vel alterius Ecclesiæ (etiã si in ea statuto & privilegio expresse caveatur, quod nulli de dignitate, personatu, administratione vel officio provideri possit, nisi cum effectu illius Ecclesiæ Canonicus existat) Canonicatum hujusmodi Ecclesiæ cum plenitudine juris Canonici & non obstante de certo Canonicorum numero, ad effectum [consequendi] hujusmodi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium duntaxat, & non alias, ([uti] auctoritate Apostolica, tenore præsentium conferimus, & de illo etiam providemus) si quem, quam, vel quod post mensem, postquam præsentis literæ vobis præsentatae fuerint, extra Romanam curiam vacare contigerit; cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis, eidem N. conferatis, & de illo aut illa provideatis, seu ipsum ad illum, illam, vel illud præsentetis aut nominetis. Ipsumque N. in Canonicum, & in Fratrem vestræ vel alterius Ecclesiæ, ad effectum tantum obtinendi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi recipiatis, stallum sibi in choro, & locum in capitulo cum plenitudine juris Canonici assignetis, inducentes eundem N. vel procuratorem ejus nomine, in corporalem possessionem Canonicatus & præbendæ, aut dignitatis, personatus, administrationis vel officii seu beneficii hujusmodi juriumque & pertinentiarum universorum prædictorum, defendentesque inductum, ac facientes N. vel pro eo Procuratorem prædictum ad præbendam aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium seu beneficium hujusmodi quodcumque fuerit (ut moris est) admitti, sibi que de illius vel illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis integre responderi; non obstante forsã (ut supra) de certo Canonicorum numero, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ vestræ vel alterius Ecclesiæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si vobis ab Apostolica sit sede indulgum, quod ad receptionem, vel

provisionem alicujus minime teneamini quodque de Canonicatibus & præbendis, seu dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis vestris vel alterius Ecclesiæ, aut aliis beneficiis Ecclesiasticis quibuscumque ad vestram collationem provisionem, præsentationem, nominationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim pertinentibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de Verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quolibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, & a qua cujusque tenore, habenda sit in nostris literis mentio specialis, seu si dictus N. præfens non fuerit, ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus vestræ vel alterius Ecclesiæ solitum jurementum, dummodo in absentia sua per Procuratorem idoneum, & quantum ad Ecclesiam ipsam accesserit corporaliter, illud præstet. Datum &c. Simili modo Leo &c. Dilectis filiis N. & N. ac N. officialibus salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie cupientes ut dilecto filio N. Clerico N. Diocesis, juxta illius quæ olim per felicis recollectionis Gregorium Papam IX. prædecessorem nostrum, ad tunc Episcopum Noviomensem directâ extitit, quæ incipit, mandatum. & aliarum duarum illam immediate sequentium decretalium formas de Canonicatu & præbenda, aut dignitate, personatu, administratione vel officio Ecclesiæ N. aut alio beneficio Ecclesiastico cum cura vel sine cura provideri, motu proprio Venerabili Fratri nostro Episcopo N. & dilectis filiis, Capitulo singulisque Canonicis Ecclesiæ N. per alias litteras nostras mandavimus quatenus si eis communiter vel divisim pro alio non scripsissemus, qui simile mandatum aut similem gratiam prosequeretur, eidem N. Canonicatum, administrationem, vel officium, aut beneficium Ecclesiæ N. aut aliud beneficium Ecclesiasticum, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, nominationem, seu quamvis aliam dispositionem, communiter vel divisim pertinens, si quem, quam, vel quod, post mensem post præsentationem earundem litterarum vacare contingeret, cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis, prout ad eos communiter vel divisim pertineret, conferrent & assignarent, aut eum ad illa præsentarent, eligerent, nominarent, seu de illis providerent, prout in eisdem literis plenius continetur. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatinus vos vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, si Episcopus, Capitulum & Canonici prædicti Canonicatum & præbendam, personatum, & administrationem, vel officium aut beneficium hujusmodi, eidem N. conferre & assignare, & de illis etiam providere recusaverint, seu distulerint, aut negligentes fuerint, Canonicatum & præbendam, aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, seu beneficium hujusmodi, cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis supradictis, eidem N. conferre & assignare, nec non eundem N. ad illa (ut moris est) admittere, & in Canonicum recipere, & in fratrem (stallo sibi in choro, & loco in capitulo assignatis) omniaque & singula alia in dictis literis contenta, alias juxta earundem continentiam atque formam in omnibus & per omnia facere & exequi curetis. Contrafactores (prout justitia svadebit) ad hoc compefcendo, non obstantibus omnibus quæ in dictis literis volumus non obstare. Datum &c. Pro Regularibus autem, similis forma, illis conveniens detur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, suspensionis, astrictiois, declarationis, præcepti, injunctiois, monitionis,

monitionis, innovationis, consensus, decreti, voluntatis, promissionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicae Milleesimo quingentesimo sexto decimo, quinto decimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quarto. Nos igitur, ut litterae ipsae (quae ob id praecipue editae fuerunt, ut in corpore mystico, sancta videlicet Ecclesia, perpetua charitas, & pax inviolata perdurent, & si qua membra dissentiant, ea commodè suo reaniantur corpori) eo magis observentur, quo clarius conspicerentur ipsae litterae, ex matura & salubri deliberatione, à Nobis (dicto sacro Lateranensi approbante Concilio) approbatas & innovatas, qua statutae & ordinatae fuerunt, sicut ad eandem litterarum substantiam & validitatem, alia approbatione non indigerent, ad abundantioram tamen cautelam, ut eo tenacius observentur, & difficilius tollantur, quo tantorum Patrum fuerint majore approbatione munitae; litteras praedictas cum omnibus & singulis statutis, ordinationibus decretis, definitionibus, pactis, conventibus, promissione, voluntate, ac poenis, inhibitione, aliisque omnibus & singulis clausulis in eis contentis, illa praesertim qua volumus quod si praefatus Franciscus Rex, supra dictas litteras, ac omnia & singula in eis contenta intra sex menses à data praesentium computandos non approbaret & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporis in Regno suo, & aliis locis & Dominis dicti Regni, per omnes Praelatos & alias Ecclesiasticas personas ac curias Parliamentorum acceptari, legi, publicari, jurari & registrari, ad instar aliarum constitutionum Regiarum, & de acceptatione lectione, publicatione, juramento, & registratione praedictis intra praedictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes litteras, aut autenticas scripturas, Nobis non transmitteret, aut nuncio nostro apud ipsi Regem existenti, per eum ad Nos destinandas non consignaret, & deinde singulis annis, etiam legi & (prout aliae ipsius Francisci Regis constitutiones & ordinationes, quae in viridi sunt observantia, observari debent) inviolabiliter observari cum effectu non fecerit; litterae ipsae & inde secuta quaecumque essent cassa & nulliusque roboris vel momenti: (sacro Lateranensi Concilio approbante) Apostolica auctoritate & potestatis plenitudine approbamus, & innovamus, easque inviolabiliter & inrefragabiliter observari & custodiri mandamus, roburque perpetuae firmitatis in eventum dictarum approbationis & ratificationis, & non aliter nec alio modo obtinere; omnesque in dictis litteris comprehensos ad ipsarum litterarum, ac omnium & singulorum in eis expressorum observationem, sub censuris & poenis ac aliis in eis contentis, juxta earundem litterarum tenorem & formam, teneri & obligatos esse decernimus & declaramus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quae in dictis litteris volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, innovationis, mandati, decreti & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solenniter celebrata. Anno incarnationis Dominicae milleesimo quingentesimo sexto decimo, quarto decimo Kalendas Januarii. Pontificatus nostri anno quarto. Sic signatum, visa. Je. Salui. (*) Benibus. Jo. de Madrigal. Et in dorso registrata

(*) f. Benibus.

apud

apud me Bemburn. Quocirca dilectis & fidelibus Consiliariis nostris, ad præsens tenentibus, & qui in futurum nostra tenebunt Parlamenta, omnibusque justiciariis Regni nostri & Delphinatus ac Comitatus nostrorum, cæterisque officariis, & subditis nostris & eorum cuilibet (prout ad eum pertinuerit) mandamus districtius injungentes, quatinus omnia præmissa & singula teneant & conservent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscumque occasione præmissorum de cetero orituris & emerfuris secundum deliberationes & conclusiones præscriptas judicent, pronuncient & sententient, atque ab omnibus subditis & incolis nostrorum Regni, Delphinatus ac Comitatus inviolabiliter faciant in omnibus & per omnia observari, prædictas personas Ecclesiasticas & seculares ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno & impedimento tueantur, protegant pariter & defendant omnes & quascunque personas cujuscvis conditionis ac status, fuerint, contra facientes aut venientes taliter puniendo, quod in posterum cæteris cadat in exemplum. Quoniam sic fieri volumus & jubemus per præsentem, in cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die XII. mensis Maii, Anno millesimo quingentesimo decimo septimo, & Regni nostri tertio. Sic signatum supra plicam, per Regem. Dominis Ducibus, Alencono, Bourbonno & Vindocinensi, Dominis d'Orval, de la Trimouille, de Boisy, Magno Magistro, Bastardo Sabaudia, de la Palice, (*) & de Chastillon Marechallis Franciæ & aliis præsentibus. Robertet. Lecta, publicata & registrata ex ordinatione & de præcepto Domini nostri Regis reiteratis vicibus facto in præsentia Domini nostri Regis, ad hoc eum specialiter missi. Parisius in Parlamento XXII. die Martii Anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo. Sic signatum. Pichon.

§. 16. Franciscus Dei gratia Francorum Rex, Melholani Dux & Genus Dominus universis præsentem literas in specturis salutem. Cum urgenti necessitate, evidentique commodo & utilitate Republicæ & Regni nostri ducti, ad evitanda majora pericula, quæ ex revocatione Pragmaticæ in futurum evenitura cernelamus, sive illi revocationi obediretur, sive non obediretur, quæ unicuique rectè sentienti latissimè consistare possunt, certa in verissima cum sancta sede Apostolica concordata, in quibus inter cætera cautum est, quod infra sex mensium spacium illa publicari & registrari, nec non jurari in Curia nostris Parliamentorum efficeremus, Ecclesiæque Gallicanæ illis consentire, alias nullus esset momenti, quæ nullatenus ob brevitatem temporis, aliis etiam urgentibus negociis occupati perficere volumus. Idcirco ne in rete (quod verbum incidere, & ne commodo & utilitate dictorum concordatorum frustraremur, à sepe Apostolica post lapsum dicti spacii sex mensium unius auni prorogationem obtinuimus. Ceterum quom in dictis concordatis inter cætera etiam caveretur, quod verus valor beneficiorum in illorum imperationibus exprimendus sit, timendum erat ne ambitiosi sub prætextu veri valoris non expressi, jam dicta impetrarent beneficia. Idcirco ut prædictis malitiis via precluderetur, à Sanctissimo Domino nostro Papa Leone decimo rescriptum obtinuimus, quo impetraciones prædictæ veri valoris non expressi obtineant, infra annum illius rescripti, (in quo verus valor non fuisse expressus asseritur) nullius valoris ac momenti esse declarentur. Quarum bullarum seu rescriptorum tenor sequitur & est talis.

§. 17. Leo Episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Francisco, Francorum Regi Christianissimo salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum citatis appositione decreti statuimus quod ex tunc decetero occurrentibus Cathedralium & metropolitianarum Ecclesiarum ac Monasteriorum in Regno Franciæ & Delphinatu, & Comitatu Viennensium & Valentiniensium consistens vacationibus dilecti filii Ecclesiarum, Capitulorum & Monasteriorum conventus, ad electiones seu postulationes futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum, Ecclesiarum & Monasteriorum vacantibus, pro tempore hujusmodi procedere non valerent, sed majestas tua ad Ecclesiam & Monasteria hujusmodi sic vacantia, infra certum tunc expressi temporis spacium, Nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici personas idoneas, certo tunc expresso modo qualificatas ad eandem nominationem per Nos & Romanum Pontificem, hujusmodi Ecclesiæ & Monasteria eisdem præficiendis, nominare valeret, prout in Nostris inde consecutis literis (in quibus volumus quod si Majestas tua, omnia in illis statuta, ordinata & contenta, infra sex menses post tunc proximam futuram sessionem Lateranensem Concilii tunc vigentis, non ap-

probaret & confirmaret, & à Prælati ac aliis Regni tui personis tunc exp. his approbari non faceret, litera ipse nullius essent roboris vel momenti) plenius continetur. Quum autem (sic exhibita Nobis pro parte tua, peticio continebat) Majestas tua propter varias occupationes, quibus ad præsens implicatus existis, aut ex certis aliis rationabilibus causis, infra dictum semelle, infra quod adhuc existis, in dictis literis contenta, per Prælatos & personam Regni tui hujusmodi approbati facere posse commodè nun considat. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, semel prædictum (infra quod adhuc existis) ad annum à data præsentium computandam, auctoritate Apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ volumus in dictis literis non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre prorogationis & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Petram. Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo. Calendis Julii. Pontificatus nostri anno quarto.

Pour marque & cognoissance dudit Ordre, & des Commandeurs qui en seront, nous donnerons à chacun Commandeur un colier d'or faict à fleur de lys & trois divers chiffres entrelassez de neuds, de la façon de la broderie du manteau: lequel collier sera toujours du pois de cent cinquante escus d'or, sans estre enrichy de pierreries ny autres choses. Et ne le pourront lesdictz Commandeurs vendre, engager, ny aliener pour quelque necessité, ou cause, ne en quelque maniere que ce soit: ains demeurera, sera & appartiendra toujours audit Ordre: & seront teus les heritiers desdictz Commandeurs qui seront decedez le rapporter & remettre és mains dudit grand Tresorier de l'Ordre, trois mois apres ledict decez au plus tard: duquel Tresorier ils retourneront receuisse, pour leur descharge.

LXXX.

Pour le regard des habillemens dudit Ordre, lesdictz Commandeurs les feront faire à leurs despens: mais nous en ferons l'auance sur le payement de la premiere annee de leurs Commandes.

LXXXI.

Neantmoins lesdictz habillemens demeureront toujours en la garde dudit grand Tresorier, pour estre mieux conservez. Et si aucun desdictz Commandeurs alloit de vie à trespas, lesdictz heritiers ne pourront riens pretendre ausdictz habillemens, lesquels demureront audit Ordre, pour servir à celuy qui succedera en sa place. Lequel sera tenu payer aux heritiers dudit defunct, des deniers de la premiere annee de sa commande, la valeur dudit grand manteau & manrelet qui luy sera affecté, dont l'estimation sera faicte par ledict Chancelier, appelez avec luy les officiers du dict Ordre.

LXXXII.

Tous lesdictz Cardinaulx, Prelats & Commandeurs dudit Ordre, seront tenus à leur reception fournir & payer és mains dudit grand Tresorier la somme de dix escus d'or sol: lesquels dix escus nous auons des à present affectez au conuent desdictz Augustins.

LXXXIII.

Et pource qu'il est raisonnable que ceux qui se veulent principalement dedier à Dieu, & en porter signe exterieur, soient astraints à plus grandes prieres & exercices spirituels que les autres, nous exhortons & prions, tant qu'il nous est possible, tous ceux du dict Ordre & milice, à se rendre soigneux

d'assister chacun iour deuotement au saint sacrifice de la Messe, s'ils en ont le moyen & le loisir: & aux iours de festes, à la celebration du service divin. Mais sçachant qu'ils sont obligez à dire chacun iour un chapelet d'un dizain, qu'ils porteront ordinairement sur eux, & les heures du Saint Esprit, avec les hymnes & oraisons qui seront dedans un livre que nous leur donnerons à leur reception: où bien les sept Pseaumes penitenciaux, avec les oraisons qui seront faictes sur chacun Pseaume, la Letanie suyvie des oraisons ordinaires, qui seront aussi dans ledict livre, lequel ils seront tenus porter tousiours sur eux: & ou ils seront defaillans aux choses susdictes, qu'ils soient obligez de donner une aumosne aux pauvres. Plus, nous leur enioignons de ne faillir, deux fois l'an pour le moins, se confesser à personnes constituées en auctorité en l'Eglise, & recevoir le precieux corps de nostre Seigneur Jesus Christ: sçavoir, au premier iour de Ianvier, & feste de la Pentecoste. Ordonnant que esdicts iours, & tous autres, esquels par devotion ils communiront, en quelque lieu qu'ils se trouvent, ils soient tenus durant la Messe, & icelle communion, porter le collier du dict Ordre: sur peine contre les defaillans es choses susdictes, de privation des fruicts de leurs Commandes pour un an, pour la premiere fois; pour la seconde, de privation entiere; & s'ils continuent de volonté enduree, d'estre punis & degradez de l'Ordre.

LXXXIII.

Estant cest Ordre institué pour la defense de nostre sainte foy & religion, & de nostre personne & estat, tous lesdicts Commandeurs seront tenus avoir autant de cheualx de service & d'hommes bien armez, comme ils ont de mil livres de renze à cause de leur Commande, comprenant en ce nombre leurs personnes: de façon que qui aura trois mil livres de Commande, amenera avecques luy, quand il sera mandé pour marcher en armes, deux hommes bien montez & armez: payant par tout où ils passeront de gré à gré, & sans aucune foulle de nostre peuple, sur peine d'estre degradez & privez de l'Ordre.

LXXXV.

Estant ceste compagnie & societé instituee en l'honneur de Dieu, lequel nous commande & enjoinct d'exercer toute fraternité & dilection les uns envers les autres: nous ordonnons aux Cardinaulx, Prelats, Commandeurs, & officiers du dict Ordre, de deposer dès à present toute espede d'enuie, inimitié & rancune qu'ils pourroient avoir les uns contre les autres: pour dorenavant & à iamais viure ensemblement en toute vraye & bonne amitié, concorde & union, comme nous declarons avoir volonté de faire de nostre part envers eux: les soutenir, defendre, honorer & gratifier. en ce qui se presentera, comme leurs qualitez & vertus le meritent, & le lien de fraternité du quel les avons honorez.

LXXXVI.

Et s'y aucun debat ou contention survenoit par cy apres entre aucuns Commandeurs ou officiers du dict Ordre, à cause de leurs personnes seulement, dont vraysemblablement l'on peut douter que voye de faict se peut ensuyure: Nous promettons que la chose venue à nostre cognoissance, nous defendrons incontinent par nos lettres aux parties toutes voyes de faict. Et au prochain chapitre lesdicts debats seront par nous vuydez & terminez par l'aduis desdits Coufreres & Commandeurs, lesdictes parties ouyes en ce qu'elles voudront dire l'une contre l'autre: lesquelles seront tenues à ceste fin d'y comparoir, ou procureurs pour elles, & obtemperer à l'appoinctement qui sur ce sera faict par nous & lesdicts Commandeurs. Sauf par tout le droit & hautesse de nostre Justice & auctorité royale, & de nos successeurs.

LXXXVII.

Après avoir estably & statué en cest Ordre, ce qui nous a semblé estre plus necessaire & important, il est mal aisé d'auoir par mesme moyen preuenu à faciliter toutes les executions qui y seront necessaires, & que chacun iour, aydant

sydant Dieu, l'experience nous monstrera ce qu'il y faudra adiouster & interpreter. Au moyen de quoy, auons remis à nous & à nos successeurs de pouvoir ce faire, & établir toutes loix staturs & autres ordonnances qui se trouveront sainctes & raisonnables, & icelles incorporer & adiouster au liure de nostre Ordre. Pourveu toutefois que lesdictes ordonnances ne changent, alterent, ou diminuent en rien les choses ja par nous establies & ordonnees, & qu'elles soient leuës, publiees & registrees es assemblees generales de l'Ordre, qui se feront chacun an, & approuvees par les deux tiers des Commandeurs qui s'y trouveront.

Si promettons pour nous, & nos successeurs Roys de France, Chefs Souverains, grands Maistres du dict Ordre & milice du Sainct Esprit, garder & accomplir, à nostre pouvoir, les susdicts pointcs, articles, ordonnances & constitutions, entierement, inviolablement, & à tousiours, selon le vœu & serment solennel que nous en auons fait.

En tesmoing de quoy, & à fin que ce soit chose ferme & stable à tousiours, nous auons signé ces presentes de nostre propre main, & à icelles fait apposer nostre seel.

Donné à Paris au mois de Decembre, l'an de grace mil cinq cens soixante dixhuiet. Et de nostre regne le cinquième.

Ainsi signé,

H E N R Y.

Et au dessoubs,
Par le Roy. Signé,

V I S A.
D E N E V F - V I L L E.

Et seellé du grand leau en cire verte, pendant à las de loye vert & rouge.

V. *Statuta Ordinis Elephantini, prout à Christiano V. Danie & Norvegia Rege renovata & aucta fuere Harvnia Kal. Decemb. 1693. Accessere appendicis vice Statuta Ordinis Dannebrogi, in Elephantini Ordinis Equitibus prærequiri soliti.*



Nos CHRISTIANUS Quintus Dei Gratiâ, REX Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumque; DUX Slesvici, Holfatiæ, Stormariæ ac Dirhmarciæ; COMES in Oldenburg & Delmenhorst; Palam testamur, & universis ac singulis notum facimus, *Quod, quemadmodum veteres provi. à semper meditatione considerantes, vêt ratione compensari possent eorum merita, qui virtutem animique fortitudinem notabiliter præ aliis exererent; varios honoris gradus constituerunt, ut per eos unusquisque pro meritis ad gloriam ascenderet; Quos inter primus jure collocatur Equestris Ordo, quò virtutum exempla singulis manifestè ante oculos ponuntur, externoque illò signò clarè factis docetur, ei, quif tali modo dignus judicatus est, ut in Porentum Principum coronatorumque capitum familiaritatem admittatur; istum honorem propter ingentia gloriosaque merita contigisse: Quin & alii eò ipsò magis stimulantur, ut tantorum virorum vestigiis insistant visòque præ oculis præmiò, tantò majori ardore in curriculo versentur, quanto certius, tactâ meta, brabèum sibi polliceri queant. Accedit quod Principes coronisq; fulgentia capita per hunc interpretem ad concordem fiduciam ac*

sinceram amicitiam mutuò inter sese obligentur. *Ita & prisca Danorum Reges* hæc omnia prudentissimè perpenderit *ante immensum tempus Nobilissimum Ordinem Equestrum Elephantinum* in eundem finem instituerunt, quem, Reges & Principes singulos summò in honore ac veneratione semper habuisse constat.

Nobis itaque præcipuam gerentibus curam, ut prædicto ordini non solum conservata, quam semper obrinuit, reverentia fervetur, sed & major indies accrescat dignitas; clementissimè placuit, memorati Ordinis Legum & statutorum longò temporis intervallò per varios Reges varie immutatorum curam suscipere; quæ summâ diligentia jussu nostrò revisa, exclusis omnibus cum his temporibus nostraque purâ & integrâ *Religione Evangelicâ* ininus convenientibus, pro ut sequitur, renovare, immutare & adaugere visum est.

1.

Nos solum nostrosque in soliò Regali Hæreditarios Successores, *Dania & Norvegia Reges Supremos Nobilissimi hujus Ordinis Dominos esse, fore & nuncupari volumus.*

2.

Nobilissimi hujus Ordinis *Equites triginta* numero sunt, præter Ordinis Dominum ejusque Filios, qui prædictò numerò non includantur, utpote Nobilissimi hujus Ordinis *nati Equites.*

3.

Nemini Nobilissimum hunc Ordinem ingredi liceat, qui trigésimum ætatis annum supergressus non fuerit, exceptis Ordinis Domini *Consanguineis Filiisque naturalibus*, qui, completis viginti annis, admitti possunt.

4.

Nobilissimi hujus Ordinis locios dextrò latere quotidie gestare volumus *Elephantem* puro constantem aurò, alboque pictum encaustò, qui dorso *castellum*, collò *Æthiopem* sagittam manu tenentem, sedentemque ad radicem Castellii, atque latere *crucem* adamantinam feret. Elephantem sustinebit *fascia* serica coloris cœrulei ex sinistrò dependens humerò. Tunicæ autem sinistrum, quâ pectus tegit, *stella* ornabit argentea acu picta, octo constans radiis, in cujus mediò erit crux argentea acu picta, rabro villosi serici plano innitens, sicut sequentes figuræ ostendunt.

(Locus Figutz.)

5.

Congregationis festo Equites solennem habitum induiti *torquem* aureum gestare debent, qui collari Togæ superimpositus gestantis colulum vinciet, constabitque ex Elephantis & Castellii aureis. Singuli Elephantes stragulum ferent, cœruleò pictum encaustò aureilque circumdatum segmentis cui ex aurò inducetur D. Latinum, vocem (*) (*Dacia*) denotans. Bini Elephantes, proboscides sibi in vicem obvertentes, Castellò unò concatenabuntur, binisque Elephantorum caudis mutuò sibi oppositis itidem Castellum unum internectetur, formâ, quæ *hic depicta* (**) conspicitur; Et, cum prædictum torquem gestant, insigne hujus Ordinis de duorum Elephantorum proboscibus parvulâ catenâ annexum in mediò pectoris pendebit, eruntque Elephantii ac Castella eâ magnitudine, quæ in mediò circuli representantur.

6. Ordinis

(*) *Dacia* olim mediâ xvi scriptoribus pro *Dania*.

(**) *Locus Figutz.*

6.

Ordinis Domino hujusmodi est Habitus.

Thorax braccæque succinctæ ex albo panno, cui argentum intextum est, cum tæniis aureis futuris celantibus. Tibialia ex serico Margaritarum imitantia colorem, cum persicelidibus aureis acupictis.

Pileus Romanus villosus serico nigri coloris velatus, ac plumis albis cristæque nigra insignis. Toga è villosa serico coccinei coloris, densoque ac splendenti serico albi coloris & perforato suffulta, cui longum erit firmata, amplum circa humeros collare, limbusque oras ejusdem summas atque imas circumquaque ambiens; omnia è prædicto albo & perforato serico. *Stella*, cujus mentio articulo 4. facta est, duplo major hic erit illa, quam tunica præfert, sinistraque togæ parti annexetur; Anterior de pectore binæ versus terram propendent chordæ ex auro contextæ, in fasciculum utrinque desinentes; Omnia ea forma, qua inferius expressæ conspiciuntur.

Consimilis est huic Equitum reliquorum omnium habitus, excepto quod

1. Thorax braccæque Eorum ex albo serico aureis floribus distincto confectæ sint.
2. Pileus plumis albis rubisque cum niveâ crista ornatur.
3. Binæ illæ de anteriori togæ parte supernè dependentes chordæ cum fasciculis suis ex auro coccineique coloris serico sint contextæ.
4. Soli Principes longiori firmate, Equites reliqui omnes brevissimo utuntur.

(Locus Figuræ.)

7.

Ordinis Socii sub Insignibus suis gentilitiis Ordinis tesseram, nempe Elephantem de torque Ordinis cœruleave ejusdem fascia pendulum, modo infra picto, quamdiu vivunt, præferre tenentur, ut omnibus palam fiat, illos Ordinis hujus Socios esse.

(Loc. Fig.)

8.

Unusquisque qui in Nobilissimum huncce Ordinem admittitur, pro Ordinis Domini, Daniæ & Norvegiæ Regis, juribus Majestatis, gloria & Regni propugnet, verbi Dei Ministros veramque Evangelicam Religionem defendat, pauperes, viduas & orphanos protegat, Dei gloriam Nobilissimique hujus Ordinis dignitatem summo conamine promoveat, omniaque & singula horum Ordinis Statutorum verba, clausulas & puncta observet.

9.

Unicuique Ordinis Socio in Ordinem recens recepto *Diploma*, quale hujus Nobilissimi Ordinis Equitibus dari solet, latina confectum lingua, Ordinisque Domini manu & Sigillo Ordinis munitum tradi volumus, unde, quo tempore Ordini sit inscriptus, constare possit.

10.

Volumus etiam Nobilissimum hunc Ordinem *Sigillum* habere peculiare, cujus unum latus præferet Ordinis Domini, Daniæ & Norvegiæ Regis,

Regis, Insignia, quæ fascia illa Equestris, eique superimpositus Ordinis Torques circumcingent infra Insignia de prædicta fascia pendeat Elephas suo instructus apparatu. Alterum verò Sigilli latus Elephantem repræsentabit prout articulo quarto describitur, expressum campoque insistentem viridi. Supra Castellum extabit Ordinis Symbolum, videlicet, MAGNANIMI PRETIUM, inque circuiru ad exteriorem Sigilli oram, hæc verba: *Magnum Sigillum Nobilissimi Ordinis Elephantini, sicut in sequenti videri est figura.*

(Loc. Fig.)

Hoc ipsum Sigillum rubræ ceræ impressum pixidi includetur eburnæ circularis formæ, ac tæniæ ex auro coccineique coloris serico contextæ alligabitur.

11.

Nobilissimi hujus Ordinis societati post hac tantum inscribentur Reges & Principes Extranei *Evangelicam Religionem profitentes*, Domini intimi Consiliarii, summi Ministri, præcipui militiæ Præfecti, Ordinisque Dannebrogici Equites, proviso tamen, quòd sint Religionis Evangelicæ, atque in Ordinis Domini commodum bellicis rebus, aliove modo virtutem suam & fidelitatem adeo declaraverint, ut universus mundus & Ordinis Dominus judicet, illos dignos esse, qui in eminentissimi hujus Ordinis societatem admittantur.

12.

Ordinis Dominus, comperto locum aliquem in Ordinis societate vacare, proximos Ordinis socios convocabit, ut loco & tempore definitis compareant ac de alicujus persona deliberent, qui dignus sit, *vacantem in Ordine locum occupare.*

13.

Dicte Ordinis socii virum proponunt, quem virtute sua in Nobilissimi hujus Ordinis societate locum meruisse sincera mente judicent, nec de ullo, nisi tam bene merito, amicitia vel cognatione inducti contilium dabunt. Et in hunc finem *aliquot virorum nomina* chartæ inscribant, eaque sub manibus suis & Sigillis Ordinis Domino præsentent, ut ex propòsitis aliive ex proprio arbitrio aliquem *eligat.*

14.

Nemo in Nobilissimum hunc Ordinem recipietur, qui Ordinis Dannebrogici Eques antea non fuerit creatus; Si contingat, ut Ordini huic nominatim destineretur, qui illus antehac nondum fuit particeps, absque ulla solenni ceremonia eundem suscipiet octo ante dies quàm Elephantinum adipiscatur; Cùm autem in hunc admittitur, Ordinis Dannebrogici Insigne deponere, illudque Ordinis Secretario, Apocha ejus munito recepta, tradere tenetur.

15.

Quando solenni cum Ceremonia aliquis Eques creari debet, juxta Ceremonialem hujus Ordinis ritum agere conveniet.

16.

Omnis in Nobilissimum hunc Ordinem receptus ab Ordinis Domino, cum ad eum scribit, Domini titulo compellabitur.

17.

Omnis Ordinis Domini subditus in Nobilissimi hujus Ordinis societatem receptus quemvis alium Ordinem, si fortè quem habuerit deponere atque hunc solum gestare tenetur.

18. Quicumq;

18.

Quicumque in Nobilissimi hujus Ordinis societatem posthac intro-
mitretur, nullum aliunt in posterum suscipere, aut præ se ferre Ordinem
tenebitur, si Ordinis Dominus hac in re non consentiat; Qui autem ab
Ordinis Domino consensum hunc ac licentiam impetravit, dum in terris
regionibusque Ordinis Domino subjectis moratur, alios illos Ordines ab alio
quocunque Ordinum Domino in se collatos deponere & hunc solum-
modo gestare tenetur.

19.

Unusquisque in Nobilissimum hunc Ordinem receptus ab Ordinis
Secretario accipiet Ordinis legum apographum fideliter cum originali
collatum Ordinisque Sigillo, & Ordinis Secretarii subscriptione robo-
ratum.

20.

Is, qui ab Ordinis Domino Eques constitutus est, Secretario Or-
dinis Insignia sua gentilitia vivis suis coloribus depicta, ut & Symbolum
suum, tradet, quæ omnia in aenea præscriptæ magnitudinis & in for-
mam clypei fabricata lamina deinceps depingentur, atque *in facello*
Ordinis, quod Friedericoburgi est, supra sedem Equitis in ipsius hono-
rem suspendentur.

21.

Unicuique Equitum in facello Fridericoburgensi certa assignetur
sedes; Ordinis Domini sedes in medio erit; & ab utroque latere reli-
quorum Equitum sedes, quibus festo congregationis insidere debent.

22.

Ut autem inter Ordinis socios nulla de *precedentia* oriri possit
controversia, unusque Ordinis socius in omnibus Ordinis conventibus
eo Ordine sedeat & procedat, quo Ordinis societati insertus est; Et si
plures eodem die Ordine fuerint investiti, ille semper superiorem obti-
neat locum, qui ab Ordinis Domino Insigne Ordinis primus accipit;
hoc tamen habito discrimine, quod Electores inter se, Principes inter
se, & alii Equites inter se hoc ita observent; & quod Electores &
post eos principes omnes superiora præ omnibus aliis Equitibus loca
obtineant.

23.

Congregationis Festum Friedericoburgi quotannis celebretur *tertio*
Pentecostes; omnesque Ordinis Elephantini Equites, quotquot adfunt,
hoc die habitum Equestrem induti à destinato conclavi ad facellum Or-
dinis, eo, qui inferius explicabitur, Ordine procedant, sedes suas oc-
cupent, sacra antemeridiana audiant, bis finitis, in idem conclave sese
conferant, ibique maneant, donec ad mensam accersantur, ubi integro
Equetri habitu vestiti assidere debent. Eodem etiam die Dominus Or-
dinis integrum suum habitum Equestrem indutus cum Ordinis sociis
discumbet. Præterea omnes, qui adfunt, Equites tribus annuatim
diebus, nempe tertio Natalis Christi, tertio Palchatos, & Natali Ordinis
Domini die Torquem Ordinis cum Elephanto inde pendulo, loco fas-
ciæ cæruleæ, solitas induti vestes gestare debent.

1

24. Sacram

14.

Sacram concionem, resque coram Alrari divinas eodem die peragat Ordinis Domini confessionarius, quibus omnibus finitis, unus Ordinis sociorum, vel Ordinis Dannebrogici Equitum, in Ordinis Domini gloriam & Ordinis laudem Orationem intra templum habeat.

15.

Processus à constituto conclavi ad sacellum, & iterum à sacello ad prædictum conclave faciendus, hoc Ordine fiat: Primo bini Ordinis Praecones habirum ipsis assignatum induti procedant; his proximi Cereimoniarum Magister & Ordinis Secretarius progrediantur eo vestiri amictu, qui Art: 4^o. describitur. Sequantur Ordinis Dannebrogici Equites vestimentis solitis cum torque Ordinis induti & duo simul incedentes; impari autem si fuerint numero, tres primo Ordine; Post hos Ordinis hujus focii duo simul procedant eo Ordine, quem Art: 22. exhibet; hos excipiant Ordinis Domini juniores natu filii, duo simul, si tot adsint, solus autem, si unicus modo exiter; hinc Ordinis Domini primogenitus filius solus progrediat, omnesque recensiti habirum 6. Art: definitum gestent. Deinde regis supremus Aulae Mareschallus baculum officii manu præferens incedit, Pileum ipsius rubrae & flavæ jacentes plumæ triplici serie condecorent; & absente supremo Aulae Mareschallo, vicem ejus supremus cubicularius impleat. Ultimo à quatuor cubiculi præfectis Rubrum Umbraculum e villoso serico factum gestatur, sub quo Ordinis Dominus solus ingreditur, vestitus prout in 6 habetur Art: Syrma togæ ipsius à seniori in officio Cubiculi Praefecto tunc præfente sublevatur; utrumque Umbraculi latus muniunt quatuor Ordinis Dannebrogici Equites ab Ordinis Domino ad hoc destinati, qui prædictis quatuor Cubiculi Praefectis adjumento esse debent; hos omnes satellites Regii cingunt, & post Ordinis Dominum sequuntur omnes, quos sequi vult, supremi Ministri, nullo certo Ordine observato.

16.

Sacris congregationis festo in sacello finitis, Ordinisque focii in destinato congregatus Conclavi, Secretarius Domino Ordinis referat, si quis Ordinis sociorum contra hasce leges & statuta aliquid deliquerit, & is qui accusatur, si præfens sit mox pro se spondeat, si vero absit, certus illi dicatur dies, quo Ordinis Dominus coram focii Ordinis, illum pro meritis judicabit.

17.

Non licet Elephantem torquemve quibus Ordinis Dominus aliquem investivit, murare, vendere, abalienare, commodare, oppignorare, in debiti solutionem alicui tradere aut dono dare, quocunque demum prætextu id fiat, five ob inopiam, five alias ob causas; sed ab Equite, quamdiu vivat, diligenter asservari debet.

18.

Nulli Ordinis Domini subdito in Nobilissimi hujus Ordinis societatem elevaro licet citra Ordinis Domini concessionem sub extraneo quoquam Principe militare, vel longinqua suscipere itinera. Permissionem autem ab Ordinis Domino humillimè flagitans repulsam non feret, nisi illius ministerio ipse Ordinis Dominus indigeat. Extraneis vero in Nobilissimum

bilissimum hunc Ordinem receptis, qui Ordinis Domini imperio non subiant, ubicunque velint, nisi contra ipsum Ordinis Dominum, exceptis tamen casibus Articulo sequenti recensendis, castra sequi licitum esto.

29.

Si Ordinis Dominum extraneo Principi, cujus unus pluresve subditi ex Ordinis focis sunt, bellum inferre contingat, tali Equiri Equiribusve citra ullam honoris & fidei jacturam dedecorisve famam, quasi contra Ordinis Dominum aut Nobilissimi hujus Ordinis leges & statuta aliquid deliquissent, Dominum suam patriamque defendere licet. Si vero ejusmodi Equiris aut Equitum Dominus Ordinis Domino *bellum inferat*, ab hujusmodi expeditione supercedere debent, nisi a suo Domino ad eam subeundam cogantur. Tali enim incidente casu, illius copiis inesse licet, ea tamen conditione, quod eorum *Dominus in propria persona* castra sequatur, ipsique Ordinis Domino sub manibus suis & Sigillis mature id denuntient.

30.

Si unus, pluresve Equites duorum extraneorum Principum inter sese bella gerentium servitio detineantur, unusque eorum vel plures in hostium potestatem perveniant, tum ille illive Equites, qui factioni Ordinis focium comprehendenti interfunt, omnem curam adhibere debeat, ut libertati restituatur.

31.

Si inter duos Equites discordiam vel litem aliquam horum tantum personas concernentem oriri contingat; Ordinis focii, quibus controversia innotuit, Ordinis Dominum hujus rei certiozem mox facere debent; ut partibus contrariis privata vindicta interdicit, atque coram presentibus Ordinis focis, utriusque rationibus auditis, inter eas decernat, cujus judicio acquiescere tenentur.

32.

Nec ulli Ordinis focio cum alio Ordinis focio duello congressi licet, sed injuriam passus coram Ordinis Domino conqueratur, ut illo iudice, satisfactionem reportet.

33.

Nulli Ordinis focio absque Ordinis Insigni publice versari licet, sub viginti ducatorum auri, pauperibus *Hillerodii prope Fridericoburgum* solvendorum multa; Si vero Ordinis Insigne penitus deponat, ut integro anno illud non gestasse constet, ab Ordinis societate rejiciatur, utpote qui Nobilissimo hoc Ordine ulterius includi semetipsum indignum fecit.

34.

Nemo honore, vita, vel totis rebus suis *condemnatus*, etiamsi *post condemnationem pena illi remittatur*, in Nobilissimum hunc Ordinem admitteatur, nec qui citra evidentem vim summamque necessitatem in aliquo conflictu fugiens cohortem suam & *stationem deseruit*, nec qui ob aliquod infame scelus diffamatus est. Quod si quem commisisse, aut ab *Evangelica Religione* ad alienam transiisse probetur, continuo ex Ordine rejiciatur.

35.

Si quis inter Ordinis focios alicujus criminis ab Ordinis Domino reus iudicetur, damnatusque ad Ordine excludatur; tunc Secretarius Insigne Ordinis à Criminoso, si subditus est, & de ipso *præsenti sententia dicta*

dicta est, mox exigere debet, citra omnem contradictionem ab illo sibi tradendum. eumque insuper Ordinis Domini nomine prohibere memoratum Insigne post hæc gestare. Si vero reus Ordinis Domini subditus & absens in jus vocetur, aut, si extranei Domini subditus sit, tunc illi per patentes literas Ordinis Sigillo & Secretarii manu munitas criminis, cujus accusatur, summa, posthæc sententia iudicis, ut & interdictum de gestando Ordinis Insigni, denique mandatum de illo Ordinis Secretario remittendo significetur; his si parere noluerit, Ordinis Dominus convenientia inveniet remedia, quibus ad obtemperandum cogi possit.

36.

Ordinis socio aliquo ex Ordine rejecto, Insignia illius à loco suo removeantur, diesque & annus, quo rejectus est, Matriculæ Equitum, ut & causa diminutionis Protocollo Ordinis inscribantur.

37.

Mortuo aliquo Ordinis socio, Insignia illius similiter à sede ejus auferri debent & ce. tinato loco. deinde suspendi.

38.

Ordinis socio aliquo decedente, hæredes illius intra trium mensium decursum Ordinis Secretarium de morte ejus certiorum facere, simulque ipsi Insigne & statuta Ordinis, nec non torquem, si eundem ab Ordine Domino Eques prædictus acceperat, remittere debent, recepta ejus apocha, qua in posterum legitime se tueri poterunt. Si forte contingat, ut Insigne Ordinis desideretur, aliud huic par restituere tenentur; sin vero in bello aliove infortunato casu Eques obierit, unaque cum eo Insigne Ordinis ablatum fuerit, omni ejus ulteriori restitutione liberati sunt.

39.

Mortuo aliquo Equite, Insigne Ordinis rubrum super pulvillum è serico villosio factum, arcæ funereæ, dum in ædibus detinetur, imponi, posteaque in exsequiis (si publicis ceremoniis peragantur) per unum ad id destinatum Marschallum ante funis in demortui gloriam ferri debet; Marschallum istum proximè sequantur Ordinis Ministri atque post hos Ordinis socii, quotquot adsunt; ipsorum autem Equitum corpora talibus ceremoniis sepelire licet, quales demortuorum honori justos cognati arbitrantur superstites.

40.

Unum esse volumus ceremoniarum Magistrum, & unum Secretarium Ordinis; quibus Ministeriis non adhibendi sunt alii, quàm qui insignibus gentiliis dotati sunt. Quando autem officia hæc ingrediuntur, iis ab Ordine Domino confertur signum Ordinis, quod, dum Ordinis Ministri sunt, ab alba fascia rubris oris circumdata unique ex globulorum tunicæ foraminibus alligata in medio pectoris pendulum quotidie gestabunt; in omni præterea Ordinis congregatione Equestrem Ordinis Dannebrogici habitum, cum pileo triplici plumarum albarum seræ ornato induti sunt.

41.

Ceremoniarum Magistri officium erit, quando publica quis ceremonia Eques creatur, ut & Anniversario congregationis festo, curam gerere, ut debitè in locis omnia rite præparata sint. Quem in finem, justum horum statutorum nec non ceremonialis hujusce Ordinis Ritus Apographum Ordinis Sigillo & Secretarii subscriptione roboratum illi communicabitur.

42.

Secretarii Ordinis officium erit, patentes literas, quæ ab Ordine

nis Domino Equiti donantur, expedire & in margine subsignare; præterea equestrem habebit Matriculam, cui Equitis uniuscujusque nomen, orulum, & tempus, quo in Ordinem receptus est, inscribere, deinde insignia illius gentilitia vivis suis coloribus depicta cum symbolo adjuncto, nec non prædictas Literas patentes inferere debet. Et, cum è vita Equitum aliquis excedit, aut Ordine privatur, hoc itidem eadem in Matricula annorabit.

43.

Erit etiam ipsi certum Ordinis Protocollum, in quo annotabit, quo quisque tempore in Ordinem receptus sit. utrum Ceremoniis factum sit illud, necne; Quor Ordinis socii anniversario congregationis festo compaerint, quotque legitimè excusati fuerint; si quis Equitum ob indecens aliquod factum æcularis sit, qualem in ista causa Ordinis Dominus sententiam tulerit; aliaque hujusmodi omnia Ordinem concernentia Protocollum hoc, æque ac Equestrem istam Matriculam, accurate custodire debet, & quando completi erunt hi libri, Ordinis Domini Archivis eos inferet ut in memoriam perpetuam referentur.

44.

Unumquemque qui in Nobilissimum hunc Ordinem cooptatur, admonebit; ut pauperum *Hillerodii* prope *Fridericoburgum*, secundum propriam generalitatem memor sit; Quæque ipsi hunc in finem traditur *Elemosyna*, curaroribus pauperum ejusdem loci, recepta eorum apocha, reddat.

45.

Erit quoque ipsi curæ, cum in Nobilissimam hujus Ordinis societatem intronititur aliquis, ut Insignia ejus gentilitia & symbolum extradantur ac super sedem ejus in sacello Ordinis suspendantur. Horum præterea statutorum apographum sigillo Ordinis & subscriptione sua roboratum exhibebit Equiti; & sociorum Ordinis cum vel vita vel dignitate privatus fuerit aliquis, secundum ea, quæ *Articulo 35. 36. 37. ac 38.* continentur, agere debet.

46.

Si fortè ex Ordinis sociis aliquis contra hæc leges deliquerit; congregationis festo hoc Ordinis Domino, secundum ea, quæ *Art. 16.* habentur, referet; discordiam verò inter Equites si enasci contingat, eorum Controversia statum studiose indagare Ordinisque Domino indicare debet, ut de singulis competenter statui possit.

47.

Insignia Ordinis, quæ ipsi post mortem Equitum tradentur, Ordinis Domino restituet, ac pro restitutis quorannis apocha ipsi communicabitur.

48.

Ordinis Præcones binos esse volumus, qui, cum publica aliquis Ceremonia Eques constituitur, nec non anniversario congregationis festo, quotiesque alia Ordinis negotia ipsis injunguntur, in habitu præconibus conserto comparere debent, deaurata scepra manibus gestantes, pileosque rubris plumis ornatos induti.

49.

Reges, Electores & Principes sine ulla prædictos Articulos observandi necessitate in Nobilissimi hujus Ordinis societatem admitti possunt, cum speret Ordinis Dominus, eos benevolè tantum fidaque amicitia

fecum acturos, *Evangelicam Religionem* defensuros, atque *Nobilissimi* hujus Ordinis dignitatem curaturos.

50.

Horum Articulorum Autographum Ordinis Sigillo munitum in Ordinis Domini, Daniae & Norvegiae regis, Archivis asservari volumus, eumque secundum temporum circumstantias illos pro arbitrio immutandi & adaugendi potestatem habere. Datum in arce nostra Regia Hafniae, Kalendis Decembris, Anno Christi Millefimo, Sexcentesimo, Nonagesimo Tertio, regni nostri Vigesimo Quarto.

Sub Manu Nostra Regia
Ordinisque Sigillo.

CHRISTIAN.

J. Lerche.

Statuta Ordinis Dannebrogici.

NOS CHRISTIANUS QUINTUS, Dei Gratia, REX Daniae, Norvegiae, Vandalorum Gothorumque, DUX Slesvici Holsatiae, Stormariae ac Dithmaris; Comes in Oldenborg & Delmenhorst; Palam restamur & univervis ac singulis notum facimus, quod, quemadmodum priscis regnorum ac terrarum Dominis & Principibus, serio semper curae fuit, quomodo eos, qui virtutum studiis, fido servitio, fortibusque factis sese prae aliis celebres fecissent, peculiaribus hostimentis conspicuoque honoris caractere remunerari atque ejusmodi claris Insignibus subditorum suorum alios ad similia virtutum & fortitudinis exercitia instigare possent; Ita & temporibus occasione praebentibus, varios Equestres Ordines instituerunt, eosdem praeclearis legibus, Privilegiis & praerogativis stabiliverunt. Cumque Nobis sub prima Regni Nostris initia innovisset, haec in Regno nostro Daniae praeter celeberrimum, Nobilissimum & antiquissimum Ordinem Equestrem Elephantinum ante aliquot annorum centurias viguisse Equestrem Ordinem Dannebrogicum, a gloriose memoriae regis Waldemaro secundo ad eorum virtutem & fortitudinem compensandam, qui expeditione Livonica hostilem impetum imperterriti exceperunt, victoriamque ob hostium multitudinem pene desperatam sibi asseruerunt, occasione caelitus delapsi vexilli, istorum temporum Chronicis celebrati, Anno M. CC. XIX. institutum; Memoratum etiam regem ut nova haec Ordinis institutio plenam existimationem & gloriam obtineret, triginta quinque ex optimis meritis suis subditis die St. Laurentii publicis ceremoniis ad hanc dignitatem evexisse. Equites Dannebrogicos exinde vocatos; dictum quoque Equestrem Ordinem in summo semper honore fuisse, utpote quem regis Waldemari propitii Filii extraneique Domini & Principes gestaverint, idque tanta multitudine, ut viginti Principes e Regis Erici Menvedi manu An. M. CC. LXXX. VII. eandem una vice susceperint; Eoque postea Anno M. CCC. XCVII. cum Rex Ericus Pomeranus Calmariae coronareretur, centum triginta tres praecleari Herodes; atque Anno M. CD. XLIII. in Christophori

phori Bavari coronatione septuaginta duo viri investiti sunt. Itaque eundem Ordinem Dinnebrogicum, temporum vetustate ac mutatione oblivioni penitus traditum & sepulchro tanquam opertum, pristinae dignitati gloriaeque restituere, atque in ipsius uberius ornamentum ac decus varios Articulos & statuta eidem addere, prioraque ira immutare, ut cum praesentibus temporibus & Religione Evangelica melius convenirent, summa ope nixi fuimus. Unde Anno M. DC. LXXI. in Octobri (postquam Deus omnipotens nos nostraque regna & terras primogenito nostro Filio beaverat) ejus rei iniria clementissime fieri curavimus, cum scilicet praedicto Equestri Ordine aliquot nostros dilectos & fideles subditos dignemur, quem exinde honorem pluribus ob praestitam virtutem & fidele servitium temporum decursu usque in praesens clementissime contulimus. In majorem igitur Ordinis praedicti conservationem, Equitumque mutuam inter sese fiduciam, sequentes leges & statuta conscribi curavimus, quas ab omnibus & singulis Ordinis sociis inviolate observari & custodiri volumus.

1.

Nos solum, nostrosque in folio regali Haereditarios successores, Daniae & Norvegiae reges, supremos Ordinis hujus Dominos esse, fore & huncupari volumus.

2.

Ordinis hujus Equites, praeter Ordinis Dominum ejusque Filios, quinquaginta numero sunt.

3.

Omnis in hunc Equestrem Ordinem admittendus viginti quinque annis major esto exceptis Ordinis Domini consanguineis filiisque naturalibus, qui, quando Ordinis Domino placuerit, admitti possunt.

4.

Omnibus in hunc Ordinem aditus patebit, qui Insignibus gentilium dotati sunt, & quos Ordinis Dominus hoc honore dignos judicabit.

5.

Nemo honore, vita, vel toris suis rebus condemnatus, etiam si post condemnationem poena illi remittatur, nec qui circa evidentem vim summamque necessitatem in conflictu aliquo fugiens cohortem suam & stationem deseruit, nec qui ob aliquod infame scelus diffamatus est, in hunc Ordinem admitteretur; Quod si quem in Ordinem admissum horum quaedam commisisse proberetur, ex Ordine rejiciatur.

6.

Quando solenni cum ceremonia aliquis Eques creari debet, juxta ceremoniam hujus Ordinis ritum agere conveniet.

7.

Ordinis hujus socios sinistro latere gestare volumus oblongam crucem auream, albo pictam encausto rubrique insignem marginibus, cujus in medio quatuordecim fulgebunt quadrati adamantes ad crucis formam dispositi, quorum medius reliquos magnitudine excedit; Distantem crucem sustinebit fascia serica albi coloris, rubris ornata fimbriis, quae a dextro humero pendebit; Tunicae dextrum, qua pectus tegit, stella ornabitur argentea, acu picta, octo constans radiis, quorum quatuor incubabit crux argentea, acu picta, rubris insignita marginibus atque haec proferens verba: *Restitutor, Christianus R.* quemadmodum hic depictum conspicitur.

(Lo. Fig.)

8.

Solennis Equitum habitus hic erit: Thorax braccaque largae ad genua succinctae e splendenti & denso albi coloris serico confectae; Tibi-

alia

lia sericea albi coloris cum periscelidibus aureis & argenteis acu pictis ; Pileus Castoreus niger, triplicis albarum & auroræ colore imitantium plumarum serie ornatus, Equestris Toga è serico villoso auroræ colorem imitante confecta, & splendenti densoque albi coloris serico suffulta, cui collare erit parvum limbusque oras eiusdem summas atque imas circumquaque ambiens è prædicto splendenti & denso albi coloris serico ad talos usque Equitis demissa erit cum syrmete brevi ; stella, cujus mentio Articulo præcedente facta est, duplo major hinc erit illa quam tunica præfert, dextræque togæ parti annectetur ; Anterius de pectore binæ versus terram propendent chordæ ex albo & auroræ colorem imitante serico contextæ in fasciculum utrinque definentes ; omnia ea forma, qua hic expressa conspiciuntur.

9.

Collum Equitis solennem habitum induti aureus ornabit torques, constans è crucibus albo pictis encausto rubrisque marginibus insignitis, quæ duobus Nominibus certa literarum implicatione, sicut inferius conspicitur, expressis internectentur ; Torquem hunc quilibet sibi faciendum curabit Eques, quando in Ordinem admittitur.

10.

Volumus etiam hunc Ordinem Sigillum habere peculiare, cujus unum latus præferet Ordinis Domini, Daniæ & Norvegiæ Regis, Insignia, quæ fascia illa Equestris, eique superimpositus Ordinis Torques circumcingent ; infra Insignia de prædicta fascia crux Ordinis pendebit ; Alterum Sigilli latus stellam octo constantem radiis repræsentabit, quorum quatuor incubabit tridem crux Ordinis, supra se habens Ordinis Domini nomen hoc modo [Loc. Fig.] expressum, & inter duos, lauri palmæque ramulos tenui fascia inferius inter se connexos collocatum ; juxta prædictum nomen in ora exteriori hæc verba leguntur : *Restitutor Ordinis Dannebrogici* ; intrinsecus autem circa utrumque cruce latus symbolum Ordinis extat, quod est : *Tesseræ Fidelium* ; omnia secundum figuras, quæ superius exhibentur. Hoc ipsum sigillum rubræ ceræ inpressum pyxidi includetur acernæ circularis formæ, ac tanisæ ex albo coccineique coloris serico contextæ alligabitur.

11.

Unusquisque, qui in Ordinem huncce admittitur, pro Ordinis Domini, Daniæ & Norvegiæ regis, juribus Majestatis, gloria & regnis propugnet ; pauperes, viduas & orphanos defendat ; Dei gloriam, Ordinisque hujus dignitatem summo conamine promoveat, omniaque & singula puncta observet.

12.

Nulli Ordinis socio absque Ordinis Insigni publice versari licet, sub decem Ducatorum auri, pauperibus Hillerodii prope Friedericoburgum solvendorum multa ; si vero Ordinis Insigne penitus deponat, ut integro anno illud non gestasse constet, ex Ordinis societate rejiciatur, utpote qui femetipsum Ordine ulterius includi indignum fecit.

13.

Ordinis socii sub Insignibus suis gentilitiis Ordinis crucem de torque Ordinis aut ejusdem fascia pendulum, quamdiu vivunt, præferre tenentur, ut omnibus palam fiat, illos Ordinis hujus socios esse.

14.

Is, qui ab Ordinis Domino Eques constitutus est, Secretario Ordinis Insignia sua gentilitia, vivis suis coloribus depicta, ut & symbolum suum

ivum, trader, quæ omnia in lamina præscriptæ magnitudinis in formam-
clypei fabricata deinceps depingentur, atque in sacello Fridericoburgensi
in ipsius honorem suspendentur.

15.

Unicuique Ordinis socio in Ordinem recens recepto diploma,
quæ hujus Ordinis Equitibus dari solet, Latina confectum lingua. Ordini
de Domini manu & Ordinis sigillo munitum tradi volumus, unde, quo
tempore Ordini sit inscriptus, constare possit.

16.

Similiter ab Ordinis Secretario accipiet Ordinis legum apogra-
phum fideliter cum original collatum Ordinisque sigillo & Ordinis Secreta-
rii subscriptione roboratum.

17.

Non licet auream illam Crucem, qua Ordinis Dominus aliquem-
mignivit, mutare, vendere, dono dare, commodare, oppignorare, in de-
biti solutionem alicui tradere, aut abalienare, quocumque demum præ-
textu id fiat, sive ob inopiam sive alias ob causas, cum ab Equite, quam-
diu vivat, diligenter asservari debeat.

18.

Nulli Ordinis Domini subdito in Ordinis hujus societatem rece-
pro licet citra Ordinis Domini concessionem sub extraneo quoquam-
Principe militari vel longinqua suscipere itinera; permissionem autem ab
Ordinis Domino humillimè flagitans repulsam non feret, nisi illius mini-
sterio ipse Ordinis Dominus indigeat; extraneis vero Ordinis hujus so-
cietati inscriptis, qui Ordinis Domini Imperio non subsunt, ubicunque-
velint, nisi contra ipsum Ordinis Dominum, exceptis tamen casibus arti-
culo sequenti recensendis, castra sequi licitum est.

19.

Si Ordinis Dominum extraneo Principi (cujus unus pluresvè sub-
diti ex Ordinis sociis sunt) bellum inferre contingat, tali Equiti Equiti-
busvè citra ullam honoris & fidei jacturam, dedecorisvè famam, quasi con-
tra Ordinis Dominum, Ordinisvè hujus leges & statuta, aliquid deliquis-
sent, Dominum suum patriamque defendere omnino licet; si vero ejus-
modi Equitis aut Equitum Dominus Ordinis Domino bellum inferat ad
hujusmodi expeditionem superfedere debent, nisi à suo Domino ad id
cogatur, tali enim incidente casu, illius copiis inesse licet, ea tamen-
condicione, quòd eorum Dominus in propria persona castra sequatur, ip-
sive Domino sub manibus suis & sigillis maturè id denuntient.

20.

Si unus pluresvè Equites duorum extraneorum Principum inter
se bella gerentium servitio decineantur, unusque horum, vel plures
in hostium potestatem perveniant, tam ille illivè Equites, qui factioni Ordini-
s socium comprehendenti interfunt, omnem curam adhibere debent, ut
libertati restituantur.

21.

Si inter duos Equites discordiam vel litem aliquam, horum tantum
personam concernentem oriri contingat, Ordinis Domino hoc contrivò
referri debet, ut, quicquid placuerit, in ea re decernere possit.

22.

Unusquisque Ordinis socius. in omnibus Ordinis conventibus eò
Ordine sedeat & procedat, quo Ordinis societati insertus est; & si plures
eodem die Ordine fuerint investiti, ille semper superiorem obtineat locum,
qui ab Ordinis Domino Insigne Ordinis primus accepit; Principes vero
superiora præ omnibus aliis Equitibus loca occupent.

K

23. Or-

23.

Ordinis hujus socii congregationis festo Ordinis Elephantini, tertio Pentecostes quotannis Fridericoburgi celebrando, interesse tenentur, ubi vestimenta solita cum torque Ordinis indui, Equites Ordinis Elephantini proximè antecedent.

24.

Proprium quoque habebunt congregationis festum. Hafniz decimo quinto Aprilis die, qui Ordinis Dominus nalis est, quotannis celebrandum, quo die omnes, qui adsunt, hujus Ordinis socii Equestrem indui habitum in Arcem se conferant atque in Ordinis Domini conclavi se sistent unde ipsum ad Auditorium Universitatis comirabuntur, hoc quidem Ordine: Primo bini Ordinis præcones more præconibus consuetò vestiti equitabunt; deinde curribus vehuntur Ordinis Secretarius & huic proximus ceremoniarum Magister; hinc Ordinis hujus socii, & post hos Ordinis Elephantini Equites, quotquot adsunt, vestimenta solita cum torque Ordinis indui; singuli horum omnium currus duobus juncti erunt equis, præeuntibus unusquisque pedisequis; hinc Ordinis Domini Filii veniunt vehiculò quique suo, & post illos ipse Ordinis Dominus, quem Ministri supremi omnes secundum officiorum & dignitatum Ordinem sequuntur.

25.

Finità in Auditorio oratione, quâ Ordinis Domini dies Natalis nec non hujus Ordinis institutio & renovatio celebrabitur, Ordinis Dominus cum prædicto suo comitatu in arcem revertitur, ubi Secretarius Ordinis ipsi referet, si quis Ordinis sociorum contra hæc leges & statuta aliquid deliquerit, & is, qui taliter accusatur, si præsens sit, mox pro se respondeat, si verò absit, certus illi dicatur dies, quo Ordinis Dominus illum pro meritis judicabit.

26.

Præter hoc congregationis festum Equites omnes hujus Ordinis, quotquot adsunt, tribus annuatim diebus, nempe tertio pentecostes, divi Laurentii & tertio Natalis Christi festo Torquem Ordinis cum cruce Equestri inde pendula pro fascia Equestri, solitas indui vestes gestare debent.

27.

Si quis inter Ordinis socios alicujus criminis ab Ordine Domino reus judicetur, damnatusque ab Ordine excludatur, tunc Secretarius Insigne Ordinis à criminoso, si subditus sit & de ipso præsentis sententia dicat, mox exigere debet, citra omnem contradictionem sibi ab illo tradendum, eumque insuper Ordinis Domini nomine prohibere, memoratum Insigne post hæc gestare, si vero reus Ordinis Domini subditus sit & absens in jus vocetur, aut, si extranei Domini subditus sit, tunc illi per patentes literas Ordinis sigillo & Secretarii manu munitas, criminis, cujus accusatur, summa, post hæc sententia judicis, ut & interdictum de gestando Ordinis Insigni, deinde mandatum de illo Ordinis Secretario remittendo significantur. His si parere noluerit, Ordinis Dominus convenientia excogitabit remedia, quibus eum ad obediendum cogat.

28.

Ordinis socio aliquo ex Ordine rejecto, Insignia illius à loco suo in sacello Fridericoburgensi removeantur, diesque & annus, quo rejectus est, Matriculæ Equitum, ut & causa diminutionis protocollo Ordinis, inscribantur.

29.

Mortuo aliquo Ordinis socio, Insignia illius similiter à loco suo in sacello Fridericoburgensi auferri & destinato loco deinde suspendi.

30.

Ordinis socio aliquo decedente, hæredes illius intra trium mensium

mensium decursum Ordinis Secretarium de morte ejus certiores facere, simulque ipsi Insigne & statuta Ordinis remittere debent, recepta ejus Apocha qua in posterum legitime se tueri poterunt; si forte contingar, ut Insigne amitteretur; Sin vero in bello aliove infortunato casu Eques obierit, omni ejus ulteriori restitutione liberati sunt.

31.

Mortuo aliquo Equite, Insigne Ordinis supra pulvillum auroræ colorem imitans, e serico villoso factum, arcæ funereæ, dum in ædibus detinetur, imponi, posteaque in exsequiis (si publicis ceremoniis peragantur) per unum ad id destinatum Mareschallum ante funus in demortui gloriam ferri debet. Mareschallum istum proxime sequantur Ordinis Ministri, atque post eos Ordinis focii, quotquot adsunt; ipsorum autem Equitum corpora talibus ceremoniis sepelire licet, quales demortuorum honori justos cognati arbitrantur superstites.

32.

Unum esse volumus ceremoniarum Magistrum & unum Secretarium Ordinis, quibus Ministeriis non adhibendi sunt alii, quàm qui insignibus gentilitiis dorati sunt; quando autem officia hæc ingrediuntur, certum iis ab Ordine Domino confertur signum Ordinis, quod, dum Ordinis Ministri sunt, ab alba fascia rubris oris circumdata uniusque ex globulorum tunicæ foraminibus alligata in medio pectoris pendulum, quotidie gestabunt; In omni præterea Ordinis congregatione Equestrem Ordinis Dannebrogici habitum, cum pileo triplici plumarum albarum serie oruato indui sicut.

33.

Ceremoniarum Magistri officium erit, quando publica quis ceremonia Eques creatur, ut & anniversario congregationis festo, curam gerere, ut debitis in locis omnia ritè præparata sint; quem in finem, justum horum statutorum, nec non ceremonialis hujusce Ordinis Ritus Apographum Ordinis Sigillò & Secretarii subscriptione roboratum illi communicabitur.

34.

Secretarii Ordinis officium erit, patentes Literas, quæ ab Ordine Domino Equiti donantur, expedire & in margine subsignare; præterea Equestrem habeat Matriculam, cui Equitis uniuscujusque nomen, titulum & tempus, quò in Ordinem receptus est, inscribere, deinde insignia illius Gentilitia vivis suis coloribus depicta cum symbolo adjuncto, nec non prædictas literas patentes inserere debet; & cum è vita Equitum quis excedit aut Ordine privatur, hoc itidem eadem in Matriculâ annotabit.

35.

Erit etiam ipsi certum Ordinis Protocolum, in quò annotabit, quò quisque tempore in Ordinem receptus sit; utrum ceremoniis factum sit illud, nec ne; quot Ordinis focii anniversario Congregationis festo comparuerint, quotque legitime excusati fuerint; si quis Equitum ob indecens aliquod factum accusatus sit; qualem in ista causa Ordinis Dominus sententiam tulerit, aliaque hujusmodi omnia Ordinem concernentia; Protocolum hoc, æquè ac Equestrem illam Matriculam accurate custodire debet, & quando completi erunt hi libri, Ordinis Domini Archivis eos interet, ut in memoriam perpetuam referentur.

36.

Erit quoque ipsi curæ, cum in Ordine hujus societatem intromittitur aliquis, ut insignia ejus gentilitia & symbolum extradantur, atque in sacello Fridericoburgensi suspendantur; horum præterea statutorum Apographum sigillo Ordinis & subscriptione sua roboratum exhibebit Equiti;

& sociorum Ordinis, cum vel vitâ vel dignitate privatus fuerit aliquis, secundum ea, quæ Art. 28. 29. 30. & 31. continentur, agere debet.

37.

Si fortè ex Ordinis sociis aliquis contra hæc leges deliquerit, Congregationis fultô hoc Ordinis Domino, secundum ea, quæ Art. 25. habentur, referet; Discordiam verò inter Equites, si enasci contingat, totum controversiæ statum studiosè indagare Ordinisque Domino indicare debet, ut de singulis competenter statui possit.

38.

Insignia Ordinis, quæ ipsi post mortem Equitum traduntur, Ordinis Domino restituet, ac pro restitutis quotannis apocha ipsi communicabitur.

39.

Ordinis Præcones binos esse volumus, qui, cum publicâ aliquis Ceremoniâ Eques constituitur, nec non anniversariô congregationis festô, quotiesque alia Ordinis negotia ipsis injunguntur, in habitu præconibus consueto comparere debent, deaurata sceptrâ manibus gestantes, pileosque plumis auroræ colorem imitantibus ornatos induit.

40.

Horum Articulorum Autographum Ordinis Sigillo munitum in Ordinis Domini, Danicæ & Norwegiæ Regis Archivis asservari volumus, eumque secundum temporum circumstantias illos pro arbitriô immutandi & adaugendi potestatem habere. Datum in Arce nostrâ Regiâ Hafniæ, Kalendis Decembris, Anno Christi Millefimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Regni nostri vigesimo quarto.

Sub manu nostra Regiâ,
Ordinisque Sigillo.

Christian.

J. Lerche.

V. Acta quædam ad Condemnationem Ordinis Templariorum per Clementem V. Papam, Philippo Franciæ Rege connivente, factam pertinentia.

- (a) *Littera Clementis Papa V. directâ Regi Franciæ Philippo, in qua bona Templariorum Terra sanctæ subsidio vult deputari. Pictævis die 9. Julii, 1307.*



Lemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Propter fervens desiderium, quod ad recuperationem terræ sanctæ & ejus defensionem novimus te habere, ad gaudium tuum & exultationem tibi tenori præsentium intimamus, quod si oporteat *Ordinem Templariorum* suis exgentibus de meritis dissolvi, cassari vel tolli, omnia bona & jura, redditus & proventus, in quibuscunque juribus vel rebus consistant, quæ habet

in

in presenti vel habere reperietur in futurum, terræ sanctæ subsidio volumus deputari, nec ad aliquem alium usum converti, nec nos vel successores nostri ab illis qui prædicta bona custodient vel tenebunt in aliquo alio casu vel ad aliquem usum alium repetemus. Datum Pictavis IX. die Julii Pontificatus nostri anno tertio.

V. (b) *Alia ejusdem Papa Constitutio de bonis Templariorum ad Philippum Regem. Data Pictavis 11. Julii 1307.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Ut omnia secundum æquitatem & justitiam procedant, non intendimus nec volumus, quod propter aliquam ordinationem aut concessionem circa bona vel factum Templariorum hac vice à nobis vel à te, fili carissime, factas aliquod præjudicium generetur tibi, Prælati, Ducibus, Comitibus vel aliis quibuscunque regni in homagiis, feodis, jurisdictionibus, censibus, laudemus vel aliis quibuscunque juribus, quæ in bonis Templariorum tu & præfati habebatis tempore captivis ipsorum factæ in regno Franciæ anno Domini MCCCVII. de ipsi & bonis ipsorum, nec fiat etiam tibi vel ipsis præjudicium in aliis negotiis sive factis. Datum Pictavis XI. die Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

V. (c) *Ejusdem alia Constitutio de bonis eorundem Templariorum in subsidium Terra sanctæ deputandis. Dat. Pictavis 12. Jul. 1307.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri salutem & apostolicam benedictionem. Justum & laudabile largitorum propositum circa opera pietatis eo avidius illibatum cupimus conservari, quo magis largitorum concessionem ipsorum Deo gratam speramus & credimus extitisse. Sane circa gubernationem & dispositionem bonorum Ordinis militiæ Templi, cujus personæ ex certis causis tenentur generaliter carceribus mancipari, intendentes salubriter providere, ipsa in quibuscunque rebus, fructibus, redditibus, proventibus annuis & juribus consistere dignoscantur, & quicquid ex illis vel ob ea perceptum vel redactum extiterit, in eo casu, in quo bona ipsa dictique fructus, redditus & proventus ac jura vacarent per dissolutionem ipsius Ordinis, quam ex prædictis fieri contingeret, ex nunc in terræ sanctæ subsidium per hanc ordinationem nostram perpetuo valituram convertimus & etiam deputamus, & ad utiliorem gubernationem ipsorum, à quibus tu regiam manum appositam in ipsis in regno tuo existentibus amovisti, certos statuemus universales, & nihilominus volumus, quod quilibet Prælati singulariter in sua civitate & diocesi constituat administratores seu etiam curatores, ad quorum requisitionem ipsa bona, quantum ad te pertinebit tueberis & defendes. Volumus autem quod pecunia collecta & colligenda de bonis eisdem prius de ipsa computis redditus diligenter, in certis & tutis locis infra regnum Franciæ sub tua protectione ponatur & conservetur fideliter, expendenda duntaxat in subsidium terræ prædictæ, quam tu in aliquem alium usum, quantum in te fuerit, non permittes expendi, nec in ipsum subsidium terræ sanctæ, sine nostra vel successorum nostrorum licentia speciali, prout nobis oretenus & etiam per tuas parentes litteras tuo sigillo munitas [promissisti]; neque nos vel successores nostri præterquam in usum

usum prædictum eandem pecuniam expendemus, nec illam etiam pro aliquo alio negotio nos vel ipsi repetemus, nisi deberet restitui ordini memorato.

2. Volumus tamen, & ad hoc tu consentisti expressè, quod nobis & successoribus nostris & Ecclesie Romanæ ac nostræ & ipsorum libertatibus in præfenti vel in futurum propter prædicta vel aliquod eorundem, nullum præjudicium generetur, quodque prædicta omnia sic persistant & remaneant, quousque de ordine & bonis præfatis aliter exiterit ordinatum. Si vero successores nostri ordinationem factam per nos super bonis prædictis & personarum custodia prædictarum immutarent notabiliter cum effectu, volumus quod quidquid in hujusmodi bonorum negotio & personarum custodia per nos & te ordinatum existit, prædictis ordinationibus & concessionibus nequaquam obstantibus per omnia in eodem statu sint hinc inde, in quo ante ordinationes hujusmodi existebant. Datum Pictavis XII. die Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

V. (d) *Ejusdem Papa Epistola ad Petrum de Capella Episcopum Penestrinensem de custodiendis Templarius in regno Francia. Dat. Pictavis 13. Julii 1307.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri *Petro Episcopo Penestrinensi* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum carissimus in Christo filius noster *Philippus Rex Francorum* illustris nobis simpliciter reddiderit generaliter personas Templariorum regni sui per se & gentes suas ad requisitionem generalis *Inquisitoris hereticæ pravitatis* in regno suo ratione hæresium & errorum eisdem in positorum captas, tibi que commiserimus curam & custodiam eorundem, volentes negotium procedere in securo, tibi autoritate Apostolica tenore præsentium recipiendi à dicto Rege dictas personas realiter & ordinandi de custodiendis prædictis infra regnum prædictum nomine nostro & Prælatorum dicti regni, nec non de exhibitione & præsentatione eorundem facienda nobis & deputandis à nobis sive à te loco nostri & Prælati prædictis ad faciendum, quod decebit, plenam committimus potestatem. Datum Pictavis XIII. Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

V. (c) *Bulla Clementis Papa V. qua tangit crimina Templariorum confessa. Et mandat Archiepiscopo Narbonensi, ac Bajocensi, Mimatensi & Lemovicensi Episcopis aliisque, ut ad Senonensis civitatis provinciam se conferant & in Templarios super certis Articulis transmissis inquireant. Pictavis 2. Id. Augusti 1307.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus *Archiepiscopo Narbonensi, ac Bajocensi, Mimatensi & Lemovicensi Episcopis* & dilectis filiis *Magytris Matheo de Neapoli Majoris Calesi Rbotomageusi*, Notario nostro, *Joanni de Mantua Tridentinensi*, *Joanni de Montelauro Magalonensi Archidiaconis*, ac *Guilhelmo Agarini Prapostito Aquensi* &c. salutem & Apostolicam benedictionem. Faciens misericordiam cum servo suo Dei filius Dominus Jesus Christus, ad hoc nos voluit in specula eminenti Apostolatus assumi, ut gerentes licet immeriti vices ejus in terris, in cunctis nostris actibus & processibus ipsius vestigia, quantum poterit humana fragilitas, imitemur.

1. Sane dudum circa promotionis nostræ ad apicem summi Apostolicis initium, etiam antequam *Lugdunum, ubi recepimus nostræ coronationis insignia*, veniremus; & post etiam tam ibi quam alibi secretò quorundam nobis insinuatione intimavit, quod Magister, Præceptores & alii Fratres Ordinis militiæ Templi Hierosolymitani, & etiam ipse Ordo, qui ad defensionem patrimonij eiusdem Domini nostri Jesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum Dominum in scelus apostasiæ nefandum, detestabile idololatriæ, vitium execrabile Sodomorum & hæreses varias erant lapsi: quia vero non erant verisimilia, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur, quique multa & magna tam in divinis officiis, quam in juvenis & aliis observantis devotionis signa frequentius prærendebant, suæ sic esse salutis immemores, quòd talia perpetrarent; hujusmodi insinuationi ac delationi ipsorum ejusdem domini exemplis & canonicæ scripturæ doctrinis edocti aurem volumus inclinare.

2. Deinde vero carissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris, cui fuerant eadem facinora nuntiatæ, non rÿpoavaritæ, cum de bonis Templariorum nihil sibi vindicare vel appropriare intendat. imò ea nobis & Ecclesiæ per deputandos à nobis administranda, gubernanda, conservanda & custodienda liberaliter ac devotè in regno suo dimisit, manum suam totaliter inde amovendo, sed fidei orthodoxæ fervore, suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus; de præmissis quantum licere potuit se informans, ad instruendum & informandum nos super his multa, & magnas nobis informationes per suos nuntios & literas destinavit. Infamia verò contra Templarios ipsos increbrescente, validius super sceleribus ante dictis, & quia etiam quidam miles ejusdem Ordinis magnæ nobilitatis nec levis opinionis in dicto Ordine habebatur, coram nobis secretò juratus deposuit, quod in receptione Fratrum præfati Ordinis hæc consuetudo vel verius corruptela servatur, quod ad recipientis vel ab eo deputati iuggestionem, qui recipitur, Jesum Christum negat, & super crucem sibi ostensam sput in vituperium Crucifixi, & quædam alia recipiens & receptus, quæ licita non sunt, nec humanæ conveniunt honestati, prout ipse tunc contellus extitit coram nobis, viare nequimus, urgente nos ad id officij nostri debito, quin tot & tantis clamoribus accommodatèmus auditum.

3. Sed cum demum fama publica deferente & clamorosa insinuatione dicti Regi, nec non & Ducum, Comitum & Baronum, & aliorum nobilium, clerique & populi dicti Regni Francorum, ad nostram propter hæc tam per se quam per Procuratores & Syndicos præsentiam venientium, quod dolentes referimus, ad nostram audientiam pervenisset, quod Magister, Præceptores & alii Fratres dicti Ordinis & ipse Ordo præfatis & pluribus aliis erant criminibus irretiti & præmissa per multas confessiones, attestaciones & depositiones præfati Magistri & plurium Præceptorum & fratrum Ordinis prælibati, coram multis prælatis & hæreticæ pravitatis inquisitore in regno Franciæ factas, habitas & receptas & in publicam scripturam redactas, nobisque & fratribus nostris ostensas probata quodammodo viderentur, ac nominis fama & clamores prædicti tantum invaluissent ac etiam ascendissent tam contra ipsum Ordinem, quam contra singulas personas ejusdem, non sine gravi scandalo præteriri non poterant, nec absque imminente periculo tolerari: Nos illius, cujus vices licet immeriti in terris gerimus, vestigiis inhærentes, ad inquirendam de prædictis ratione prævia duximus procedendum, multosque de præsentibus

præsentibus presbyteris & militibus & alijs Fratribus dicti Ordinis reputationis non modicæ, in nostra præsentia constitutos, præstito ab eis juramento, quod super præmissis meram ac plenam nobis dicerent veritatem, super præmissis interrogavimus & examinavimus usque ad numerum septuaginta duorum, multis ex fratribus nostris nobis assistentibus, diligenter eos eorumque confessiones per publicas manus in autentice scripturam redactas, illico in nostra & dictorum fratrum nostrorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio in consistorio publico legi fecimus coram ipsis & eas in suo vulgari culibet eorum exponi, qui perseverantes in illis eas expressè & sponte prout recitatæ fuerunt, approbarunt. Postquam cum Magistro & præcipuis Præceptoribus præfati Ordinis intendentes super præmissis inquirentes per nos ipsos, ipsum Magistrum & Fratres terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanicæ, Pictaviæ Præceptores majores nobis Pictavia existentibus mandavimus præsentari.

5. Sed quoniam quidam ex ipsis sic infirmabantur tunc temporis, quod impetrare [s. itinerare] non poterant, nec ad nostram præsentiam, quoquomodo adduci, nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem, & an vera essent, quæ continebantur in eorum confessionibus & depositionibus, quas coram Inquisitore hæreticæ pravitate in regno Franciæ, quibusdam præsentibus notariis publicis & multis alijs viris bonis fecisse dicerentur, nobis & fratribus nostris per Inquisitorem sub manibus publicis exhibitis & ostensis dilectis filiis nostris *Bernardo tit. SS. Nerei & Achillei, & Stephano tit. S. Cyriaci in Thermis presbyteris & Laudulpho S. Angeli Diacono Cardinalibus*, de quorum prudentia & fidelitate indubitata fiduciam obtinemus: commisimus & mandavimus, ut ipsi cum præfato Magistro & Præceptoribus inquirerent tam contra ipsos & alios singulares dicti Ordinis generaliter quam contra ipsum Ordinem super præmissis cum diligentia veritatem, & quicquid super præmissis his invenerint, nobis referre atque eorum confessiones & depositiones per manum publicam in scriptis redactas nostro Apostolatus deferre ac præsentare curarent, eisdem Magistro ac præceptoribus absolutionis beneficium à sententia excommunicationis, quam pro præmissis, si vera erant, incurrerent, si absolutionem humiliter & devotè peterent, ut debebant, juxta formam Ecclesiæ impensuri. Qui Cardinales ad ipsos magistrum & Præceptores personaliter accedentes eis sui adventus causam exposuerunt. Et quoniam tam personæ, quam res ipsorum & aliorum Templariorum in regno Franciæ consistentium, in manibus nostris erant, quod liberè absque metu cujusquam plene ac pure super præmissis omnibus ipsis Cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate Apostolica injunxerunt. Qui Magister & præceptores Franciæ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanicæ atque Pictaviæ coram ipsis tribus Cardinalibus, & præsentibus quatuor tabellionibus publicis & multis alijs bonis viris, ad sancta Dei Evangelia ab eis corporaliter tacta præstito juramento, quod super præmissis omnibus meram & plenam dicerent veritatem coram ipsis singulariter, libere ac sponte, absque coactione qualibet & terrore depositi sunt & confessi fuerunt inter cetera, *Christi abnegationem, & spuitionem super crucem*, cum in Ordine Templi recepti fuerunt; & quidam ex eis quædam alia horribilia & inhonestè confessi, quæ ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subti-

opus. Dixerunt præterea & confessi fuerunt esse vera, quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dum fecerunt coram Inquisitorè hæreticæ pravitatis, quæ confessiones & depositiones dictorum Magistri & Præceptorum in scripturam publicam per quatuor Tabeliones publicos redactæ, in ipsorum Magistri & Præceptorum & quorundam aliorum bonorum virorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio coram ipsis eisdem lectæ fuerunt, de mandato & in præsentia Cardinalium prædictorum, & in suo vulgari exposita cuilibet eorundem, qui perseverantes in illis eas expresse ac sponte prout recitatae fuerunt, & probarunt, & post confessiones & depositiones hujusmodi, ab ipsis Cardinalibus ab excommunicatione, quam pro præmissis incurrerant, absolutionem flexis genibus manibusque complofis, humiliter ac devotè & cum lacrymarum effusione non modica petierunt. Ipsi vero Cardinales, quia Ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem Magistro & Præceptoribus hæresi abjurata, expresse ipsis secundum formam Ecclesiæ auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt: ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum Magistri & Præceptorum in scripturam publicam per manus publicas, ut est dictum, redactas nobis præsentaverunt, & quæ cum dictis Magistro & Præceptoribus fecerunt, retulerunt. Ex quibus confessionibus & depositionibus ac relatione invenimus sæpe fatos Magistrum & Fratres in præmissis, licet quosdam ex eis in pluribus & alios in paucioribus, graviter deliquisse. Verum quia in universis mundi partibus, per quas idem ordo diffunditur, & Fratres degunt ipsius, super his non possumus inquirere, per nos ipsos, discretioni vestræ, de quorum circumspeditione specialem fiduciam gerimus, de Fratrum nostrorum consilio per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad Senonensis civitatis Diocesin & provinciam personaliter accedatis, & per publicum citationis edictum per vos faciendum in locis, de quibus vobis visum fuerit expedire, *vocetis, qui fuerint evocandi, super articulis, quos vobis sub Bulla nostra inclusos transmittimus, & super aliis, de quibus prudentiæ vestræ visum fuerit, expedire, inquiretis* hac auctoritate nostra contra dictum Ordinem cum diligentia veritatem, quæ super præmissis inveneritis fideliter in scriptis publica manu redacta sub vestris sigillis ad nostram præsentiam delaturi, seu etiam transmissuri. Testes autem si qui à vobis requisiti, seu admoniti, vel citati, ut super dictis articulis ferant veritatis testimonium coram vobis se prece vel precio, gratiâ, timore, odio vel amore à ferendo testimonio subtraxerint, nec non fautores, receptores & defensores prædictorum Fratrum, qui à vobis citati vel vocati ut præmittitur coram vobis non comparuerint, eos in super qui prædictam vestram inquisitionem directe vel indirectè, publice vel occultè, per se vel alium seu alios vel alias quoquomodo præsumpserint impedire, per censuram Ecclesiasticam oppositione, postposita compescatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse; septem, sex, quinque, quatuor vel tres, duo videlicet de Prælati prædictis coram altero saltem de aliis ea nihilominus exequantur. Darum Pictavis II. Idus Augusti Pontificatus nostri anno tertio.

V. (E) *Hi sunt Articuli, super quibus inquiretur contra Ordinem militia Templi [quorum mentio in superiori Clementis Papa Bulla facta.]*

Drimò quod licet asserent sanctè Ordinem fuisse institutum & à sede Apostolica approbatum, tamen in receptione Fratrum dicti Ordinis, & quandoque post servabantur & fiebant ab ipsis Fratribus quæ sequuntur.

1. Videlicet quod quilibet in receptione sua, & quandoque post, vel quam citò ad hæc commoditatem recipiens habere poterat, abnegabat, Christum aliquando crucifixum, & quandoque Jesum & quandoque Deum, & quandoque Bearam Virginem, & quandoque omnes Sanctos & Sanctas Dei, inductus seu monitus per illos, qui eum recipiebant.
2. Item, quod communiter Fratres hoc faciebant.
3. Item, quod major pars.
4. Item, quòd dicebant & dogmatizabant receptores illis, quos recipiebant, Christum non esse verum Deum, vel quandoque Jesum, vel quandoque crucifixum.
 1. Item, quod dicebant ipsi illis, quos recipiebant, ipsum fuisse falsum Prophetam.
 6. Item, ipsum non fuisse passum pro redemptione humani generis, nec crucifixum, sed pro scel'ribus suis.
 7. Item, quod nec receptores nec recepti habebant spem salvarionis habendæ per Jesum, & hoc dicebant illis, quos recipiebant, vel æquipolens, vel simile.
 8. Item, quod faciebant illos, quos recipiebant sperere super Crucem seu super signum, vel sculpruram Crucis & imaginem Christi, licet interdum, qui recipiebantur, sperant juxta.
 9. Item, quod ipsam Crucem pedibus conculcari quandoque mandabant.
 10. Item, quod eandem Crucem ipsi Fratres recepti quandoque conculcabant.
 11. Item, quod mingebant & conculcabant interdum, & alios mingere faciebant super ipsam crucem, & hoc in die Veneris sancti aliquotiens faciebant.
 12. Item, quod nonnulli eorum ipsa die septimanæ sanctæ, pro calcatione & mictione prædictis convenire consueverunt.
 13. Item, quod adorabant quendam carum sibi in ipsa congregatione apparentem quandoque.
 14. Item, quod hæc faciebant in vituperium Christi & fidei orthodoxæ.
 15. Item, quod non credebant sacramentum altaris.
 16. Item, quod aliqui ex eis.
 17. Item, quod major pars.
 18. Item, quod hæc receptores eorum sibi injungebant.
 19. Item, quod credebant, & sic dicebatur eis, quod magnus Magister à peccatis poterat eos absolvere.
 20. Item, quod Visitator.
 21. Item, quod aliqui eorum.
 22. Item, quod magnus Magister Ordinis prædicti hæc fuit de se confessus in præsentia magnarum personarum, antequam esse captus.

23. Item, quod in receptione Fratrum dicti Ordinis, vel circa inserendum recipiens & receptus aliquando se deosculabantur in ore, in umbilico seu in ventre nudo, & in ano seu spina dorsi.
24. Item, aliquando in umbilico.
25. Item, aliquando in fine spinæ dorsi.
26. Item, aliquando in virga virili.
27. Item, quod in receptione sua illa faciebant jurare illos, quos recipiebant, quod Ordinem non exirent.
28. Item, quod habebant eos statim pro professis.
29. Item, quod receptiones ipsis clandestinè faciebant.
30. Item, quod nullis presentibus nisi Fratribus dicti Ordinis.
31. Item, quod propter hoc contra dictum Ordinem vehemens suspicio à longis temporibus laboravit.
32. Item, quod communiter habebatur.
33. Item, quod Fratribus, quos recipiebant, dicebant, quod ad invicem poterant unus cum alio commiseri carnaliter.
34. Item, quod hoc licitum erat eis facere.
35. Item, quod debebant hoc facere ad invicem & patri.
36. Item, quod hoc facere non erat eis peccatum.
37. Item, quod hoc faciebant ipsi vel plures eorum.
38. Item, quod aliqui eorum.
39. Item, quod ipsi per singulas Provincias habebant idola, videlicet capita, quorum aliqua habebant tres facies, & alia unam, & aliqua cranium humanum habebant.
40. Item, quod illa idola vel illud idolum adorabant, & specialiter in eorum magnis capitulis & congregationibus.
41. Item, quod venerabantur.
42. Item, quod ut Deum.
43. Item, quod ut salvatorem suum.
44. Item, quod aliqui eorum.
45. Item, quod major pars illorum, qui erant in capitulis.
46. Item, quod dicebant, quod illud caput poterat eos salvare.
47. Item, quod divites facere.
48. Item, quod omnes divinas Ordinis dabat eis.
49. Item, quod facit arbores florere.
50. Item, quod terram germinare.
51. Item, quod aliquod caput idolorum prædictorum cingebant circa carnifiam seu carnem.
52. Item, quod in sui receptione singulis Fratribus prædictæ chordulæ tradebantur; vel alia longitudines earum.
53. Item, quod in venerationem idoli hæc faciebant.
54. Item, quod injungebant eis, quod dictis chordulis, ut præmittitur, se cingerent & continuè portarent, & hæc faciebant etiam de nocte.
55. Item, quod communiter Fratres dicti Ordinis recipiebantur, modis prædictis.
56. Item, quod ubique.
57. Item, quod pro majori parte.
58. Item, quod, qui volebant prædicta in sui receptione facere, vel post interficiebantur, vel carceri mancipabantur.
59. Item, quod aliqui ex eis.

60. Item, quod major pars.
61. Item, quod injungebant eis per sacramentum ne prædicta non revelarent.
62. Item, quod sub pœna mortis vel carceris.
63. Item, quod neque modum receptionis eorum revelarent.
64. Item, quod nec de prædictis inter se loqui audebant.
65. Item, quod si capiebantur, quod revelarent, morte vel carcere affligebantur.
66. Item, quod injungebant eis, quod non confiterentur aliquibus nisi Fratribus ejusdem Ordinis.
67. Item, quod Fratres dicti Ordinis scientes dictos errores corrigere neglexerunt.
68. Item, quod sanctæ Matri Ecclesiæ nunciare neglexerunt.
69. Item, quod non recesserunt ab observantia prædictorum errorum & communionis prædictorum Fratrum, licet facultatem habuissent recedendi & prædicta faciendi.
70. Item, quod prædicta fiebant & servabantur ultra mare in locis, in quibus Magister generalis & conventus dicti Ordinis pro tempore sunt morati.
71. Item, quod aliquando prædicta abnegatio Christi fiebat in præsentia Magistri & conventus prædictorum.
72. Item, quod prædicta fiebant & servabantur in *Cypro*.
73. Item, quod similiter citra mare in omnibus regnis & locis aliis, in quibus fiebant receptiones Fratrum prædictorum.
74. Item, quod prædicta observabantur in toto Ordine generaliter & communiter.
75. Item, quod ex observantia generali & longa.
76. Item, quod de consuetudine antiqua.
77. Item, quod ex statuto Ordinis prædicti.
78. Item, quod prædictæ observantiæ, consuetudines, ordinationes, & statuta in toto Ordine ultra mare & citra mare fiebant & observabantur.
79. Item, quod prædicta erant de punctis Ordinis introductis per errores eorum post approbationem sedis Apostolicæ.
80. Item, quod receptiones Fratrum dicti Ordinis fiebant communiter modis prædictis in toto Ordine suprascripto.
81. Item, quod Magister generalis dicti Ordinis prædicta sic servari & fieri injungebat.
82. Item, quod Visitatores.
83. Item, quod Præceptores.
84. Item, quod alii Majores dicti Ordinis.
85. Item, quod ipsimet observabant prædicta hæc, & dogmatizabant fieri & servari.
86. Item, quod aliqui eorum.
87. Item, quod alium modum recipiendi in dicto Ordine Fratres non servabant.
88. Item, quod non est memoria alicujus de Ordine, qui vivat, quod suis temporibus modus alius observatus fuerit.
89. Item, quod prædictum receptionis modum & suprascripta alia non servantes & servare nolentes, Magister Generalis, Visitatores & alii Magistri dicti Ordinis in hoc potestatem habentes, graviter puniebant, quando querela deferebatur ad eos.
90. Item, quod elemosynæ in dicto ordine non fiebant, ut debebant nec hospitalitas servabatur.

91. Item, quod non reputabatur peccatum in dicto ordine per fas aut
 92. jura acquirere aliena.

93. Item, quod juramentum præstabatur ab eis, augmentum & quæ-
 94. dicti Ordinis, quibuscumque modis possunt, per fas & nefas procurare.

95. Item, quod non reputabatur peccatum propter hoc dejerare.

96. Item, quod clam consueverunt tenere sua capitula.

97. Item, quod clam ac in primo somno, vel prima vigilia noctis.

98. Item, quod clam, quia expulsi tota alia familia de domo & clau-
 99. stris domus, ut omnes de familia illis noctibus, quibus tenent capitula,
 100. jaceant extra.

101. Item, quod clam, quia sic se includunt ad tenendum capitulum,
 102. ut omnes januas domus & Ecclesiæ, in quibus tenent capitulum, ferment
 103. firmiter, quod nullus sit vel esse possit accessus ad eos, nec juxta,
 104. ut possit quicumque videre vel audire de factis aut dictis ipsorum.

105. Item, quod clam adeo, quod scilicet ponere excubiam supra te-
 106. ctum domus vel Ecclesiæ, in quibus tenent capitulum, ad providendum,
 107. ne quis ad locum, in quo tenent capitulum, appropinquet.

108. Item, quod siuilem clandestinitatem observant, & observare con-
 109. sueverunt ut plurimum in recipiendo Fratres.

110. Item, quod error hic viget & viguit in Ordine longo tempore,
 111. quod ipsi tenent opinionem & tenuere retroactis temporibus, quod Ma-
 112. gnus Magister possit absolvere Fratres Ordinis à peccatis etiam non con-
 113. fessis, quæ confiteri propter aliquam erubescientiam aut timorem poen-
 114. itæ injungendæ vel infligendæ omiserunt.

115. Item, quod Magnus Magister hos prædictos errores confessus est
 116. ante captionem, sponte coram fide dignis clericis & laicis.

117. Item, quod præsentibus Majoribus Præceptoribus sui Ordinis.

118. Item, quod prædictos errores tenent & tenuerunt, nedum hæc
 119. opinantes & tenentes de Magno Magistro, sed de cæteris Præceptoribus
 120. Ordinis, Visitatoribus maximè.

121. Item, quod quidquid Magnus Magister maximè cum Conventu
 122. suo faciebat, ordinabat aut statuebat, totus Ordo tenere & observare habe-
 123. bat, & etiam observabat.

124. Item, quod hæc potestas sibi competebat, & in eo resederat ab an-
 125. dquo.

126. Item, quod tanto tempore duraverant supradicti pravi modi &
 127. errores, quod Ordo in personis potuit renovare semel, bis vel pluries tem-
 128. pore introductorum seu observatorum prædictorum errorum.

129. Item, quod omnes vel quasi duæ partes Ordinis scientes dictos
 130. errores corrigere neglexerunt.

131. Item, quod non recesserunt ab observantiâ prædictorum erro-
 132. rum & communionem dictorum Fratrum, licet facultarem habuissent rece-
 133. dere & prædicta faciendi.

134. Item, quod multi Fratres de dicto Ordine propter fœditates &
 135. errores ejusdem Ordinis exierunt, nonnulli ad Religionem aliam transfe-
 136. rentes & nonnulli in seculo remanentes.

137. Item, quod propter prædicta & singula grandia scandala contra
 138. dictum Ordinem sunt exorta in cordibus sublimium personarum, etiam
 139. Regum & Principum & ferè totius populi Christiani generata.

140. Item, quod prædicta omnia & singula sunt nota & manifesta
 141. inter fratres dicti Ordinis.

142. Item, quod de his est publica vox, opinio communis & fama tam
 143. inter fratres dicti Ordinis, quam extrâ.

13. Item, quod de majori parte prædictorum.

14. Item, quod de aliquibus.

15. Item, quod Magnus Magister Ordinis, Visitor & Magnus Præceptor Cypri, Normanniæ, Picthaviæ & quam plures alii Præceptores, & nonnulli alii Fratres dicti Ordinis præmissa confessi fuerunt tam in judicio quam extrâ coram solemnibus personis, & in pluribus locis etiam personis publicis.

116. Item, quod nonnulli Fratres dicti Ordinis tam Milites quam sacerdotes, alii etiam in præsentia Domini nostri Papæ & Dominorum Cardinalium fuerunt prædicta vel magnam partem dictorum errorum confessi.

117. Item, quod per juramenta præstita ab eisdem.

118. Item, quod etiam in pleno consistorio recognoverunt prædicta.

V. (g) *Clementis Papa Epistola ad Philippum Regem de causa Templariorum Dat. Lusigniaci XIII. Kal. Septembr. 1307. Simul ad eum mittit exemplar literarum, quas acceperat ab Amaurico domino Tyri.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri salutem & apostolicam benedictionem. Considerantes quod nova & præsertim de partibus ultramarinis & factio Templariorum te audire delectat, tibi quasdam literas, quas a dilectus filius nobili viro Amaurico Domino Tyri, gubernatore regni Cypri & fratre Aittono consanguineo Regis Armenia Domino de Curco recepimus noviter, mittimus præsentibus interclusas, in quibus nova nobis intimata per eos poteris intueri. Retulit enim oretenus quidam frater, qui literas nobis præsentavit easdem, exponens apparatus maris Soldani, quod idem Soldanus facit inter alia octuaginta galeas numero præparari. Datum Lusigniaci XIII. Kal. Sept. pontificatus nostri anno tertio.

1. Sanctissimo Patri in Domino Clementi divina providentiæ, sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici Amauricus olim Hierusalem & Cypri Regis filius, Tyri Dominus & ipse regni Cypri gubernator & rector, pedum oscula beatorum. Apostolicis literis per virum nobilem fratrem Haitouum Dominum de Carbo mihi super facto Templariorum de mense Maii proximo præteriti præsentatis, ferventi spiritu & ardentissima voluntate decrevi, cujuslibet moræ subscita materia totis viribus mandatis apostolicis obedire, nihil, prout possibile foret, de contingentibus omittendo. Verùm inspecto statu & conditionibus partium Cismarinarum, quia iidem Templarii erant in regno multo numero, robusti ac fortes in armis & equis, & jamdudum antea, sicut, qui cuncta præsciverant, recollegerant se cum stipendiariis etiam apud Nimocium in bellico apparatu, & de apparatu potissimè, quem ultra solitum certissimè, sicut fertur, per insulam Cypri, per mare Soldanus fieri faciebat & facit ubique, adverti negotium ponderosum satis & grave per patrem in filii humeros fuisse transjectum, sicque oportuit in hujusmodi complendo negotio cum multa deliberatione, studio & caute a procedere, secundum quod paternæ litteræ continebant. Attsmen levia reputans universa quæ in favorem fidei orthodoxæ per Christi vicarium mandabantur, tanquam obedientiæ filius circa hæc cœpi cum illius auxilio, cuius negotium gerebatur, continuatis vigiliis solerter intendere. Et quis langum foret cuncta narrare per singula, ne aures sanctitatis vestræ ser-

monum

monum prolixitate grauentur, fructum qui ex apostolico hucusque mandato prouenit quam breuius intimare curavi.

2. Noverit igitur pia sanctitatis vestrae paternitas, quod post multos & varios apparatus ad bellum, quibus per terram & mare ad eorum extrerminium intendebam, tamen cum ipsi Templarii sic collecti clarè perpenderent, quod mandatum Apostolicum volebam modis omnibus adimplere, die XXVII. dicti mensis Maji Mareschalcus, Praeceptor, *Tricoplerius*, *Drapararius*, ac *Theaurarius* cum fratribus aliis circa decem, tanquam majores & capita, pro se ac aliis de regno Templariis apud Nicossiam in domo habitationis meae, praesentibus duobus Episcopis, fratribus Praedicatoribus & Minoribus, Cisterciensibus & Carmelitis, Praelatis atque Canonicis quam pluribus, nec non Baronibus & Militibus, atque multitudine copiosa, in humilitatis vultu devotè venerunt, offerentes personas suas & aliorum, qui apud Nimocium adhuc in praesidio residebant, res & bona quaecunque ad beneplacita vestra & mandatum Apostolicae sedis, submittentis se & sua mihi pro vobis & Apostolicà sede. Disposui ergo, prout securius expedire conspexi, non simul, sed divisim & per certa loca ipsos facere custodiri, armis & equis eorum jam in mea potestate receptis, ad descriptionem bonorum & inventaria faciendam secundum vestrarum continentiam literarum absque dilatione ac mora qualiter processurus; super quibus continè proceditur, aliis praetermissis. Et cum primum effici poterit, unum ex inventariis Sanctitati vestrae transmittam, & si quid circa praedicta fuerit aliud intimandum. Erat siquidem impossibile mihi eos & eorum bona capi facere una die, cum ut praetactum est, rumores longè antea praecivissent, sicque ad se muniendum grande spacium haberunt; quod nisi fuisset, ad literam mandatum Apostolicum per me foret executioni mandatū. Hoc tamen & alia mandata vestra, Deo propitio, juxta meae possibilitatis modum sollicitè ac effectualiter complebuntur. Ceterum me ipsum & regnum verè firmum in medio nationis perverae Sanctitati vestrae sollicitè recomendo, instantissimè supplicans, quatenus circa conservatiōem & custodiam regni Cypri respiciat oculus Apostolicae Sanctitatis. A saeculo enim, sanctissimi Patris, audirum non est, quod Sarraceni de navigio talem ubique fecerint apparatus ut nunc. Ego autem conditiones, rumores & nova studiose ac solerter inquirō, & quanto plus examino, plura gravis timoris invenio. Postet enim mihi, Pater, imputari gravissimè, si vobis ista non scriberem, aut minus etiam quam sentirem. Propter hæc & alia quæ de vestra Sanctitate sperantur, fundo preces instanter ad Dominum, quod dies vestros feliciter augeat; ut quod in partibus Cismarinis est per tempora dispendiosè deperditum, per infusæ vobis providentiæ studium restauretur.

VI. (a) *Clementis Papa Epistola ad Regem Philippum de negotio Templariorum. Piclavis Kal. Decembr. 1307.*



Lemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio *Philippo Regi Francie* illustri salutem & apostolicam benedictionem. Regiæ magnitudinis litteras læta mente recepimus, inter alia continentes, quod cum admiratione acceperas, quod per aliquos de tuis quibusdam de nostris curialibus scriptum fuerat, quod nos totum negotium Templariorum in personis & bonis per apostolicas litteras, quas dilectus filius magister *Gaufredus de Plexeyo* Notarius noster tibi attulerat, tuo totaliter commiseramus arbitrio, tuam omninò super hoc conscientiam onerantes; quarum etiam auctoritate litterarum idem Notarius sub commissa in tuis sibi credentiâ tibi ex parte nostra retulerat,


retulerat, quod ad generalem captionem personarum & bonorum Templariorum ipsorum deberes procedere contra eos. Ex quibus multa admiratione commotus scire & pro certo tenere volebas, quod præfatus Notarius super dicto Templariorum negotio nullas unquam tibi parentes vel clausas credentiæ vel alias apostolicas attulerat litteras, nec ex parte nostra præmissa vel consimilia verba dixerat, sed quasdam alias vias sub certa forma tibi retulerat tangentes utilitatem negotii memorati. Circa quod negotium Templariorum, cujus promotionem pro exaltatione fidei & conservatione ecclesiæ libertatis assumpseras, libertatem ipsam, progenitorum tuorum sequendo vestigia, illasam omnino servare, nec eam tuis temporibus volebas infringere vel minuere quoquo modo, quin potius ad conservationem ipsius inrendere solito ferventius in hac parte ob personæ nostræ præsentiam, reverentiam & honorem; tanquam ille qui in prædicto negotio ea solummodo quæris, quæ sunt Dei, ad laudem divini nominis, exaltationem catholice fidei, honorem nostrum & sanctæ matris Ecclesiæ, & promotionem felicem respiciunt sæpe dicti negotii terræ sanctæ, disposueras mente firma. Quibus omnibus cum diligentia recensitis, de multitudine affectionis hujusmodi, quam ostendis, & bono proposito, quod habere dignosceris, gaudemus in Domino & multipliciter exultamus, celsitudinem regiam rogantes & hortantes in Domino, quatenus pro divini nominis gloria tuaque salutis augmento de bono in melius circa propositum hujusmodi dirigens & perseverans in illo constanter, ad ea quæ dilecti filii nostri Berengarius tituli sanctorum Nerei & Achillei & Stephanus tituli sancti Cyriaci in Thermis Presbyteri Cardinales ad tui præsentiam a nobis pro negotio prædicto transmissi tibi retulerint, sic te reddas benivolum, sic promptum & liberalem exhibeas, & aliàs in iis, quæ præmissa contingunt, eos benignius exaudias, quod ea, quæ tuæ prædictæ litteræ continebant, non solum nobis, qui præmissa tenemus certitudinaliter, sed universo mundo appareant per effectum, atque præter divinæ retributionis præmium, quod exinde regia celsitudo merebitur, devotio tua dignis in Domino laudibus attollatur. Datum Pictavis Kal. Decembris, pontificatus nostri anno tertio.

VI. (b) *Philippi Regis Epistola responsoria ad Clementis Papæ Epistolam. Parisius Dominica ante Natal. Dom. 1307.*

Sanctissimo Patri in Domino Clementi divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici Philippus eadem gratia Francorum Rex devota pedum oscula beatorum. Progenitorum nostrorum more nostræ viget intentionis integritas erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem nostram, & sic ad eam reverentia filialis exuberat, quod ipsius beneplacitis nostros libenter conformamus affectus, ac petitiones suas, cum causa deposcit, fideliter admittimus ad exauditionis effectum, ejusque nuncios & legatos ac præsertim ejusdem Ecclesiæ Cardinales hilari vultu recipimus & honorificentia condigna tractamus. Inter quos dilectos & speciales amicos nostros Berengarium tituli sanctorum Nerei & Achillei & Stephanum tituli Sancti Cyriaci in Thermis Presbyteros Cardinales ob suorum magnitudinem meritorum, quæ in magnis & arduis experientia longa quasi palpando cognovimus, caros habentes & acceptos, ipsos ad nos ex parte vestra pro Templariorum negotio, quos nuper ad requisitio-

requiſitionem Inquiſitorum hæreticæ pravitate in regno noſtro auctoritate apoſtolica deputatorum pro hujusmodi termino capi fecimus, diebus illis noviffime deſtinatos læta mente recepimus, hilariter vidimus, ac petitiones, quas ſuper Templariorum ipſorum perſonis & bonis ſub veſtro & Eccleſiæ nomine ſelumendis, liberandis & admittendis ex parte veſtra fecerunt, reverenter audivimus & intelleximus diligenter. Et quia inter ceteros ſanctos Patres, qui Eccleſiæ præfatæ regimini noſtris temporibus præſuerunt ad perſonam veſtram ſpecialis gerimus reverentiæ, dilectionis & devotionis affectum, & circa negotium præſactum, quod pro exaltatione catholice fidei & eccleſiaſticæ libertatis, prædeceſſorum noſtrorum inſequentes veſtigia, ſumpſimus, libertatem ipſam illætam volumus omnino ſervari; ſalvo tamen nobis in omnibus jure noſtro, cui, ſicut, nec juri Eccleſiæ, per hoc ſeu per alia negotia factum tangentia, quantum ad prædictas perſonas & bona & eorum cuſtodiam, nolimus nec intendimus aliquod præjudicium generari, ſed jus integrum tam nobis quam Eccleſiæ illætam ſervare, perſonas Templariorum ipſorum, ſolum veſtro & Eccleſiæ nomine in manibus Cardinalium eorundem, bona vero tantum mobilia quam immobiliâ, quæ ipſi Templarii tenebant, tempore captivitate, quæ per nos ſeu gentes noſtras reperta ſunt, quæ inſuper reperiri poterunt quoquo modo, ſecure fecimus & faciemus fideliter & integrè cuſtodiri in Terræ ſanctæ ſubſidium, cui, progenitorum noſtrorum & aliorum pia devotione fidelium collata fuſſe noſcuntur, totaliter convertenda. Ut autem circa bonorum ipſorum cuſtodiam evidentius liqueat noſtræ intentionis arbitrium, ad finem præſati negotii Terræ ſanctæ certos miniſtros, receptores & cuſtodes bonorum ipſorum, alios probos viros diſpoſuimus ſtatuendos, quam eos, qui noſtris propriis rebus præſunt; qui ſeparatim à noſtris communibus rationibus de bonis prædictis reddent fideliter rationem, diſponentes pro ordinatione tam de perſonis quam de bonis Templariorum ipſorum & aliis hujusmodi negotiorum contingentibus ad laudem divini nominis, exaltationem catholicæ fidei & promotionem felicem dictæ terræ divina cooperante miſericordia ſalubriter faciendâ ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, quantum perſonaliter nos conferre, ſicut eiſdem Cardinalibus duximus plenus exponendum. Datum Pariſius Dominica ante natale Domini anno Domini M. CCC. VII.

VI, (c) *Littera Domini Papa, quod omnes Templarii regni Sicilia & eorum bona capiuntur uno die, quodque ipſorum perſona cuſtodiantur & bona conſerventur, quouſque de ipſis fuerit aliud ordinatum. Piſarvis 10. Decemb. 1307.*

 Lemens Episcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Roberto Duci Calabria, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis præminentia ſolo, diſponente illo, qui cuncta diſponit, licet immeriti præſidentes; hoc præcipue ſerventer appetimus, hoc votis ardentibus affectamus, ut excuſſo à nobis negligentia ſomno, circa gregis Domini cuſtodiam ſubmovendo noxia, & agendo profutura, animas Deo lucrificere ſua nobis cooperante gratia valeamus ſine dudum circa promotionis noſtræ principium ad apicem Apoſtolicæ dignitatis, ad noſtrum quadam levi ſuggeſtione pervenit.

auditum, quod ab olim de flatu Satanae in Templariorum Ordine, sparso pestiferi generis semine, suberevit ex illo messis odibilis fructus pestiferos de sui natura producens: videlicet quod Templarii sub religionis pallio militantes exterius, in apostasiae perfidia intus vixerunt haecenus, in detestabili haeretica pravitate. Caeterum tunc attendentes quod Ordo ipsorum longis retro temporibus multae refusus nobilitatis gratia & decoris, ac magna fidei devotio diu viget apud eos, quodque tunc nullam audiveramus super praemissis suspicionem vel infamiam contra ipsos, & nihilominus quod a suae Religionis exordio portaverunt publice signum crucis, corpora exponentes & bona contra inimicos fidei, pro acquisitione, retentione ac defensione Terrae Sanctae & Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi pretioso sanguine consecratae, suggestioni praedictae aures nolimus credulas exhibere. Verum postea a vobis charissimi in Christo Filii nostri Philippo Regis Francorum Illustris insonuit, quod singuli Fratres dicti Ordinis in sua professione, cum Ordinem ipsum ingrediuntur, expressis verbis abnegant Dominum Jesum Christum, nec non idolum, adorant in suis capitulis, & alia nefanda committunt, quae ob ruborem exprimendi subicimus ad praesens. Propter quod idem Rex ad requisitiones Inquisitoris haereticae pravitatis in regno suo generaliter a Sede Apostolica deputati, de Praelatorum, Baronum & aliorum sapientum deliberatione solemni, Magistrum majorem, & alias singulares personas dicti Ordinis, quae tunc erant in regno suo, una die cum magna excogitata diligentia capi fecit Ecclesiae judicio praesentandas, & eorum bona mobilia & immobilia salva custodiae assignari pro Terra sancta, si dictus Ordo damnetur; alioqui pro ipso Ordine scilicet conservanda. Deinde praefatus Magister dicti Ordinis spontaneè confessus est palam, praesentibus majoribus personis Ecclesiasticis Parisius, Magistris in Theologia & aliis, corruptionem erroris, abnegationis Christi in Fratrum professionibus contra primam institutionem Divinis praefatam instigante Satanae introductam. Quam plurimi etiam fratres dicti Ordinis ex diversis partibus dicti Regni Franciae dicta scelera sunt confessi, verum & non simulatam agentes poenitentiam de commissis, prout haec dictus Rex nobis per suas litteras intimavit, & ad hos etiam pervenerunt fama publica deferente. Nos quoque Fratrem unum militem dicti Ordinis magnae generositatis & auctoritatis virum, super pravitate jam dicta, personaliter examinavimus, qui dictum facinus abnegationis Jesu Christi in ingressu dicti Ordinis a se commissum spontaneè confessus fuit plenarie coram nobis, & adjecit se vidisse, quod quidam nobilis in praesentia ducentorum Fratrum vel plurium dicti Ordinis, inter quos erant, centum milites vel circa, ultra mare, videlicet in regno Cypri, per praefatum Magistrum dicti Ordinis in Capitulo suo in fratrem Templi receptus fuit, & ibi in dictorum Magistri & Fratrum praesentia idem nobilis ad mandatum ipsius Magistri dictum facinus in sua receptione commisit. Ex quibus si in agro plantationis dicti Ordinis, qui ager putabatur esse virtutum, & grandis sublimationis speculo praevellet, diabolica, quod abut, sint semina seminata, gravi nostra viscera commotione turbentur. Sed si praemissa veritate nitantur, ea comperta cessabit turbatio, & secundum Deum jucunditas orietur. Unde ad investigandam veritatem hujusmodi sine mora proponimus intendere, & quantum Deus dederit efficaciter vigilare. Ea propter quia, sicut insinuatione multorum accepimus super praefatis criminibus contra Templarios ipsos fama seu verius infamia communi, communitate suscipit incrementum, & ob hoc urget nos conscientia, ut in his officii nostri debitum exequamur; Nobilitatem tuam requirimus,

quirimus, rogamus & hortamur attentè, quatenus quàm citius post receptionem præsentium commodè poteris, prædictis omnibus intenta meditatione pensatis, sic prudenter, sic cautè, sic lecretè de sapientum Secretariorum tuorum consilio studeas ordinare, quod omnes & singulos Templarios Dominii tui, & alios qui reperiuntur in eo, & eorum bona mobilia & immobilia per bonas personas, omni, maximè quoad bona ipsa, suspitione carentes, meliori modo, quo fieri poterit, capi facias uno die: personas eorum faciens, donec tibi scribamus aliud, nostro & sedis Apostolicæ nomine in locis tuis sub fida custodia detineri. Bona vero ipsorum mobilia & immobilia aliquibus bonis personis, de quibus non sit verisimile, quod in his vel similibus velint fraudem aliquam adhibere, facias commendari nostro nomine fideliter conservanda, quousque per nos aliud fuerit ordinatum. Quæ quidem personæ de dictis bonis omnibus & singulis teneantur in præsentia Fratrum quarumlibet domorum dicti Ordinis & aliarum plurium bonarum personarum, & maxime dictis domibus vicinarum inventaria facere, & cum tempus fuerit plenam de ipsis reddere rationem. Quarum personarum depositariarum, propter honorem tuum sic melius negotium sine bonorum direptionis & dissipationis suspitione procedat, nullæ sint de tuis officialibus, servientibus vel aliis servitoribus quibuscumque. Provisurus quod terræ ac vineæ Templariorum ipsorum, eorum expensis more solito excolantur, ut bona ipsa, dictis Templariis, si reperiuntur innocentes, alioquin pro Terra sancta, integrè conserventur. Taliter te super his habiturus, quod exinde præter humanæ laudis præconium apud Deum, cujus in hac parte negotium agitur, gratiæ tibi proveniat incrementum, & nihilominus ex hoc nostram & Apostolicæ sedis gratiam plenius merearis. Quidquid autem, super præmissis fieri jusseris, & quidquid fuerit executioni mandatum, nobis quam celerius fieri possit, tuis litteris intimare procures. Datum. Pictavis 10. Decembr. Pontificatus nostri anno tertio.

VI. (d) *Berengarii tituli SS. Nerei & Achillei; Stephani tituli St. Cyriaci in Thermis Presbyterorum; & Laudulphi S. Angeli Diaconi Cardinalium a Clemente Papa pro negotio Templariorum in Franciam directorum relatio de confessionibus quinque Fratrum Ordinis Templariorum & petitio ad Philippum Regem ut eos pœnitentes de præmissis in gratiam recipiat. Dat. in Castro Caynone 1308. die Martis post Assumptionem.*

Serenissimo Principi Domino Philippo Dei gratia Regi Francorum illustri sui devoti Berengarii tituli Sanctorum Nerei & Achillei & Stephanus tituli Sancti Cyriaci in Thermis Presbyteri & Landulphus Sancti Angeli Diaconus, Cardinales salutem & sinceram in Domino caritatem. Nuper de mandato Domini nostri summi Pontificis ad castrum Caynone accedentibus pro examinandis majore magistro Ordinis militie Templi, magistro Cypri, visitatore Francie, Præceptore Pictaviæ & Aquitania, & Præceptore Normanie tam super his, quibus ipsi sunt super hæresis crimine diffamati, quam etiam super toto Ordine militie Templi, die vero Sabbati post assumptionem beatæ Mariæ nuper præterita, evocato & præsentem coram nobis Præceptore dicti Ordinis in regno Cypri,

expositisque eidem articulis, super quibus ipse & Ordo erant in hæresis crimine diffamati, prælitroque ab eodem juramento super impositis eidem, ipse tanquam filius obedientiæ, & suum recognoscens reatum, confessus abnegationem Domini nostri & spuitionem juxta crucem, eademque die evocato & præsentate coram nobis Præceptore Normanniæ, & prælitro ab eodem juramento, dictam abnegationem est confessus: simili modo evocatis in vespere eadem die Præceptore Pictaviæ, Normanniæ & Aquitaniæ coram nobis, deliberante eodem usque in sequentem diem, confessus est, quod promisit recipienti eundem in Ordine, quod si unquam à fratribus dicti Ordinis peteretur ab eodem, utrum fecisset abnegationem Domini nostri, responderet, quod fecisset eandem: vocato postmodum & præsentate coram nobis fratre Hugone de Paraldo die Dominica sequenti in mane & ultimo magistro majore in vespere ejusdem diei, eidem sigillatim & singulis articulis propositis, deliberatione ab eis usque in sequentem diem perita & à nobis obtenta, prædicta die Lunæ comparens coram nobis præfatus frater Hugo, primitus prælitro juramento, in confessione, quam fecit Parisius persistens, specialiter prædictam abnegationem per se factam est confessus & visionem capitis idolatri & alia illicita, prout in ipsius confessione plenius continentur: demum, die Martis sequente comparente coram nobis majore magistro, juramento ab eo prælitro & propositis eidem articulis, confessus est abnegationem prædictam, nobis supplicans, quatenus quendam fratrem servientem & familiarem suum, quem secum habebat, volentem confiteri audiremus. Et quia sic prædictum magistrum pœnitentem de commissis vidimus & pro dicto fratre ipsius familiari sic roganter nos, licet à prædicto summo Pontifice commissa examinatio specialiter non esset nisi de quinque fratribus supradictis, confisi tamen de ipsius Papæ voluntate ipsum, fratrem audivimus: qui coram nobis comparens, & prælitro juramento ab eodem, confessus est abnegationem Dei, prout hæc in instrumentis publicis inde confectis sigillis nostris sigillatis plenius continentur. Et sic itaque prædictis omnibus examinatis & petentibus absolutionem de commissis, eisdem abjurantibus omnem hæresim, sigillatim & singulariter absolvimus eosdem, & eos restituvimus & incorporavimus sacramentis & Ecclesiæ unitati. Cùm igitur, Princeps illustris, misericordiam petenti non sit deneganda, dictique fratres misericordiam petentes, & specialiter magister major, Hugo de Paraldo, & Præceptor terræ ultramarine sic juste, sic humiliter, sic devotè prædictas confessiones fecerint, quod à Deo misericordiam & ab hominibus gratiam veraciter meruerunt, hinc est, quod regiam majestatem affectuosè precamur, quatenus apud eos sic gratosè, favorabiliter & benignè vos geratis quod per hoc vestrum favorem & gratiam sentiant meruisse, super præmissis nihilominus credentes dilectis vestris Militibus G. & G. ac J. de Venville laboribus præsentium, qui nobiscum in dicto castro interfuerunt & super hoc diligentes. Scriptum in dicto castro die Martis post assumptionem.

VI. (c) *Clementis V. Epistola ad Archiepiscopos & Episcopos Regni Francorum, qua eis significat nolle se nova jura facere circa Templarios; sed velle potius, ut procedatur contra eos juxta juris scripti exigentiam. Avinione Kal. Augusti 1308.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, universis Archiepiscopis & Episcopis ac omnibus aliis per nos ad infra scripta per regnum Franciæ deputatis salutem & Apostolicam

licam benedictionem. Quidam vestrum, sicut accepimus, circa negotium inquisitionis, quam contra singulares personas Ordinis militiæ Templi per nostras fieri litteras sub certa forma mandavimus, dubitant, an propter illam clausulam, *vocatis qui fuerint evocandi*, quam dictæ continent, litteræ, alii quam fratres ipsi ad inquisitionem hujusmodi & processum super hoc faciendos debeant evocari, & an, si non vocari accesserint & se ad fratrum ipsorum defensionem hujusmodi obrulerint, sint ad defensionem hujusmodi admittendi. Dubitant etiam qualiter sit contra pertinaces & confiteri nolentes & contra illos, qui suas confessiones sponte factas revocant, procedendum. Super quibus nostræ declarationis oraculum postularunt. Cum autem per jura scripta, quorum nonnullos vestrum, plenam scimus habere notitiam, hæc dubia declarentur, & propterea nos ad præsens non irendamus nova jura facere super illis; volumus, quod in præmissis *juxta juris exigentiam* procedatis. Datum Avinioni Kal. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

VII. (a) *Clementis V. Bulla, qua repetitis Templariorum Criminibus eisdem & omnes ipsi faventes excommunicatio- nis fulmine ferit. Tolosa 3. Kal. Januar. 1308.*



Lemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad omnium ferè notitiam jam credimus pervenisse nefanda scelera & crimina abhorrenda, hæresim nororie sapientia, quibus Ordo & personæ Templariorum non levibus argumetis, sed manifestis indiciiis & violentis præsumtionibus diffamati noscuntur, super abnegatione videlicet Domini nostri Jesu Christi, & super nefanda, temeraria, præsumptuosa, hæretica conspitione super ejusdem imaginem crucifixi, nec non & super pluribus aliis articulis, quos, quia fore credimus manifestas, exprimi non oportet, sicque excrebescente infamia & imminenribus scandalis plurimis minimè contemnendis, quæ non leviter totam scandalizant Ecclesiam, urgente conscientia, per totum orbem terrarum jamdudum ipsos capi mandavimus, & tandem cœpimus super iis contra eos inquirere per nos ipsos nonnullos ex fratribus nostris ascitis ad inquisitionem prædictam nobiscum sollicitè peragendam; & tandem præsentatis nobis personis eisdem non parvo, sed grandi numero, non levis, sed magnæ auctoritatis viris, olim in ordine supradicto sacerdotibus, præceptoribus, militibus & servientibus, per eorum confessiones & depositiones spontaneas libere factas coram nobis & fratribus nostris in secreto prius & postmodum coram nobis totoque collegio fratrum nostrorum S. Ecclesiæ Romanæ Cardinalium, paruit manifestè quoad personas ipsas crimina & scelera esse vera, iidemque confitentes omnes & singuli suum humiliter recognoscentes errorem, nostram & Apostolicæ sedis non justitiam, sed misericordiam & veniam implorarunt, quibus cum omni humilitate & reverentia & proprii eorum recognitione erroris omnino persistentibus pro absolutione ab excommunicationis sententia quam ex hujusmodi hæresis reatibus & sceleribus incurrerant, ipsis misericorditer impendendas nos, qui, licet indigni, vicarii sumus illius, cujus miserationes super omnia opera ejus existunt, & quia Romana mater Ecclesia non claudit, prout nec claudere debet, gremium redeunti, facta à prædictis confitentibus cum humilitate & reverentia abjurata hujusmodi hæreticos secundum canonicas sanctiones, eis juxta formam Ecclesiæ fecimus munus absolutionis impendi, potestate injungendi eis propterea salutarem pœnitentiam.

tiam nobis & dictæ sedi seu quibus id committendam duxerimus specialiter reservata. Post quæ, cum magistro & Præceptoribus præcipuis præfati Ordinis intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum magistrum & Francie, terræ Ultramarine, Normannie, Aquitanie, ac Picæviæ Præceptores majores nobis Pictavis existentibus mandavimus præsentari. Sed quoniam quidam ex ipsis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant nec ad nostram præsentiam quoquomodo adduci, nos cum eis de præmissis & nonnullis confessionibus & depositionibus dictorum fratrum, factis coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis regni Franciæ, certificari volentes, dilectis filiis nostris *Berengario tituli Sanctorum Nerei & Achillei & Stephano tituli Sancti Cyriaci in Tbermis Presbyteris ac Landulfo Sancti Angeli Diacono Cardinalibus*; de quorum prudentia, experientia & fidelitate indubitam fiduciam obtinemus, commisimus & mandavimus, ut ipsi cum præfatis Magistro & Præceptoribus inquirerent tam contra ipsos & alias singulares personas dicti Ordinis generaliter quam etiam contra ipsum Ordinem super præmissis diligentius veritatem, & quod super iis invenirent, nobis referre, ipsorumque confessiones & depositiones sub manu publica deferre ac præsentare curarent, impenfuri eidem magistro & Præceptoribus juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, quam propter præmissa, si vera erant, incurrerant si absolutionem humiliter & devotè peterent, ut debebant. Dictis autem Cardinalibus *ad castrum de Kaynoie Turovensis diocesis*, in quo tunc erant dicti magister & Præceptores, personaliter accedentibus, iidem magister & Præceptores majores de mera & plena veritate dicenda ab eis corporaliter præfatio juramento, singulariter, liberè ac sponte, absque coactione qualibet & terrore, coram ipsis tribus Cardinalibus quatuorque rebellionibus publicis ac multis aliis probis viris deposuerunt & confessi fuerunt inter cetera, Christi abnegationem & spuitionem super crucem cum in Ordine Templi recepti fuerunt, & quidam ex eis se sub eadem forma, scilicet cum abnegatione Christi & spuitione super crucem fratres plurimos recepisse. Sunt etiam quidam ex eis quedam alia horribilia & inhonesta confessi, quæ ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subicemus. Ac deinde in confessionibus ac depositionibus factis per ipsos antea coram Inquisitore pravitatis prædictæ ac ipsis & eorum cuilibet lectis & expositis de mandato & in præsentia Cardinalium prædictorum, firmiter perseverantes & approbantes easdem, absolutionem ab excommunicatione prædicta petitam ab eis humiliter & devotè sibi obtinuerunt juxta præmissam formam per Cardinales ipsos impendi, hæresi expressè ac publicè abjurata. De quibus omnibus per fidelem relationem dictorum Cardinalium nobis facta exitit plena fides, hujusmodi confessionibus & depositionibus eorundem nobis sub manu publica præsentatis. Nos igitur volentes super iis, prout ad nostrum spectat officium, congruum remedium edhibere, auctoritate apostolica districtius inhibemus ne aliquis de cetero eidem Templariis vel eorum alicui scienter, publicè vel occultè præstet auxilium, consilium vel favorem, seu aliàs ipsos vel aliquem ipsorum receptare seu retinere aut eis favere præsumat, sed eos tanquam suspectos de hæresi omnino devitet. Mandantes nihilominus eadem auctoritate, omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus personis, nec non Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus & plebeis, & communitatibus civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum, quatinus dictos Templarios capiant, & eos locorum Ordinariis, singulis eorum, videlicet in suis civitate & diocesi, sine difficultate qualibet assignare ac tradere

tradere non postponat, si & quandocumque ab eisdem super hoc fuerint requisiti, vel ad ipsorum Ordinariorum requisitionem eosdem Templarios in locis & rura custodia teneant, repræsentandos eisdem Ordinariis vel Inquisitoribus deputatis seu depurandis à nobis, & ipsis tradendos ad eorum requisitionem seu inquisitionibus hujusmodi faciendis, & aliis, quotiens & quandocumque eis videbitur, faciendis. Nos enim omnes & singulos, cujuscumque præcæminentie sint, dignitatis, ordinis, conditionis aut status, etiam si pontificali præfulgeant dignitate, qui supradictis Templariis vel eorum alicui scienter, publicè vel occulte præstabant auxilium, contilium vel favorem, vel aliis ipsos vel aliquos ipsorum receptare, vel retinere, aut eis ut præmittitur, favere præsumserint; auctoritate præsentium excommunicationis sententia innodamus, ac civitates, castra, terras & loca, quæ ipsos vel aliquem eorum scienter susceperint vel tenuerint ecclesiastico supponimus interdicto, absolutionem prædictorum præterquam in mortis articulo ac relaxationem ipsius interdicti nobis nostrisque successoribus reservantes, non obstantibus quibuslibet privilegiis, indulgentiis & Litteris Apostolicis quibuscumque & sub quacumque verborum forma vel expressione concessis, per quæ effectus præsentium posset quomodolibet impediri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, mandati, excommunicationis, interdicti & reservationis infringere velei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumplerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Tolosæ III. Kal. Januarii Pontificatus nostri anno quarto.

VII. (b) *Vidimus Bille Clementis Pape, data Vienna 8. Id. Martii, 1311. cui inserta est Littera Philippi Regis data apud Matisconem 2. Martii 1311. qua Clementem rogat, ut Ordo Templariorum tollatur. Et in subsidium Terra Sancta alius Ordo militaris de novo creetur, cui bona Templariorum conferantur.*

UNiversis præsentibus litteras inspecturis Officialis Curie Parisiensis salutem in Domino. Noveritis nos anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, Sabbato post festum sanctorum Jacobi & Christophori Apostolicæ vidisse litteras, formam, quæ sequitur, continentes:

Clemens Episcopus servus servorum Dei, carissimo Filio *Philippo Regi Franciæ* illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Tuas nuper litteras recepimus, formam, quæ sequitur, continentes:

Sanctissimo Patri in Domino *Clementi* divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, *Philippus* eadem gratia Francorum Rex, pedum oscula beatorum. Noverit vestra Beatitudo, à fide dignis nobis fore datum intelligi, quod per ea quæ reperiuntur in requæsitis tuis contra Fratres & Ordinem militiæ Templi apparet, seu constat de turbis & tantis hæresibus & aliis horribilibus & detestandis criminibus eorundem, quod propterea dictus Ordo merito tolli debet. Quare zelo fidei Orthodoxæ succensu, & ne tanta injuria Christo facta remaneat impunita, vestræ Sanctitati affectuosè, devotè & humiliter supplicamus; *quatenus tollatis Ordinem supradictum, & alium Ordinem militarem de novo creare velitis, cui bona Ordinis & Præceptores Franciæ, terræ Ultramarinæ, Normanniæ, Pictaviæ & Aquitaniz, ac quam plurimi alii Fratres*


iplius

ipſius Ordinis in grandi numero, videlicet anno, Domini milleſimo trecentefimo ſepimo, in regno noſtro capti & detenti fuerunt, cum ſuis juribus, honoribus & oneribus conſervatis, vel eadem in alium Ordinem de antiquis militariibus transferatis, prout ad honorem Dei & utilitatem terræ ſanctæ veſtra beata circumſpectio viderit expedire; quicquid enim in præmiſſis vos, Sanctæ Patris, duxeritis ordinandum, nos ratum & gratum habebimus & devotè recipiemus & obſervabimus in regno noſtro & noſtros ſervare volumus, præcipimus & decernimus ſucceſſores, & à ſubditis noſtris facimus, prout ad nos pertinet, obſervari. Ita tamen, quod bonis ipſis cum honoribus, juribus & oneribus ſuis ſalva remanentibus ſubſidio Terræ ſanctæ ſecundum ordinationem ſuprà ſcriptam de ipſis ſerviandum, ſalva remaneant nobis, Prelatis, Baronibus, Nobilibus & quibuſlibet aliis regni noſtri jura quæcunque, quæ nobis & aliis perſonis ſuprà dictis competeant ante capſionem prædictam. In cujus rei teſtimonium & munimen præſentibus literis noſtris tecum apponi ſigillum. *Datum apud Martiſionem ſecunda die Martii anno Domini milleſimo trecentefimo undecimo.*

4. Nos igitur tuam devotionem in Domino commendantem, tenore præſentium concedimus & volumus, ut ſi Ordinem prædictum diſſolve contingat, ipſa bona cum juribus ſuis, honoribus & oneribus ſalva remaneant ſubſidio terræ ſanctæ ſecundum ordinationem ſuprà ſcriptam de ipſis per nos faciendam, quodque remaneant & ſint ſalva tibi, Prelatis, Baronibus & quibuſlibet aliis regni tui, jura quæcunque quæ tibi & ipſi competeant quocummodo in bonis ipſis ante capſionem prædictam. *Datum Vienne 8. Id. Martii, Pontificatus noſtri anno ſepimo. In cujus rei teſtimonium ſigillum Curie Paris, præſentibus literis duximus apponendam. Datum anno & die prædictis.*

5. Et ego Jacobus de Virtute Clericus Cahalaunenſis Diocæſis, publicus Apoſtolice ſacroritate Notarius, prædictas literas Apoſtolicas vidi & tenui, & de eisdem ad præſens ſummum ſeu tranſcriptum collationem diligenti feci anno & die prædicta in domo quam inhabitavit Paris in vico Clithare, in ditione decima, Pontificatus prædicti D. Clementis divina providentis Papæ quimi anno ſepimo cum viris venerabilibus & diſcretis Domino Pheliſto Columbi, Canon. S. Marcelli juxta Paris, Joanne de Virtute Notario publico & Guſtavo filio Robini Clerici: & quæ concordare invenii, hic me ſubſcripſi, & ſigno meo conſueto ſignavi rogatus. *Et à côté eſt le ſeu double de Virtute Notaire, & eſt le da tranſcripte ſeu de ſeu de la dite Officialité en cure veris*

VII. (c) *Littera Philippi Regis ad Clementem Papam, qua conſentit, ut bona Ordinis Templi transferantur in Ordinem Hospitalis S. Joannis Hieroſolymitani juxta Concilii Vienneniſis decretum. Paris. 12. Aug. 1312.*

 Antiquiſſimo Patri Dominico C. divina providentia ſacro ſancti Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Philippus* eadem gratia *Francorum Rex*, pedum ocula beatorum, Pater Sanctiſſime, cum ſuper in Concilio generalis Vienneniſi propter hereticeſ, enormitates, & ſeclera reperta in Fratribus tui. Ordinis nomine Templi tanquam inducitur, odioſum & abominabilem per ordinationem ſeu diſpoſitionem Apoſtolicam, veſtra Sanctiſſimo Ordinem eundem, ſtatum & nomen ipſius tollere cuſaveris ad Eccleſiam ſanctæ Dei, noſque B. amicum veſtra affluſum præbuerimus, quod de bonis quondam Templi in regno noſtro conſiſtens, nobis eadem tranſferendo in novum Ordinem, vel in aliquam militarem ſocietateſ prout ſecundum Deum pro ſubſidio Terræ Sanctæ viderit veſtra beata circūſpectio expedire. ſanctiſſime veſtre ſanctiſſime deliberati nobis obſerventibus in hoc reſolūti, quod in hoc Ordine prælati cum ſuis honoribus & oneribus in *Fratre & Ordinem Hospital. Sancti Joannis hieroſolymitani* per ordinationem Apoſtolicam tranſferentur pro Terræ Sanctæ ſervicio, & quæ habitantur deputatis, ſicut & bona Ordinis Hospital. eſſent. Nos itaque quorum inter ſe, cum bonis prædictis, quæ tamen in regno noſtro ſunt, ſubſiſtunt, *guarda ſpeciali* & pro ead. one conſultam, & in eis ad nos jux Patronatus mediæ vel immediate pſonariæ pſimere videtur, ad huiusmodi conſentimus, petendum aut cum Prelatis in Concilio congregatis lucrum per vos inducitur, quia ſanctiſſime veſtra diſpoſicere & ordinare, quod per ſed. in Apoſtolicam ſic dictorum Hospitaliorum Ordine regulariter & reſortantur tam in capite quam in membris, quod Deo, Eccleſiaſticis perſonis & ſecularibus eſſet acceptabilis, non autem inſultus, ſed ſubſidio Terræ Sanctæ quam plurimum fruſtuofus, ſic etiam providetur, & diſpoſicere ut de bonis prælatiſ omnibus, quod reſervatis bonis omnibus alienatis utriusque Ordinis fruſtus, præventus & redditus eorundem bonorum utriusque Ordinis, ſed: quæ expenſis neceſſariis pro cuſtodia & adminiſtratione honorum & ſorum, fideliter ac integre converterentur in ſervitium & ſubſidium ſupradictum. Et que veſtra Sanctitas ſacro approbante Concilio ordinavit, & ordinationem huiusmodi in dicto Concilio ſolemniter publicavit. Nos igitur diſpoſitionem, ordinationem & translationem huiusmodi acceptamus & ei noſtrum præſertimus aſſenſum, juribus omnibus, nobis & Prelatis, Baronibus, Nobilibus & aliis quibuſcunque regni noſtri ante prædicta competentibus in bonis prædictis, ſalvis perpetuè nobis & eis. In quorum teſtimonium, & munimen ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendam. *Datum Parisiis die 14. Auguſti, Anno Domini milleſimo trecentefimo duodecimo. Et ſunt ſeu double Litteræ ſanctiſſime ſeu double quæ ſe Parisiis, d. un grand Jean de sire Jean.*

VIII. *Formula pacis publica quam inter se cives Moguntinenses, Colonienses, Wormatienses, Argentinenſes, Baſilienſes, & alia civitates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Comites, & nobiles fecerunt ad annos decem, incipiendo ab anno 1255. Statutaque a confederatis lata annis 1254. 1255. & 1256.*

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis Amen. Judices & Consules & universi cives Moguntinenses Colonienses, Wormatienses, Spirenses, Argentinenſes Baſilienſes & alia Civitates Sanctæ pacis fœdere conjuratae omnibus Christi fidelibus salutem in eo qui auctor est pacis & principium salutis. Cum terrarum pericula & viarum discrimina nonnullos ex nostris jam per multum temporis discesum destruxerint penitus, & plerosque bonos & idoneos traxerint in ruinam, ut innocentes opprimerentur sine calculo rationis; ad obviandum hujusmodi tempestatibus & procellis modum rimari oportuit & perquiri per quem nostri saltim termini & districtus omnia aequitatis digressione possint ad pacis orbitam revocari.

1. Hinc est quod nos serie præsentis scripti cupimus innotescere universis, quod nos, cooperante Domino Jesu Christo pacis auctore ac amatore, per quem totius boni exordium est & via; propter culturam pacis & justitiæ observationem convenimus unanimiter in hanc formam, præstitis juramentis nos invicem astringendo a festo St. Margaretae nunc instanti ad decem annos; videlicet anno Domini 1253. *pacem generalem* juravimus firmiter observare. Quam utique pacem venerabiles Patres ac Domini G. Moguntinus, Conradus Coloniensis, Arnoldus Trevirensis, Archiepiſcopi; Ricardus Wormatiensis, Henricus Argentinenſis, Jacobus Metensis, Bertoldus Baſilienſis, Epiſcopi; nec non multi Comites & Nobiles terra nobiscum juraverunt *sua ibelonia injusta esse*, sicut & nos tam in terris, quam in aquis benigne & liberaliter relaxantes. Tanto quoque fœdere firmitatis servabitur hoc promissum, ut non solum majores inter nos hoc communi præsidio gratulentur, verum universi minores cum majoribus clerici, seculares & omnes religiosi cujuscunque sint ordinis, laici & Judei, hac tuitione perfrui se gaudeant, & in tranquillitate sanctæ pacis valeant permanere.

2. Quicumque vero hujus pacis violatores ac perturbatores extiterint, contra illos totis viribus insurgemus ipsos usque ad condignam satisfactionem compellendo. Propter quaestiones tamen, quæ jam inter pacis fœdere conjuratos habentur ac fortassis in posterum emergere videbuntur, ne de his quod absit, nunc aut in futuro fomes discordiæ vel liris occasio valeat suboriri, inventum est circa hoc remedium salutare, quod videlicet in qualibet civitate, vel in quolibet domino nobis conjurato quatuor viri fide digni adjurati super hoc eligantur, qui auctoritate plena ipsis super hoc tradita sub debito juramenti universas quaestiones per amicabilem compositionem, vel per justitiam terminabunt.

3. Quod si per jus aut per amicabilem viam has causas discindere nequiverint & sopire, quicumque quatuor juraverunt, quod sius dominus aut sua civitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur juxta juris ordinem perfolvendum, idem Dominus vel civitas super eo, quod ei imponitur penitus absolvatur: si vero horum quatuor aliquis discesserit, alius loco sui substituetur.

4. Si pax in aliquo Dominio, vel in aliqua civitate fuerit perturbata, prædicti quatuor a Dominis vel a civitatibus ad hoc deputati propter perturbationem pacis & super negotio pacis tractando convenient, & de consilio communi tractabunt, qualiter id honorifice valeat referri & sanctæ pacis forma possit stabiliri.

5. In nomine Domini Amen. Anno Domini 1294. in octava sancti Michaelis, convenientibus nobis in unum *conjuratis civitatibus* tam superioribus, quam inferioribus pro pace servanda in *civitate Wormatiensi*, habito colloquio & tractatu diligenti super his quæ *paci* attinentur *generali*; ad honorem Dei & sanctæ Matris Ecclesiæ nec non sacri imperii, cui nunc præest serenissimus Dominus noster *Wilhelmus Romanorum Rex*; & ad communem utilitatem æqualiter divinis & pauperibus ordinavimus hæc statuta rite & inviolabiliter observanda, ut exinde gaudeant pauperes & majores, *clerici*, seculares, religiosi, *laici* & *Judei*, nolentes in eorum exemptione, quæ visa sunt Republicæ expedire, rebus parcere vel personis, interclusis nobiscum principibus & dominis *conjuratis*.

6. Primo statuimus quod nullas expeditiones faciemus, nisi sint de consilio sano civitatum & communitatum & maxime ad illa loca, ubi magis necessarias habuerimus; nos invicem pro viribus adjuvantes & gravamina nostra pariter sustinentes.

7. Item constituimus, quod nulli communi paci resistenti & nobis, juramenti * nulla vjctualia ab aliqua civitate aut ab aliquo Domino nobis conjurato arma aut aliqua subsidia exhibeantur sive a Christianis, sive a Judæis.

8. Item ut nihil eis credatur, aut mutuo concedatur in nostris civitatibus qui paci contrarii sunt & nobis.

9. Item statuimus, ut nullus civium in quacunque civitate familiaritatem cum ipsis habeat aut ipsis præstet consilium, auxilium, & favorem. Ita quod si hoc est notorium & manifestum, sicut per verba ipsius poterit comprobari, extra civitatem ejicietur, & in rebus & ædificiis suis in tantum punietur, ut alius sit exemplum ea de cetero dimittendi.

10. Item si quis militum extra munitionem domini sui nobis adversantis nos persequitur, aut gravet, suum dominum contra pacem generalem juvando; super hujusmodi personam & res, qualescunque fuerint, respectum habebimus, nos in ipso quocunque modo possumus vindicando. Et si idein in aliqua civitate comprehensus fuerit, tenebitur usque ad condignam satisfactionem. Villani vero quorum tutores esse volumus, & defendere contra injurias, si pacem nobiscum servaverint; Si tales contra nos processerint, nos contra ipsos vindicta debita insurgemus, & comprehensos in civitatibus sicut malefactores nostros puniemus.

11. Item volumus, ut civitates omnes attrahant & adducant ad se *naves in passagiis*, seu vicinis, ut nullum sit passagium, nisi ante civitates conjuratas, ne inimicis pacis ullus *Rbeni* transitus concedatur, vel aliud exinde commodum valeant reportare.

12. Item statuimus, ut si quis Dominorum vel militum pacem nobiscum adjuvet promoveri, etiam pacem pro viribus tueatur; qui vero pacem nobiscum non juvaverit exclusus a pace generali permanebit.

13. Item statuimus, ut quicumque *jacebit in pigrore* in civitatibus nostris, à civibus & conjuratis pacem in omnibus habeat; Ita quod non sinemus eum in nostris civitatibus ab aliquibus, quamdiu in illis fuerit, perturbari; ipsum immo pro viribus defendemus, & habebit pacem intrandi civitatem & exeundi.

14. Item,

14. Item, si quis fidejussorum fidem suam violaverit, non jacendo in pignore, cum super hoc a civitate conjurata ter commonitus fuerit: creditor vel fidei receptor potest eum per Judices civitatis licite pignoraie, & in nostræ civitatis pignora deducere.

15. Super omnia affirmamus, volentes summo conamine laborare ad hoc, ut domini & comprovinciales nostri pacem & concordiam nobiscum & nos cum eis feliciter habeamus, ita ut ipsi in suo jure permaneant, & nos in nostris juribus persistamus.

16. Item firmiter sub pœna districta inhibuimus, ne aliquis civium, dominis, quamvis nostri sint adversarii, nullatenus obloquatur, volentes non eo minus in ipsis nostras injurias vindicare, tamen ipsos dominos prius commonentes, ut à sua desistant injuria, ne contra ipsos procedere cõpellamur.

17. Item ordinavimus ut de civitate Mogontina civitatibus inferioribus scribatur, quatenus quid tangit hoc negotium, & de Wormacensi civitate superioribus: tam querelæ, quam alia negotia nostra, quælibet per eorum literas exprimentur, & nostri injuriatores commoneantur: læsi vero suis expensis mittent nuncios.

18. Item promisimus, quoniam sæpe indigemus: ut in quocunque loco colloquium indixerimus, Domini & civitates suos solemnes nuncios mittant illos quatuor, qui ad hoc deputati sunt, vel partem eorum, secundum quod tractatus negotii tunc agerantis expetit, qui plena autoritate a suis civitatibus super ordinandis quibuslibet perfrauntur, & ibidem statuta suis civitatibus revelabunt: omnes vero cum nunciis civitatum equitantes vel ad ipsos venientes pacem habebunt, ita quidem ut nullo judicio occupari possint.

19. Item inhibuitur est, quod nulla civitatum sibi assumat cives non residentes, quod vulgo appellatur *Paleburger*.

20. Item promisimus firmiter, quod si quis conjuratorum pacis pacem intregerit, nos velle celerius contra eum, quam contra extraneum procedere, & ipsum ad emendationem sufficientem compellere.

21. Item promisimus, nos & dominos conjuratos invicem fideliter literis nostris præmunire super omnibus, quæ percepimus de æmulis nostris, ut & de aliis, qui nobis obesse possunt, ut maturo nobis consilio provideamus.

22. Item statuimus, ut nullus præsumat curias aut domus clericorum secularium, religiosorum quorumcunque, griseorum, nigrorum, alborum monachorum, vel monialium & aliorum religiosorum cujuscunque sint ordinis, ingredi violenter, aut ab eis hospitia, victualia, aut servitia, aut quælibet contra eorum requirere voluntatem, aut ullatenus extorquere. Si quis autem hoc temere duxerit attemprandum, reputandus & judicandus est tanquam pacis publicæ violator.

23. Item statuimus, quod quælibet civitatum ab his, qui pacem nondum juraverunt, sibi vicinis & propinquis exiget & requirit, ut pacem jurent: quod si facere neglexerint, à pace segregari erunt penitus & exclusi, ita ut nullus pacem in personis & rebus eorum, si contra eos quisquam fecerit, violenter aut perturbet.

24. Item volumus, quod omnes conjuratores tam domini, quam civitates & alii se præparent adeo decenter & honorifice armari, ut cum necessitatem habuerimus, & super hoc requisiti fuerint, omni hora paratos inveniamus.

25. Item statuimus, quod civitates de Mosella usque ad Basileam centum naves bellicas & civitates inferiores quingentas naves bellicas honestas & cum sagittariis præparatas [s. habeant] & quælibet civitas pro posse se decenter & potenter cum armis equitariis & pedes [s. pedestribus] præparet.

26. Item Anno Domini 1251. in festo Apostolorum Petri & Pauli convenientibus nunciis Dominorum ac civitatum confœderatarum in

Moguntia, præfente Domino de Waldeke, Imperialis aula Justituario, statuimus firmiter sub pœna 10. marcarum Colonienſium ad fabricam cujulcne civitatis, ubi hoc infringetur; videlicet quod nullus Judæus plusquam duos denarios ad ſeptimanam de libra reciperet in eadem quantitate de Coln. Hall * & Argentorato. Si vero aut annum cum ipſo pactaretur & conveniretur Judæus recipere debeat quatuor nuncios de libra, & ſic de ſingulis. Opus enim erat his inſtitutis, quia Chriſtiani uſurarii excommunicantur & per judicium ad reſtituendas uſuras coarctantur.

27. Item depoſuimus ibidem cives, qui dicuntur *Balburger* ** totaliter & de pleno, ita quidem de cetero nulla civitatum tales habebit & recipiet. Illi vero quos recepimus, & recepturi ſumus, *refidebunt* nobiſcum una cum uxoribus & familia ipſorum cotidie per totum annum, excepto tamen, quod temporibus meſſium exhibunt una cum uxoribus ſuis ad rus pro colligenda annona in vigilia Sanctæ Margarethæ, & non revertentur uſque in diem Laurentii. Ita tamen, quod medio tempore relinquunt in domibus ſuis familiam competentem, neque carebunt domus eorum igne & fumo, & erunt apertæ ſecundum conſuetudinem domorum, quæ inhabitantur.

28. Item tempore autumnali in die Sancti Mauritiî poterunt exire ad rus ſimiliter per tres ſeptimanas vinum ſuum congregando, domibus eorum, ſicut eſt præhabituſ, procuratis.

29. Item Convenientibus civitatibus apud Wormatiam in colloquio generali anno Domini 1255. in aſumptione Sanctæ Mariæ Virginis glorioſe ſtatuimus ibidem, ut in omnibus civitatibus & locis conjuratis ad pacem, quilibet hominum habens in valore bonorum *ad quinque libras ſuæ monete* & ultra, dabit ſingulis annis in quadrageſima unum denarium quàm pecuniam congregabunt in qualibet civitate viri quatuor idonei ad hoc deputati & jurati: de qua elemoſina ædificabitur domus pacis; uſuras etiam ibidem quantum in nobis fuit & eſt, condemnamus, formam pacis per omnia confirmantes.

30. Item indiximus colloquium apud Argentinam in feſto Michaelis pro pacis negotio conſervando, ad quod accedentes nuncii civitatum captivati ſunt *ab Emichone Comite de Liningen in villa Herde*, clam & ſub noctis ſilentio, Arnoldus Camerarius, Fridericus Scultetus Mogontienſis, Wolframus miles, Henricus & Richardus Wormatienſes, & deducti in caſtrum Landeke, anno Domini 1255. in vigilia Sancti Michaelis. Poſtea ſtatim ad habendum tractatum pro eodem convenimus apud Wormatiam in die Sancti Calixti. Conſtituimus *quatuor colloquia generalia* pro ſanctæ pacis negotio in perpetuum in hunc modum conſervanda. *Primum* erit apud Colonienſes in Epiphania Domini. *Secundum* apud Mogontienſes in octavo Paſchæ. *Tertium* apud Wormatienſes in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. *Quartum* apud Argentinam in nativitate Beatæ Virginis. Ad quæ colloquia *

31. Nomina Dominorum qui Sanctam pacem cum civitatibus juraverunt. *Gebehard Archiepiſcopus Mogout. Chunez Archiep. Colonienſ. Arnold Trever. Archiepiſco. Richardus Wormatienſ. Epicoſopus, Henricus Argentin. Epicoſopus, Gerbard Baſilienſ. Epicoſopus, Jacobus Mettenſ. Epicoſopus. Abbas Földenſis. Ludwich Palat. Rheni Dux Bavarie, Chunez Comes Silveſter, Witberus Comes de Chatzenelnbogen, Fridericus Comes de Liningen, Pertold Comes de Zigenbagen, Emicho Comes Silveſter, Goſtridas Frater ſuus, Dominus Poppo Comes de Duriugen, Ulricus Comes de Ferrero * Com de Vimburcb; Domina Sophia Landgravia Turingie Domina Udelbildis Comitiffa de Liningen; Domnus de Trimpercb, Ulricus de Manzenbercb*

** Vulgo Pſalbürgen.

bercb, Gerlatus de Limpurch, Philipp de Trachenfels, Philipp de Valchenstein, Dominus de Stralbach [Stralenbercb]; i'ncerna de Erbach, Werner Dapifer de Alzera; Henricus de Erbach; Rumpold de Stainab, Gebbardus de Hornbercb.

32. Nomina Civitatum confœderatarum ad pacem generalem, *Mogontia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentina, Basilea, Thirigum, Fridbercb, Brisacum, Colmaria, Slezeslat, Hagenowia, Wietzenbercb, Nivstat, Wimpina, Heidelbercb, Lauternbercb, Oppenbeim, Franchnfort, Fridbercb, Weizlaria, Galenbusen, Marbpurch, Agilsvelt, Grunpercb, Hirvelden, Valda, Mulenbusen, Aschabenbercb, Salislat, Pingia, Erpac, Wacheracum, Belsia, Poardia, Andanacum, Bnna, Nuyfia, Aquis sedes regalis. In Westphalia Munster & alie civitates plus 00. cum civitate Berenmensi.*

33. Item congregati fuimus coram Serenissimo Domino nostro *Wilhelmo Rege Romanorum apud Oppenbeim* in vigilia Sancti Martini & ibi coram ipso & de ejus voluntate hæc statuimus anno Domini 1255 in vigilia beati Martini. In nomine Domini Amen: Ab ipso Domino Rege nostra quatuor colloquia fuerunt constituta, & ibidem inter civitates & Dominos ac nobiles terræ per dictum Dominum nostrum Regem concordia super omnibus fuit stabilita ab utraque parte, sicut in litteris domini Regis desuper confectis plenius continetur; ibidem & accedente consensu Domini Regis statuimus & renovavimus sub debito juramenti firmiter conservari promittentes, ut quicumque *nuncios in pacis negotio* destinatos captivaverit vel spoliaverit aut aliquas eis molestias vel gravamina in rebus irrogaverit aut personis, nos continuo omni mora & occasione postposita sine dilatione quaslibet totis viribus collectis & universis proclamatis ad perpetuum ipsius exterminium & fautorum sui, coadjutorum ejusdem taliter procedemus, ut alii metu pœnæ nunquam audeant similia perpetrare, nullas [excusationes] recepturi, sed excessus per omnia vindicantes. Adjectum est; & si aliqui ex nobis hujusmodi malefactoribus nostris aliqua victualia vel vestes sive aliqua alia mercimonia ministrarent; tales à nostris civitatibus cum eorum familia ejiciamus, domos & ædificia eorum funditus dirumpentes & eos perpetuo a nobis excludentes.

34. Item convenientibus nobis in unum in primo colloquio statuto in civitate Colonia Anno Domini 1256. in Epiphania domini, multa utilia de *Sanctæ pacis* negotio pertractantes; statuimus ibidem: quod si aliqua civitatum fœdere pacis conjuratarum ab aliquo fuerit gravata, ipsa civitas, si poterit, per se vindicabit; sin autem, viciniore suos convocabit ad vindictam, & si talis fuerit adversarius, quod in hoc non poterunt procedere sufficienter, nos omnes totis viribus nostris coadunatis, sicut proprium diligimus honorem, contra tales insurgemus, nostras injurias & gravamina communia reputantes.

35. Indiximus & ibidem expeditionem generalem super omnes violatores in octava Sanctæ Walpurgis *Item post obitum Serenissimi Domini nostri Wilhelmi Rom. Regis piæ memoriæ* convenimus Mogontia anno Domini 1256. Dominica Reminiscere; ubi etiam multa sanctæ paci utilia tractavimus, quo Rege caruimus.

36. Statuimus ibidem, quod quælibet civitas se ad arma pro posse præpararet, & insuper soldarios & sagittarios haberet, per quos cum necessitatem habuerimus, subito invicem in auxilium venire possimus, illis vero Dominis, militibus sive aliis, qui pacem non intrassent, nullum auxilium præstaremus. Bona & regalia regni quamdiu vacaret re-

gnum, totis viribus defendere pronisimus, unicuique in sua possessione permanente.

37. Ad salutem etiam totius populi & terræ statuimus & promissimus ibidem sub debito juramenti, quod si *Domini Principes ad quos spectat Regis electio* forsitan plus, quam unum eligerent, vel eligant, quod nos nulli illorum altabimus verbo vel opere, aut aliqua servitia exhibebimus, clam vel aperte, aut mutuum dabimus, vel in aliquam civitatem intronitremus, neque fidelitatem juramenti præstabimus. Si vero aliqua civitatum hoc infregerit, perjura & carens omni honore reputabitur & contra illam & ejus perpetuam destructionem totis viribus insurgemus. Si autem Principes unum dominum in Regem elegerint, illi continuo sine omni contradictione servitia debita & honores exhibebimus. Insuper omnia sanctæ pacis per nos statuta ibidem inviolabiliter conservare promissimus.

38. Item convenimus in Mogontia anno Domini 1556. in crastino Ascensionis Domini, tractantes ibidem qualiter honeste in vigilia Sancti Johannis Baptistæ tunc instante Franchepfort *ad electionis terminum a Principibus statutum* accederemus, & omnia ad promotionem sanctæ pacis ibidem tractaremus, quia solemnes nuncios & literas nostras Principibus super præmissis transmisseram.

39. Expeditionem etiam in octava Sancti Johannis Baptistæ ibidem super pacis violatores indiximus.

IX. (a) *Rudolphi I. Cesaris forma pacis & ordinatio per terras Austriacas ejecto inde Ottocaro Bohemia rege. Vienna III. Non. Dec. 1276.*



Nos Rudolphus D. G. Rom. Rex & semper Aug. omnibus in perpetuum. Cupientes itarum bonum veterem reformare, & emergentia in melius commutare, jus suum unicuique tribuere, prout imperialem respicit Majestatem, *formam pacis* ad consilium Principum, tam Ecclesiasticorum, quam secularium, Comitum, Baronum, Ministerialium terrarum Austriæ, Styriæ, Karinthiæ, & Karniolæ deinceps sub tenore inferius annorato districtè precipimus observari. Quidquid damni factum est tempore guerræ nostræ videlicet & incliti Regis Bohemorum in bello publico, vel ad mandarum nostrum, vel motu proprio fervorum nostrorum, videl à festo nativi atis Sancti Joannis Baptistæ, anni Domini M. CC. LXXVI. usque ad præteritum publicationem. *de hoc iudices non habebunt potestatem aliquam judicandi; sed erit in gratia nostra*, qualiter nostris resarciamus servitoribus dampna sua.

2. Item si servitores alterius nostrum se mutuo offenderunt; de talibus dampnis habebunt potestatem iudices judicandi secundum terræ consuetudinem hæctenus approbatam. Item habebunt potestatem iudices judicandi de dampnis illatis monasteriis, viduis, orphanis, hospitalibus, quæ dictæ guerræ patricipes non fuerunt, hoc adhibito moderamine, quod dictæ personæ se non reddant difficiles sive graves, si læsores voluerint componere cum offensis, & talem compositionem iudices non impediunt, imo promoveant quantum possint bona fide. Item quicumque fuerit ad iudicem evocandus, coram quo causa fuerit agitanda, citabitur literis iudicis, pro quibus quatuor

quatuor denarios Notario tantum dabit & si citatus negaverit se citatum; hoc iuramento declarabit, alioqui habebitur pro citato. Item quidquid terminatum est coram iudice competente juris ordine observato, hoc habebit perpetuam firmitatem. Quidquid vero per vim, metum, & per impressionem regis Bohemiæ vel aliorum majorum terræ, vel generum vicem regis, vires nullatenus obtinebit; sed ad statum debirum reducetur, secundum jus & terræ consuetudinem approbatam.

3. Item si tempore illo quo non fuit iudicium in terra aliquis prætermisit jus suum prosequi, huic cursus temporis & *prescriptionis* exceptio, si deinde jus suum prosequi voluerit, non nocebit. Item si convictum legitime coram iudicio de aliquo crimine aliquis in suum domicilium receperit scilicet scienter, nisi iuramento potuerit innocentiam declarare, vice rei falsificat conquirenti, & nihilominus convictum dimittat sine mora, & iudici poenam solvet juxta terræ consuetudinem approbatam.

4. Item nullus impediatur Principes, Archiepiscopos & Episcopos, (*) Abbates, Præpositos vel alios Prælatos, Comites, Barones, Ministeriales & quoscunque alios, quando cum suis vassallis, propriis hominibus & aliis suis subditis faciunt, quod viderint expedire, & quod fuerit consonum rationi. Item nullus recipiat & teneat *homines proprios* alicujus, vel alio iusto titulo alteri alienantes, contra domini voluntatem, salvis juribus, libertatibus & privilegiis civitatum, municipiorum, seu aliarum communiarum eis competentibus ex imperiali munificentia, & à terrarum principibus & approbata consuetudine ex antiquo; & si receptor non inficiatur se domino attinere, receptor dimittat & restituat sine mora, per iudicem ad instantiam domini requisitus; alioqui receptor poenæ nomine solvat X. libras, & iudici nihilominus quinque libras, & iudex compellat ad solvendum hujusmodi receptorem; si vero negaverit conquirenti domino attinere, receptor pro ipso coram competente iudici respondebit juris ordine pro recepto. Et si in utroque casu causa pendente domino occurrerit, tenendi eum vel captivandi habebit liberam facultatem, & propter hoc poenam aliquam non incurret.

5. Item districtissime inhibemus, ne quisquam teneat homines alterius, titulo qui dicitur *Muntman* (**) & si receptor per dominum requisitus non absolverit vel dimiserit sic receptum, solvet domino V. libras, & ad solutionem talis poenæ & liberationem ipsius recepti, receptor per iudicem compellatur.

6. Item contra homicidas iudices non procedant, usque ad anni spatium à Nativitate domini proximè venturæ & iterum homicidæ componant amicabiliter cum offensis, alioqui fiet justitia conquirenti. Item districtissime prohibemus, ne fiant pignorationes, vel alia injuriæ cuicunque, sine auctoritate iudicis competentis. Alioqui contra faciens secundum jus terræ, vel terræ consuetudinem puniatur.

7. Item auctoritate imperiali tollimus & finaliter irritamus omnes *mutas*, (***) *thelonea*, vectigalia & *pedagia*, de novo imposita, per aquas & terras, antiquis secundum terrarum consuetudinem ab antiquo hætenus observatam in suo robore duraturis. Alioqui contra faciens, se sciat nostra gratia cariturum, & secundum quod nostra providentia dictaverit, puniendum.

8. Item imperiali providentia strictissime inhibemus, ne quisquam in præiudicium alterius infra leucam *castrum adificet*, vel munitionem, & si factum fuerit, per nostros iudices præcipimus demoliri. Item imperiali munificentia indulgemus, ut reedificandi & muniendi habeant liberam facultatem

(*) Scilicet, qui intra terras enumeratas habent prædia prout Salisburgensis, Bambergensis, Pataviensis, Frisingensis, Ratubonensis, Gurcenensis &c. (***) Jure protectionis.

(***) Muta, Maut.

cultatem omnes, qui præter juris ordinem & sine causa legitima destructionem castrorum & munitionum (per) Regem Bohemiæ vel quoscunque alios sunt perpeffi, & nihilominus inhibitiones factas per dictum Regem vel quoscunque alios de non muniendis castris vel municipiis finaliter revocamus. Castra vero & munitiones, quæ per sententiam & juris ordinem sunt destructa, reædificari nullatenus permittimus, sine nostra licentia speciali; & si constructa sunt, præcipimus per nostros judices demoliri.

9. Alia omnia secundum jus & terrarum consuetudinem hætenus approbatam, libertates & privilegia Principum Ecclesiasticorum & secularium, Comitum, Baronum, ministerialium, & aliorum quorumlibet, per judices competentes, juris ordine decidentur; & hoc terrarum iudicibus injungimus firmiter exequendum, si gravem voluerint effugere ultionem. Forma præsentis pacis à die publicationis incipiet deinceps usque ad Nativitatem domini. & abhinc per quinquennium continuum duratura, nec ququam gaudebit dicta pace, nisi qui juraverit intra Epiphaniam Domini formam dictæ pacis se firmiter servaturum, & si dubium fuerit de aliquo, an juraverit taliter, cum alio qui juravit juramento proprio & secum declarabit se jurasse. Actum Wiennæ anno Domini M. CC. LXXVI. III. Nonas Decembris.

**IX. (b) *Laudum Concordiæ inter Rudolphum Romanorum & Otto-
tocarum Bohemiæ Reges, ubi & Ottocari filio Rudolphi filia
& Rudolphi filio Ottocari filia desponsata fuit.***



Nos B. Herbipolensis, Bruno Olomucensis Episcopi; L. Comes Palatinus Rheni; Marchio Braudeburgensis; arbitri Domiuorum Romanorum & Bohemiæ Regum, super quæstionibus, quæ inter ipsos super divisis terris & principatibus vertebantur, arbitrando pronuntiamus: quod revocentur & retractentur, immo revocata sint omnes sententiæ præscriptionis, excommunicationis, & interdicti, privationis & quæcunque aliæ promulgatæ contra Regem Bohemiæ, & adhærentes sibi, quocunque nomine censeantur.

2. Item pronuntiando arbitramur, quod inter ipsos Romanorum, & Bohemiæ Reges, plena sit Concordia, pax firma, & sincera reconciliatio sine qualibet captione, & servitores utriusque Regum, quocunque nomine censeantur, huic paci & Concordiæ, ac reconciliationi cum sinceritate firmissima includantur, castris eorum, munitionibus, possessionibus, & hominibus ab alterutro Regum, vel a suis ipsis contra jus ablatis cum integritate debita restitutis.

3. Item arbitramur, quod Dominus Rex Bohemiæ cedat simpliciter & præcisè omni Juri, quod habebat, vel habere videbatur in terris & hominibus cujuscunque conditionis existant, Austria videlicet, Styria, Charinthia, Carniola, Marchya, & Gorritia, ac Portusnah.

4. Item arbitramur, quod nos deinceps * non impediat Archiepiscopos, Episcopos, Comites, Barones, ministeriales, & quoscunque alios quocunque nomine, vel dignitate censeantur, in castris munitionibus, possessionibus, juribus, hominibus sitis in terris superius nominatis.

5. Item pronuntiamus liberos, & solutos omnes, utriusque partis obsides, & captivos, & fideiussores quocunque nomine censeantur, nuncupentur.

6. Item pronunciamus, quod Dominus Rex Romanorum exceptisteris & hominibus supradictis infeudabit Dominum O. Regem Bohemiam, & liberos suos de omnibus feudis, scilicet Bohemiam, Moraviam, & aliis quibuscunque, quæ ipse & Progenitores sui de jure ab Imperio noscuntur hæcenus tenuisse.

7. Et ut prædicta pax, concordia & reconciliatio perpetuam obtineant firmitatem, & partes mutuo sinceriorum se diligant, & conjuncti efficacius in plena amicitia solidentur, pronunciamus arbitrando, quod Dominus O. Bohemia Rex tradat suam Filiam in uxorem Filio Domini R. Regis Romanorum. & idem Rex Bohemiam dabit seu etiam resignabit simpliciter & præcise Domino R. Regi Romanorum terras, & possessiones in Austria, quas hæcenus proprietatis vel feudis titulo tenuit, vel sua pecunia comparavit, & easdem terras seu & possessiones Dominus Rex Romanorum suo Filio obligabit, pro XL. millibus marci argenti, quas eidem Filio suo in donationem propter nuptias deputabit, salvo in utroque casu Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Mynisterialibus, & aliis hominibus, jure quod in castris, munitionibus, possessionibus, & feudis, quæ vacare cæperunt, idem in districtu dictæ terræ habent, seu hæcenus habuerunt, & ab ipso Filio suo dictam terram redimet ipse vel successor ipsius, qui pro tempore fuerit pro pecunia nominata. Et, si idem Filius sine hæredibus decesserit prædicta bona apud Imperium remanebunt, nec ad uxorem ipsius Filiam Regis Bohemiam, quibuscunque [modis] bona hujusmodi devolventur. Et Dominus noster Rex Romanorum tradet Filiam suam in uxorem Filio Domini O. Regis Bohemiam, & dabit Rex Romanorum Filio Regis Bohemiam XL. millia marcarum argenti dotacioni nomine, & pro illis obligabit sibi redditas quatuor milliū marcarum argenti in terra Austria ultra Danubium versus Bohemiam, Moraviam, & Ungariam, Cremsa & Stain. oppidis duntaxat exceptis, cum suis pertinentiis, salvo, & in hac parte Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Mynisterialibus, & aliis hominibus jure, quod in castris, munitionibus, possessionibus, & feudis, quæ vacare ceperunt, eidem, in districtu dictæ terræ habent, seu hæcenus habuerunt, & si quid defuerit in redditibus dictæ terræ, suplebitur in altera parte Austriæ citra Danubium juxta arbitrium nostrum videlicet vel arbitratorum qui à partibus nostris fuerint subrogati, & si quid superfuerit hoc Romanorum Regi, & Imperio sine difficultate qualibet remanebit.

8. Si vero Filius Regis Bohemiam sine hærede decesserit dicta terra ultra Danubium penes Regem Bohemiam titulo pignoris remanebit, nec ad uxorem ipsius Filiam Regis Romanorum de bonis hujusmodi devoluetur, & Dominus Rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram XL. millibus marcarum argenti a Rege Bohemiam redimendi, habebunt liberam facultatem.

9. Inter cetera specialiter arbitramur, quod Dominus R. noster Romanorum Rex recipiat specialiter in suam gratiam, & favorem Bultramum Civem Wiennensem, & Magistrum Ch. Mör cum suis parentibus, & amicis, & Civitatem Wiennensem cum omnibus Civibus, & hominibus, juribus, & possessionibus ipsius atrinētibz quocunq; vocabulo censeantur, nec permittat eos indebitè molestari.

10. Item specialiter arbitramur, quod magister Vlricus in Ecclesia Wiennēsi per Regem Bohemiam præsentatus, Mör nomine, Capellani, & alii Clerici in terra Austriæ, & Styriæ & alibi Ecclesias, & Ecclesiastica beneficia vel possessiones alias obtinentes contra jus nullatenus offendantur vel suis possessionibus contra juris ordinem spoliantur. immo in suo jure, favore, & gratia regia defendantur.

ACTA BOHEM. CUM CONCIL. CONSTANT. ET BASIL. 131

Leonardus de Kmeiczocyric	præsentibus duximus destinandas. Publicè coram & ore Profirentes & Protestantes; Quod ipse <i>Magister Johannes Huss fuit vir utique Bonus, Justus & Catholicus</i> , à multis Annis in Regno nostro, vita & moribus ac fama laudabiliter conversatus & comprobatus, Legem etiam Evangelicam & Sanctorum Prophetarum Novi & Veteris Testamenti Libros, iuxta Expositionem Sanctorum Doctorum & ab Ecclesia approbatorum, Nos & Subditos nostros catholicè docuit, prædicavit & multa in Scriptis reliquit, omnes Errores & Hæreses constantissimè detestando & ad detestandum eosdem Nos & cunctos Christi Fideles continuè & fideliter admonendo; Ad Pacem quoque & Charitatem quantum sibi fuit possibile, verbo, scriptis & opere jugiter exhortando: Iraque nunquam audivimus, nec intelligere potuimus, omni etiam Diligentia apposita, quod præfatus Magister Johannes Huss quenquam Errorem vel Hæresin in suis Sermonibus docuisset, prædicasset vel quovis modo asseruisset, seu nos vel subditos nostros verbo vel factò quoquam scandalisasset quynimo pie & mansuetè in Christo, omnes omnino ad servandam Legem Evangelicam & Sanctorum Patrum Instituta, pro ædificatione Sanctæ Marris Ecclesiæ & salute Proximorum, quantum potuit verbo & opere diligentissimè hortabatur; Nec Præmissa omnia in confusionem nostram & Regni nostri ac Marchionatus Præfatorum perpetrata vobis suffecerunt, quin potius <i>Honorandum Magistram Jeronymum de Prage, virum Sanctissimæ Eloquentiæ fonte manantem. Magistrum Septem Artium Liberalium & Philosophum utique illustrem</i> , non visum; non auditum, non confessum nec convictum, sed ad solam suorum & noitorum Proditorum Dilationem sinistram sine omni causa comprehensum incarcerastis, trucidastis & jam forte sicut & Magistram Johannem Huss crudelissima morte interemistis: Præterea ad nostrum, quod nimis dolenter referimus, pervenit Audientiam, & ex scriptis vestris collegimus evidenter, quod quidam Detractores Deo & Hominibus odibiles ac nostri Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ Æmuli & Proditores, coram vobis & Concilio vestro Nos & Regnum nostrum ac Marchionatum prædictos gravissimè & nequissimè detulerunt, asserentes licet falso, mendosè & proditoriè, quod in præfato Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ diversi Errores pullularunt, & corda nostra & multorum fidelium Indigenarum multipliciter & graviter infecerunt; Adeo quod	Bartholo ⁹ de Dobrawoda Zdenko de Prziendylovic Martinus de Dezdestalbic Zawisius de Dezdestalbic Petrus de Biłoh Zdzislaw de Dobrawoda Chyna de Pawlow Przicdbor de Lhoticz Rimeš de Pawlow Henricus de Dobroirice Petrus de Pohleyd Wenczesla ⁹ de Polna Johannes de Lestwicz Henricus de Crachowicz Mikra de Petrowicz
Bohunco de Beroivicz		
Bolech de Dilcolbic		
Johannes de Dilcolbic		
Wickon de Zhorz		
Mlynck de Dedypannyr		
Wilhelmus de Suluz		
Mathias de Guticz		
Odolenus de Slupna		
Sequuntur Nomina que infra scribuntur.		
Jarefius de Prallecz		
Sirifius de Pertolizic		
Laurentius de Bohdone-re		
Johannes de Prallecz		
Perkinaiz de Oltrow		
Boztiecho de Oltrow		

Johannes de Zbrasla - wucz	nisi lima Correctionis celeriter apponatur, Prædictum Regnum & Marchionatus cum suis Christi Fidelibus recipient animarum suarum irreparabile damnum ac ruinam : Equidem has atroces & perniciosissimas Injurias, nostris non exigentibus Demeritis, Nobis & Præfato Regno & Marchionatui licet mendose & false impostas quomodo sustinere possimus; cum per Gratiam Dei aliis fere omnibus Mundi Regnis sæpe vacillantibus, Scisma & Anti-Papas facientibus, Regnum nostrum Bohemæ Christianissimum, & Clarissimus Marchionatus Moraviæ, a tempore quo fidem Catholicam Domini nostri Jesu Christi susceperunt, tanquam perfectissimus Tetragonus, sine vituperio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ semper, constanter & indefinenter adhæserunt, & obedientiam sinceram exhibuerunt : Quantisque Impensis & Laboribus maximis, quantove sacro cultu & Reverentia debita Sanctam Matrem Ecclesiam & ipsius Pastores per Principes & fideles suos venerati sunt, universo orbi luce clarius patet; Et vos ipsi, si veritatem fateri voltis, universorum præmissorum Testes sitis: Ut autem juxta sententiam Apostoli, Provideamus Bona non solum coram Deo, sed etiam coram Homnibus, & ne propter Negligentiam celeberrimæ famæ Prædictorum Regni & Marchionatus nostrorum Crudeles erga Proximos nostros reperiamur; Deo habentes in Christo Jesu Domino nostro firmam spem, puram & sinceram Conscientiam & Intentionem; ac rectam orthodoxamque fidem: Tenore Præsentium V. P. & universis Christi Fidelibus innoscimus & insinuamus corde & ore publice profitentes, quod quicumque Hominum cujuscunque status, Præminentie vel Dignitatis, Conditionis, Gradus vel Religionis extiterit, qui dixit vel asseruit, dicit vel asserit, quod in præfato Regno Boemæ ac Marchionatu Moraviæ Errores & Hæreses pullulassent & nos ac alios Christi fideles ipsorum, ut præmittitur, infecissent, <i>Sola Persona Serenissimi Principis & Domini, Domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ & c Regis, Heredis & Domini nostri Gratiosi semotâ, quem in præmissis credimus & speramus innoxium; Omnis & quilibet talis, ut præfertur, ita mentitur in caput suum tanquam Nequam pessimus, Traditor & Proditor prædictorum Regni & Marchionatus nostri perfidissimus, ac solus utique Hæreticorum perniciosissimus, omnisque malitiae & nequitiae suo & Diaboli Filius, qui mendax est & Pater ejus: Nihilominus tamen præmissas</i>	Marquardus de Lhoticz
Smylo de Swabynaw		Wenceslaus de Lhoticz
Johannes de Nimowyod		Marfiko de Alberowicz
Petrus de Ksil		Pesiko de Alberowicz
Albertus de Velechow		Chyna de Gossiticz
Theodoricus de Lhoticz		Petrus de Miletyn
Prziedbor de Sperzicz		Slawco de Comorowicz
Ousso de Kamenicz		Nicolaus de Girzicz
Henricus de Lestyna		Johannes de Bystry
Wencislaus de Debrowicow		Trcolaus de Trziebliz
Marfiko de Skala		Johannes de Polna
Roprecht de Okrablicz		Benessius de Wlacziz

Wicko de Zchufficz	missas Injurias Domino cujus est vindicta & qui habundanter retribuit secundum superbiam nunc committentes; apud futurum Apostolicum quem Dominus Deus Sanctæ suæ Ecclesiæ præfecit unicum & indubitatum Pastorem, illas amplius & latius prosequemur; cui Deo volente tanquam fideles Filii in his quæ sunt licita & honesta Rationi & Legi Divinæ consona, Reverentiam & Obedientiam debitam exhibentes petemus & postulabimus in & super præmissis omnibus & singulis juxta legem Domini Jesu Christi & Sanctorum Patrum Instituta, Nobis & præfaro Regno & Marchionatu providere de Remedio opportuno: Præmissis tamen non obstantibus legem Domini nostri Jesu Christi ipsiusque Devotos, Humiles, & Constantes Prædicatores usque Effusioni Sanguinis, omni Timore & Statutis Humanis in contrarium editis posthabitis defendere volumus & tueri. Datum Pragæ Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto-decimo, die secundo Mensis Septembris in pleno Concilio Magnatum, Baronum, Procerum & Nobilium Regni Bohemæ & Marchionatus Moraviæ nostrorum sub appositione Sigillorum.	Nicolaus de Wlaczicz
Johannes de Zynzan		Petrus de Wyczar
Bohunco de Prasseiz		Stephanus de Wiczap
Lwa de Biky		Hamisko de Bycstwyna
Przicho de Zynyan		Johannes de Ostrozna
Marquardus de Koycowicz		Hertwiko de Spatzicz
Wenceslaus de Zwierzicz		Martinus de Dafficz
Nicolaus de Pohleyd		Chawlko de Hostowicz

Quod hec sit verissima Copia & fidelissimum Exemplar Protestationis Bohemicae Principalis & Authentica inter Archiva Academiae Edinburgense servata; post exactissimam & accuratissimam collationem attestamus. Dabamus in prædicto Athenæo, die Decembris decimo-nono, Anno æræ Christianæ supra Millesimū Sexcentesimo & Nonagesimo Sexto.

Cil. Rulæ. S. T. & P. P. Primarius.
Robertus Henderfon Bibliothecarius
& Academiae ab Archivis.

XVI. Articuli XXIV. a Patribus Concilii Constantiensis præscripti ad reconciliandos Bohemos. 1417.



VT Rex Bohemæ juret, Ecclesiam Rom. & alias Ecclesias suæ ditioni subjectas in suis libertatibus confirmare, & non imponat molestias Clero & Religiosis, per *Wicleph vel Hussitas* introductas.

II. Ut omnes Magistri & sacerdotes qui hæreses & errores dogmaticando vel prædicando in prædicto Regno seminaverunt, & ceteros ibidem infecerunt, errores ipsius *Johannis Wicleph & Jobannis Huss*, in hoc sacro sancto Concilio condemnatos, abjurent, & quos prædicaverunt vel dogmatizaverunt, revocent: ac ipsam condemnationem doctrinæ & personarum publicè in ambone approbent & justam pronuncient.

III. Ut ii, qui in materia fidei non comparuerunt, nec comparere curaverunt, sed in sententiis forduerunt, abjurent. Et contra quos est processum ad annum vel plures, qui Censuras non curaverunt, potestatem clavium condemnantes, pœna condigna puniantur.

IV. Ut ipsi sæculares, qui Wiclephistis & Husitis adhæserunt, ipsos defenderunt & protexerunt, jurent eis amplius non adhærere, ac eos persequi, nec eos amplius fovere: & gesta Concilii super condemnationem articulorum Johannis Wicleph & Johannis Hus approbent & rata habeant. Et idem de condemnatione personarum.

V. Ut sæculares, qui clerum spoliaverunt, ad restituendum compellantur, quia peccatum non dimittitur, &c. & quod obligent se & jurent, amplius libertatem Ecclesiasticam non impedire.

VI. Ut expulsi a beneficiis, ad sua beneficia restituantur & intrusi expellantur & puniantur.

VII. Ut prophani omnes & singuli, sive in favore Wiclephistarum, sive propter temporalia puniantur juxta legitimas sanctiones, ne contemptus clavium approbetur seu approbari videatur.

VIII. Ut omnes, qui causam fidei in curia promoverunt & extra, ad sua beneficia restituantur, & securitatem habeant in Regno permanenti. Quod si facere recusaverint, & cum effectu non fecerint, signum est, quod non intendunt reverti: Cum illos ad reversionem inducentes, si veri essent pœnitentes, tales fovere deberent, & se errasse & seductos fateri.

IX. Ut reliquæ ablatae, & alia ecclesiastica, & Theſauri Pragenses restituantur ex integro, & bona alia mobilia sive redditus ejusdem Ecclesiæ vel aliis Ecclesiis ablata vel ablati, per Regnum Bohemiæ & Marchionarum Moraviæ.

X. Ut *universitas Pragensis* reformetur, & Wiclephistæ qui eam destruxerunt, realiter puniantur & amoveantur. Quia alias Universitate non reformata, & Wiclephistis atque Hussitis in ea dominantibus, illi errores non cessabunt.

XI. Ut Hæresiarchæ principales, & doctores illius sectæ ad Curiam & sedem Apostolicam venire compellantur. Et sunt ii, *Johannes Jessenitz, Jacobellus de Misna, Symon de Tyfna, Symon de Rochinzano, Christianus de Bracharitz, Joannes Cardinalis, Zdenko de Loben Præpositus omnium Sanctorum, Zdislaus de Sujerritz, & Michael de Tzisko.*

XII. Ut omnes sæculares, qui communicaverunt sub utraque specie, vel alios compulerunt, & præsertim post inhibitionem sacri Concilii, abjurerent illam hæresin, & jurent, illam communionem non promovere, sed pro posse impedire.

XIII. Ut præbyteri vel alii ordinati per Dominum Hermannum, suffraganeum Archiepiscopi Pragensis, captum per Dominum Zenkonem de Wartenberg, cum eis non dispensetur, sed ad sedem Apostolicam remittantur.

XIV. Ut *Tractatus Joani Wicleph, translati in vulgare per Joannem Hus & Jacobellum atque alii per ipsos in vulgari editi, in quibus errores suos posuerunt*: omnes & singuli reponantur ad manus Legati vel Ordinarii, sub pœna excommunicationis. Quia illis non ablati, errores non cessabunt.

XV. Ut

XV. Ut *tractatus Joann. Hus heretici condemnatus in hoc sacro Concilio*, sub pœna Excommunicationis, reponatur apud eosdem.

XVI. Ut *omnes tractatus Jacobelli sub compositione de utraque specie, & de Antichristo, in quo Papam vocat Antichristum*, reponantur & comburantur. Et similiter *tractatus editus per ipsum de remanentiâ panis post consecrationem in altari*.

XVII. Ut *omnes cantilena*, introductæ in præjudicium sacri Concilii & virorum Catholicorum cujuscunque status, qui Wiclephistis obititerunt & Hussitis, vel *cantilene in commendationem Joannis Hus vel Hieronymi hereticorum condemnatorum*, prohibeantur in omnibus civitatibus, villis & oppidis & quibuscunque mansionibus decantari, sub pœna gravissima.

XVIII. Ut prohibeatur, ne passim per Clerum sine missione ordinarii prædicetur verbum Dei, & sine auctoritate Plebanorum. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur?

XIX. Ut ordinarii & alii Prælati, jurisdictionem habentes, in sua jurisdictione per quempiam sæcularem non impediantur, sub pœna excommunicationis. Si enim illa hæresis maledicta debet exterminari, oportet, quod libere exerceatur contra spirituales & sæculares, de hæresi vel erroribus suspectos, aut de fautoria personarum condemnatarum.

XX. Ut mandetur omnibus & singulis de * subdita obedientia sub pœna Excommunicationis, ut quicumque aliquem Hussitam vel Wiclephistam vel ipsorum doctrinam promoverit, vel personas cognoverit, & libros ipsos suspectos sciverit, Diocesano vel suis officialibus denunciaret, qui contra eos ex officio procedat juxta Canonicas Sanctiones.

XXI. Ut colligatio, quam fecerunt seculares cum secularibus & spiritualibus, in præjudicium sacri Concilii sedis Apostolicæ ac Ecclesiæ Romanæ in favorem istorum hereticorum condemnatorum, Joannis Hus & Hieronymi & Prædicatorum istius sectæ: sub pœnis gravissimis dissolvatur. De qua colligatione per literas patet evidenter à sacro Concilio decretas.

XXII. Ut ritus & Ceremoniæ religionis Christianæ circa cultum divinum, *imagines*, & venerationes *reliquiarum*, observentur, & talium transgressores puniantur.

XXIII. Ut omnes & singuli, spirituales & seculares, qui errores vel hæreses Joannis Wicleph & Joannis Hus, in sacro Concilio Constantiensi condemnatos, prædicant, dogmatizant vel defendunt: Et personas Joannis Hus & Hieronymi Catholicas vel sanctas pronunciant vel tenent, & de hoc convicti fuerint, tanquam heretici lapsi *puniantur ad ignem*.

XXIV. Ut omnes sæculares, per ordinarios moniti & hortati, contra exorbitantias in prædictis, sub pœna fautoriæ hæresis, teneantur auxilium præbere & favorem.

XVII. *Copia literarum Regis Sigismundi anno 1417. ad Barones Regni Bohemia foventes memoriam Hus; ubi mentio fit literarum minacium Bohemorum ad Concilium Constantiense.*



SIGISMUNDUS Romanorum & Ungarie, &c. Rex, Nobilibus Latzkoni de Crauarn, Capitaneo Marchionatus; Botzkoni de Cunstat, alias de Podiebrat; Czensioni de Vuartenberg; & singulis aliis Baronibus, Militibus, Clientibus, per Regnum Bohemæ & Marchionatum Moraviæ, ad hanc partem colligatis, fidelibus nobis dilectis Gratiam Regiam & omne bonum. Nobiles, fideles, dilecti, bene nostris memorialibus insidet, qualiter ante tempora Regnum Bohemæ & terra Moraviæ, guerris aggravata fuerunt. Etiam vos bene notatis, quomodo circum vicini supradictis terris, non multum boni favent, & si fortassis aliqualis ipsis daretur occasio, libenter in ipsas & in ipsos vice versa manus emitterent. Denique fideles dilecti, audivimus & quotidiana relatione audimus (quod ædèdol dolenter scribimus) quomodo vos domini in Bohemæ & in Moravia divisiones facitis partes foventes & disponitis, nescimus tamen quare. Et fortassis si vicini circum sedentes bene vellent, vos tamen inter vosmet ipsos disponitis & cogitatis, illas terras guerris destruere. De quo summe dolemus, quia intelligimus, immò cognoscimus, in jacturam & præjudicium dignitatis Serenissimi & charissimi Fratris nostri vergere.

2. Verum antiquitus sic deductum est, quod nullus Dominorum in Regno, præter voluntatem Regiam, deberet aliquas ligas seu fœderationes inire neque facere. Sed si unus ad alterum alicquam actionem se habere prætenderet, hoc deberet coram Regia Majestate & juris tramite, sed non guerris, discuti & discerni. Si vero hoc facitis propter Magistrum Joannem Hus (nam sicut percipimus alii partem Hus fovetis, alii vero non) scire velitis, ut cum Hus primo in Bohemæ nominatus fuit, nosque intelleximus, quod propter ipsum partialitates incœperunt tenere, statim nobis displicuit, quasi præcivimus, quod exinde error multus sequeretur, & quod non facile deduceretur ad bonum finem. Et tunc sacrum Concilium in Constantia inchoatum fuit, & nos præsensimus, quod Hus ibi etiam vellet interesse, fuimus plurimum gavisus, & sperabamus quod propter ipsius adventum, quodque de omnibus his, in quibus incutus fuerat, se expurgare deberet, & quod propterea omnes scrupuli in Bohemæ cessare debuissent. Interea nobis adhuc in partibus Rheni existentibus, pervenit ad Constantiam, & ibi fuit arrestatus, sicut de his jam sufficienter estis informati.

3. Verum si prius ad nostram celsitudinem applicuisset, nobiscumque ad Constantiam processisset, fortassis negotia sua alium habuissent progressum. Et DEUS novit, quod tanto dolore fuimus attriti propter casum suum, quod etiam verbo bene exprimi non potest; Sed etiam, omnes Bohemi, qui tunc temporis nobis aderant, perpenderunt, quomodo nostram sollicitudinem pro ipso interposuimus, quod pluries *furore permoti de Concilio exiimus*: Immo verius ipsius parte de Constantia recessimus, quousque nobis intromoverunt, dicentes: Si noluerimus admittere, quod justitia prosequatur in Concilio, quid tunc in loco facere debeant? Sic cogitavimus, quod in hac parte jam nihil facere poteramus. Neque etiam licuit nobis ulterius pro hoc negotio loqui, quia

quia exinde Concilium totaliter fuisset dissolutum. Etiam ibi in Constantia non sunt duxerunt unus vel duo Clerici, verum sunt & erant de rota Christianitate, Regum & Principum Ambasiatores, præsertim ex quo jam Reges & Principes, *Petro de Luna* obediētes, nobiscum unīti sunt, tunc omnino non aliud tenemus, nisi quod hoc Sacrum Concilium, bono & recto ordine, procedit & gubernatur.

4. Et si velleris ira seriose & regide partem Hus fovere & defendere, hoc esset vobis nimis difficile, quod deberētis vos totius Christianitatis congregationi opponere. Et sicut audivimus, tunc jam taliter incipistis, cum destinatione cujusdam *literæ ad Concilium*, multis *pendentibus sigillis sigillata, confundentes & calumniantes Consilium propter Hus supradictum*, (*) quodque Concilium contra vos taliter provocastis, quod estis jam de facto citati pro oppositione supradicta; & fortassis rigore juris contra vos procederet. Et si non obtemperabitis, sicut obediētes filii, etiam fortassis & *crucem contra vos obtinere poteritis*.

5. Ex quibus præmissis majora discrimina & scandala sequi possent & oriri; de quo cordialiter doleremus. Et si tunc ad tollendum hoc, libenter vellemus partes nostras interponere, timemus ne fortassis veniremus nimis tardè. Ideo affectuose à vobis omnibus, & à vestro quolibet desideramus, rogantes quatenus consideretis, quilibet sub scientia & honore, utrum hoc sit congruum & honestum, quod propter præmissa inter vos debeatis disponere, quodque propter hoc, Regna & terræ periculis & devastationibus debeant subijci & desistatis à talibus ligis & conspirationibus. Nam valde indignum arbitramur (sicut præmittitur) quod aliquis cum aliquo, præter sui domini voluntatem, quoquo modo ligas inire & disponere debeatis. Ex quibus quidem ligis partialitates oriuntur, destructiones & devastationes terrarum possit se trahentes. Et unusquisque vestrum, in supradicto fratre nostro charissimo, Domino suo, & in jure; si alter ad alterum aliquam actionem habere prætenderet, contentetur.

6. Præterea si ista causa propter divisionem supradictam esset ita grandis & ardua, quod nostra ad hoc interpositio esset oportuna, sciamus, quod onus hujusmodi laboris grater vobis volumus assumere, & causam vestræ divisionis ex utraque parte libenter examinare: & speramus, quod inter vos bonum medium tangeremus: & quod ex tali medio vos & terræ supradictæ permanebitis in bona pace.

7. Denique de statu Clericorum scimus, qualiter tempore Prædecessorum nostrorum tentum fuerit. Quorum vestigiis (volente Domino) etiam nos inhærere volumus, & Ecclesiæ Sanctæ Dei adhærere, non advertentes, quascunque novas adinventiones. Et de fratre nostro charissimo similiter præsumimus, quod etiam Ecclesiæ Sanctæ Dei adhærebit. Tuncque clerici inter semetipsos se corrigent, prout sciunt. Habent ipsorum superiores, ad quos talis correctio pertinere dignoscitur, etiam habent scripturam sacram præ oculis, cujus interpretationi ipsorum est intendere, nobisque simplicibus non licet, prout neque possumus, scripturæ sacræ profunditatem investigare. Et confidimus de vobis, quod nobis in hac parte attendetis, quia consideratis singulis, aliud sentire non possumus, nisi quod hoc fratri nostro charissimo supradicto, & vobis ad unitatem & honorem, ac terris supradictis ad pacem & tranquillitatem gratum & jucundum nobisque desideratissimum valde cederet &c.

XVIII. *Compactata Pragensis inter legatos Concilii Basiliensis
& Bohemos anno 1433. ult. Novembr.*



In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Hæc quæ infra scripta sunt, per gratiam sancti Spiritus concordata sunt inter legatos sancti Concilii Basiliensis; & Generalem congregationem incliti Regni Bohemia & Marchionatus Moravia, in civitate Pragensi.

1. Primo dicta congregatio nomine dictorum Regni & Marchionatus, & pro ipso Regno & Marchionatu, omnibusque & singulis, eorundem regni & Marchionatus, qui sunt de parte ipsorum, recipient & acceptabunt, & facient bonam & firmam, & perpetuam pacem, & Ecclesiasticam unitatem, quam prohibebuntur & firmabunt debito modo. Quo facto, dicti legati, auctoritate dicti sacri Concilii, admittent & recipient dictam pacem & unitatem, & pronuntiabunt pacem generalem universo populo Christiano, tum incolis & habitatoribus dictorum Regni & Marchionatus. Tollent omnes sententias Censuræ, & plenariam abolitionem facient, & mandabunt universis & singulis Christi fidelibus, quod nemo deinceps dictum Regnum & Marchionatum propter præterita infamare præsumat, nec ipsa aut eorum incolas invadere aut offendere; sed eis Christianam pacem observent, ipsosque tanquam fratres eorum, sanctæ videlicet matris Ecclesiæ filios reverentes & obediens, habeant, & firma (*) dilectione contrectent.

2. Circa materiam primi articuli, quem Ambasiatores dictorum Regni & Marchionatus obtulerunt sacro Concilio sub hac forma. *Quod communicio diviniſſima Eucharistia utilis & salubris, sub utraque specie, scilicet panis & vini, universis Christi fidelibus in Regno Bohemia & Marchionatu Moravia, & locis eis in hac parte adberentium constitutis, per sacerdotes libere ministratur, est hoc modo concordatum: Quod dictis Bohemis & Moravis, suscipientibus Ecclesiasticam unitatem & pacem realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei & ritui universalis Ecclesiæ conformibus, illi & illæ, qui talem usum habent, communicabunt sub duplici specie cum auctoritate Domini nostri Jesu Christi & Ecclesiæ sponsæ ejus. Et articulus ille in sacro Concilio discutietur, quoad materiam de præcepto ad plenum, & videbitur quid circa illum articulum pro veritate Catholica sit tenendum, & agendum pro utilitate & salute populi Christiani & omnibus mature & digeste pertractatis, nihilominus si in desiderio habendi dictam communionem sub duplici specie perseveraverint, hoc eorum Ambasiatoribus indicantibus, sacrum Concilium sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatus, communicandi sub utraque specie populum, eas videlicet personas quæ in annis discretionis constitutæ reverenter & devote postulaverint, facultatem in Domino pro earum utilitate & salute largietur. Hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeant firmiter credere, quod non sub specie panis caro tantum; nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integer & totus Christus. Ac legati sacri Concilii per suas literas, auctoritate sacri Concilii mandabunt universis & singulis, cujuscunque status aut conditionis existant, ut dictis Bohemis & Moravis, utentibus dicta communionem sub duplici specie, ne-*

mo

(*) *id. fraternæ*

mo audeat inproperare aut eorum famæ aut honori detrâhere. Et hoc idem faciet sacrum Concilium quando concessionem *libertationis* faciet memoratam.

4. Circa materiam *trium articulorum sequentium*, per præfatos legatos sacri Concilii dictum est in forma sequenti. Quoniam circa doctrinam Catholicæ veritatis sic sobrie & caute incedendum est, maxime à sacro Concilio generali, ut veritas declareretur verbis sic ordinate conceptis, ut nulli sit in futurum offendiculum ubi possit impingere & habere occasionem erroris. Et ut verbis utamur *Beati Isidori*, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat.

5. Circa materiam *de cobibitione & correptione peccatorum*, in quo posuistis articulum super his verbis: *Omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos, quorum interest, rationabiliter & secundum legem Dei cobibeantur, corrigantur & eliminentur*. Ecce verbum, *per eos, quorum interest*, nimis est generale, & posset esse offendiculum. Et juxta scripturæ sententiam; Non debemus ponere offendiculum ante cæcum: Et claudendæ sunt fossæ, ne bos vicini ibi lædatur: omnis talis occasio tollenda est. Dicimus ergo, quod secundum sacræ scripturæ sententiam, sanctorumque documenta doctorum, sic catholicè est tenendum. Quod omnia peccata mortalia, præsertim publica, quantum rationabiliter fieri potest, secundum legem Dei & sanctorum Patrum instituta sunt cobibenda, corripienda & eliminanda. Potestas autem puniendi criminosos, non ad privatas personas, sed ad eos tantummodo pertinet, qui jurisdictionem habent in eos fori distinctione, juris & justitiæ ordine observatis.

6. Circa materiam *de predicatione verbi Dei*, in qua posuistis articulum hoc tenore. *Quod verbum Dei à sacerdotibus Domini & Levitis idoneis, liberè ac fideliter predicetur*. Ne ex verbo *libere* sumeretur occasio vagæ & dispendiosæ libertatis, quam nec vos (ut sæpe dixistis) intenditis, circumstantionandum est, dicimusque, quod secundum scripturæ sacræ sententiam, sanctorumque documenta Doctorum sic catholicè est tenendum: *Quod verbum Dei à sacerdotibus Domini & Levitis ad hoc idoneis & per superiores (ad quos pertinet) approbatis & missis, libere non tantum passim, sed ordinate & fideliter predicetur, salva auctoritate Pontificis, qui est præordinator in cunctis, juxta sanctorum Patrum instituta*.

7. Circa materiam *ultimi articuli* sub iis verbis expresso: *Non licet clero, tempore legis gratiæ, super bonis temporalibus seculariter dominari*. Meminimus, quod dum in sacro Concilio super hoc disputatio ageretur publica & solennis; ille qui ad disputandum per sacrum Concilium extitit deputatus, duas conclusiones posuit, sub his verbis: *Prima* quod *Clerici non religiosi, seu qui voto se ad hoc non obligarunt, licite possunt habere & possidere, quæcunque bona temporalia, hereditates paternas aut aliorum, si eis relinquuntur, & alia bona justè acquisita, ex causa donationis, vel alterius liciti contractus, vel ante licita. Secunda*, quod *Ecclesia potest licite habere & possidere bona temporalia, mobilia, & immobilia, domos, prædia, villas, oppida, castra, civitates, & in eis habere privarum & civile dominium*. Ille siquidem ex vestris Ambasiatoribus, qui disputabat, concessit eandem, dicens: *Illas sensui sui articuli bene intellecto non contradicere, cum ipse articulum suum intellexerit de dominio civili formaliter intellecto*. Ex quo & aliis, satis posset intellegi, quod verba *seculariter dominari*, in præinserto articulo posita, ad aliquem specialem dominantium modum vel usum videantur referri; sed quoniam doctrina Ecclesiæ non est verbis ambiguis pertractanda sed planè; propterea illud, quod secundum legem
Dei

XIX. *Gubernatoris regni Bohemie &c. Baronum, nobilium, militum, clientum, & Prage civitatis, & reliquarum civitatum regni Bohemi, & Marchionatus Moravie, Commissio pro complemento Compactatorum cum sacro Concilio Basileensi initorum. Dat. Prage 1435.*

IN Dei Nomine, Amen. Nos *Alzo de Rizemburg, alias de Wiziessionu, Gubernator Regni Bohemie, Barones, Nobiles, Milites, Clientes; Praga civitas ac ceteræ civitates, ac sacerdotes* generalem congregationem Regni Bohemie & Marchionatus Moravie facientes & representantes, vigore præsentium facimus & dirigimus Nuncios & Ambasiatores nostros speciales, Vos, Reverendum Magistrum Wenceslaum de Drachold, Curie, Archiepiscopalis officialem, honorabiles & discretos viros Paulum de Slawikowitz, artium liberalium Baccalaureum, Plebanum Sr. Ægidii, & correctorem cleri ejusdem curie Archiepiscopalis Pragensis; Wenceslaum de Lutznitz, Plebanum Ecclesie St. Nicolai antiquæ civitatis Pragensis; & Bohinkonem de Chotzna, Rectorem Ecclesie Lithoum ac Decanum ejusdem, sacerdotes in Christo Jesu dilectos; ad præsentandum vos coram Reverendo in Christo Patre, Domino Philiberto Episcopo Constantiensi & Collegis ejus legatis sacri generalis Concilii Basiliensis: Pro complemento & executione Compactatorum, per vos omnes vel majorem partem præstandam reverentiam debitam & obedientiam Canonicam Sanctæ Mariæ Ecclesie, sacro Generali Concilio, Romano Pontifici, & Prælati nostris Canonicè intrantibus, prout avisatum extitit in Brunna, pro omnibus spiritualibus & sæcularibus personis Bohemie Regni & Marchionatus Moravie: ratum & gratum habituri bona fide, quicquid per vos actum fuerit in præmissis in quorum omnium & singulorum fidem ac testimonium has nostras litteras sigillo Regni Bohemie fecimus communiri. Datum Prage in Collegio Caroli, ipso die B. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, Anno Domni M. CCCC. XXXV.

XX. *Littera Imperatoris Sigismundi data regno Bohemie & Marchionatu Moravia super quibusdam articulis in Compactatis non sufficienter provisus, quos ipse Dominus Imperator adimplere & adimpleri facere, ipsisque Regno & Marchionatu adversus talium articulorum turbatores effectualiter assistere promittit. Dat. Alba Regali 6. Januarii 1436.*

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatia, Rex &c. Quia dominus noster Jesus Christus Dei hominumque mediator, salutis curam ex injuncto altissimi gerens humanæ, laborem sustinens atrocem, pro ea dura pati voluit, simul & morte rursissima occumbere non est dedignatus, puta, ut utraque in unum correpareret. Cujus quidem exemplo, veluti magistri & Ducis peroptimi, ex dignitate Imperiali nobis ab univerforum Domino deposita & commissa, bonum pacis, unitatis & concordie amplectantes; Cum post quadam compactata inter legatos sacri Concilii Basiliensis, ipsumque regnum Bohemie & Marchionatum Moravie, in Praga scripta & consignata recessum est, ut aliis bene dispositis & deductis, pro regni Bohemie & Marchionatus Moravie expurgatione, per factum Concilium Basiliense nostram quoque

T

provi-

providentiam Imperialem, uti melius fieri poterit, provideatur. Adhuc tamen, quia difficiliter variæ, inter legatos sacri Concilii Basiliensis parte ex una; & generosos ac nobiles, Barones, * Pragæ, strenuos, famulos, Reverendos & prudentes nuntios, vice regni Bohemiæ pridem ad nos destinatos, parte ex altera, ortæ fuissent & crebrè pullulassent; animum, cor simul & humeros curæ diligenti & sollicitudini anxie suppofuimus, pondus diei & æstus ferentes; ut divisa in unum, adversa in consona, aspera in plana, & longe distantia in combinata; simul pariterque in sanctam & beatam reduceremus unionem. Cum nos pacem & tranquillitatem ipsius regni, quod semper amavimus atque colimus cordinime affectantes, volentes futuras dissensiones & controverfias, quibus subditus populus postet quomodolibet conciliari, convenientibus remediis præmunire, nonnullisque remanentiis, *quibus in Compactatis pro pace regni non videbatur sufficienter provisum*, salubriter providere: cum præfatis Ambasiaroribus Regni & Marchionatus, ad laudem Dei, pacem ipsius Regni, ac omnium circumjacentium nationum, & totius populi Christiani, ac salutem innumerabilium animarum.

2. In nomine Domini notum facimus universis & singulis, quod ad infra scriptas Conclusiones consensimus, & præsentibus consentimus. *Primo* beneficia non conferantur per extraneos in regno Bohemiæ ac Marchionatu Moraviæ: Sed omnino jus collationis eorundem ad regni *Bohemie*, incolasque [i. regnicolas] regni Bohemiæ ac Marchionatus Moraviæ jure perpetuo debet pertinere. Personæ etiam sæculares & spirituales extra regnum vel Marchionatum nec citabuntur, nec judicabuntur sed unaquæque persona Jurisdictioni sibi præfecti Præpositi in præfatis Regno & Marchionatu subjecta erit, & contenta de eadem gaudebit. Libertatibus tamen Archiepiscopatus Pragenfis, & Privilegiis, in via appellationis, à sibi subjectis Episcopatibus, falvis & illibate conservatis. Insuper *Communicantes sub una specie in sepe tactis regno & Marchionatu, ne confusa sequatur permixtio, contra proprias illorum voluntates & libertates, non sustinebunt, sed duntaxat in locis, in quibus communio duplicis speciei, temporibus retroactis, non servabatur; sustinebuntur.* Et ut materia occasioque litium auferatur, *loca omnia & singula Ecclesiarum populique Parochiarum signabuntur, in quibus, & à quibus Communio duplicis speciei in praxi servabatur, ut in futurum pro perpetuo in eisdem servaretur.* Quæ quidem consignata in litera speciali, in robur & perpetuam rei memoriam, sigillo nostræ Majestatis munientur, sed & hoc volumus ut *per dominos Bohemos, Generosos, nobiles, strenuos, famulos, Pragæ, & Civitates alias, una cum Clero Archiepiscopus Pragenfis, cum aliis Episcopis Titularibus* (alias suffraganeis) *eligantur.* Qui quidem electi per nostram dispositionem debitam, sollicitudinem pariter & curam, confirmabuntur, & in Episcopos consecrabuntur, *absque quavis pro confirmatione pallii exhibitione, aut etiam Notariis persolutione.* Et totus Clerus diocesis Pragenfis subijci ipsi Archiepiscopo, per præfatos dominos electo, tenebitur, & obedire. Scholares etiam Pragenfis diocesis, utriusque tam sub una, quam sub utraque communicantes specie, habilitate & idoneitate illorum præposita ad sacros ordines promoveantur, & ordinentur; nihil tamen eorum per hæc, causæ & praxi communionis eorum derogando. Tum quia licentia per sacrum Concilium Basiliense, omnibus tam in regno Bohemiæ, quam Marchionatu Moraviæ constitutis dabitur sub utraque specie communicandi: Episcopi Olomucensis scilicet & Luthomislensis *populum laicalem desiderantem sub utraque specie tenebantur communicare:* promovebuntque Scholares, & ad sacros Ordines consecrabunt, idoneitate & habilitate illorum præsup-

præsupposita, qui vellent sub utraque specie populum Laicalem communicare. Et disponere tenebuntur sacerdotes ad loca suarum diocesum in quibus præfata Communio annis lapsis servabatur, qui sic populum, ut præmittitur, sub duplici specie communicabunt. Et Plebani si qui ad proprias redire cum scitu & consensu Diocesani sui voluerint Parochias, populum sub utraque specie communicabunt; qui populus sic communicabit, & in locis, in quibus præfata servabatur Communio. Quod si non fecerint, non sunt tolerandi, sed alii, qui sub duplici specie communicarent populum laicalem, per Diocesanum vel per alium, ad quem pertinet, in loca illorum substituendi: Ita nos tenore præsentium affirmamus & pollicemur in verbo Cæsareo præfatis Ambasiatoribus, ac regno Bohemæ & Marchionatu Moraviæ, quod in omnibus & singulis supra scriptis capitulis, cum eis remanebimus, quæ nulla occasione, seu quoquoque colore propter aliquas res præmissis contrarias, seu aliam quamcumque obligationem quomodolibet infringemus, seu infringere permittemus: Sed ea effectualiter adimplebimus & adimpleri faciemus: imo volumus ut per nos, & nostros Successores in futurum perpetuo singula eis teneantur, & plene conferrentur. Nosque apud sacrum Concilium, ac Dominum nostrum summum Pontificem & alibi, ubicunque expediens fuerit, omnem operam & curam adhibebimus, ut præfati articuli suum effectum realiter fortiantur. Nec in regno nostro & Marchionatu aliter fieri permittemus. Quinimo, si quis regnum & Marchionatum in iis turbare quomodolibet attentaret, ipsis pro executione eorundem effectualiter assistemus; dolo & fraude cessantibus quibuscunque; Præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Albæ Regalis; Anno domini mill. simo quadringentesimo tricesimo sexto. die VI. Januarii. Regnorum nostrorum Anno Hungariæ quadagesimo nono: Romanorum vicesimo: Bohemæ decimo sexto: & Imperii tertio.

XXI. *Littera Serenissimorum Principum & Dominorum. Domini videlicet Sigismundi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Hungaria, Bohemæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Regis, & Domini Alberti Ducis Austriae Marchionisq; Moraviæ; cujus vigore promiserunt & promittunt quod infra tempus in ipsa littera deputatum, Reverendus in Christo pater dominus Philibertus Episcopus Constantiensis, & Collega sui sacri Basiliensis Concilii, per regnum Bohemæ & Marchionatum Moraviæ legati destinati, mandati literas plenam & omnimodam facultatem continentes, à dicto sacro Concilio disponent & ordinabunt, sub forma in eadem littera descripta. Iglavia 3. Julii 1436.*

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Hungariæ Bohemæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Rex. Albertus eadem gratia Dux Austriae & Marchio. Moraviæ &c. Notum facimus præsentibus Universis, quod propter exortas quasdam emergentias, in materia mandati reverendo in Christo Patri, Philiberto Episcopo Constantiensis, & Collegis suis legatis sacri Basiliensis Concilii dati, inter ipsos legatos ejusdem sacri generalis Concilii Basiliensis. parte ex una; & inclitum regnum Bohemæ ac Marchionatum Moraviæ parte ex altera, promissimus, & tenore præsentium promittimus in verbo Cæsareo, sicut & ipsi legati coram nobis promiserunt, quod infra hinc & festum Sancti Michaelis proxime venturi, dicti sacri generalis Concilii Basiliensis legati, mandati literas plenam & omnimodam facultatem continentes, à dicto sacro Concilio disponent, & in effectu ordinabunt, nec non ad manus nobilis Alzonis de Rijemburg (*) alias de Wrzesliow (**) Gubernatoris regni Bohemæ, in forma subscripta, reponent.

T 2

2. SACRO

(*) Al. Ryzenberg.

(**) Hoc nomen in aliis exempl. scribitur Wieszlan.

2. Sacro sancta generalis Synodus Venerabili Philiberto &c Cum Vos ad inclytum regnum Bohemiarum, & Marchionatum Moraviae pro continuandis, & Deo propitio feliciter concludendis pacis ac unitatis Tractatibus, duxerimus destinandos: Vobis omnibus & majori parti omnium vestrum, si forsan aliquos alios contigerit impediri, coram Congregatione generali, Regni & Marchionatus Moraviae, vel Ambasiatoribus eorundem, communiter vel diviim, aut cum deputandis ab eis, nec non cum quibuscunque Baronibus, Communitatibus, vel deputandis ab eis, ac etiam cum Clero dictorum Regni & Marchionatus, & cujusvis civitatis, ac aliis etiam personis si & prout nobis videbitur expedire, omnia ad pacem & unitatem accommoda (salva fide, & honestate Ecclesiae) explicandi, proponendi, colloquendi, concordandi & concludendi: Ut ea, quae per quosdam ex vobis, tunc nostra legatione fungentes, cum generali congregatione dictorum Regni & Marchionatus concordata & conclusa fuerunt, executioni demandentur, & pax & unitas effectivè procedat, & ipsa concordata & conclusa firmandi & roborandi & ea executioni debitae demandandi; & generaliter omnia & singula faciendi, quae pro pace & unitate dictorum Regni & Marchionatus, & habitantium in eis, cum reliquo populo Christiano, vel pro bono & tranquillo statu illarum partium, vobis videbitur expedire etiam si majora & graviora essent superius expressa, quam ea, quae in praesenti mandato continentur, & quae mandatum magis speciale, & expressum exigerent, quae omnia in praesenti habere volumus pro expressis: *plenam & liberam concedimus, facultatem, ratumque & gratum & firmum habebimus, quidquid à vobis, vel majori parte, si reliquos contigerit impediri, actum fuerit, sive gestum. Et faciemus auctore Deo, ab omnibus inviolabiliter observari.* Datum Basiliae 2. Idus Martii, (*) Anno à nativitate domini Millesimo Quadringsesimo tricesimo sexto.

3. In cujus rei testimonium atque fidem * nos huic appendi iussimus literarum nostrarum. Datum Iglaviae, Anno domini Millesimo quadringsesimo tricesimo sexto, tertia die mensis Julii Regnorum nostri Sigismundi Anno, Hungariae quinquagesimo; Romanorum vigesimo sexto, Bohemiae sexto decimo; Imperii vero quarto.

XXII. *Bulla mandati & auctoritatis sacri Basiliensis Concilii, data Basilea 2. id. Mart. 1436. & per Legatos ante iactos Regno & Marchionatusui praefatis exhibita juxta promissum supra scriptum.*



Sacro sancta generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, Venerabili Philiberto, Episcopo Constantiensi, Provinciae Rothomagensis; & dilectis Ecclesiae filiis, Johanni de Polomar sacri Palatii Apostolici Auditori; Martino Bernerii, Decano Thurouensi, & Thome de Haselbach, Sacrae Theologiae Professoribus; salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Cum vos ad inclytum Regnum Bohemiae & Marchionatum Moraviae, pro continuandis, & Deo propitio feliciter concludendis pacis & unitatis Tractatibus, duxerimus destinandos, vobis omnibus, & majori parti omnium vestrum, si forsan aliquos

(*) Hoc datum ascriptum huic praedelinationi Mandati à Concilio dandi videtur ex vero posse secuto & motu ponendo Mandato fuisse erroneè huc translatum.

aliquos alios contigerit inpediri coram congregatione generali regni Bohemiae & Marchionatus Moraviae, vel Ambasiatoribus eorundem communiter vel divisim, aut cum Deputandis ab eis nec non cum quibuscunque Baronibus, Communitatibus, vel Deputandis ab eis, ac etiam cum Clero dictorum Regni & Marchionatus, & cuiusvis Civitatis ac aliis etiam personis, si & prout vobis videbitur expedire, omnia ad pacem & unitatem accommodata, salva fide & honestate Ecclesiae explicandi, proponendi, colloquendi, concordandi & concludendi, ut ea, quae per quosdam ex vobis, nunc nostra legatione fungentes cum generali congregatione dictorum Regni & Marchionatus, concordata & conclusa fuerint, executioni demandentur, & pax & unitas effective procedat; & ipsa concordata & conclusa firmandi, & roborandi, & ea executioni debitae demandandi: & generaliter omnia & singula faciendi, quae pro pace & unitate dictorum Regni & Marchionatus ac habitantium in eis, cum reliquo populo Christiano, vel pro bono & tranquillo statu illarum partium vobis videbuntur expedire; etiamsi majora vel graviora essent superius expressa, quam ea, quae in praesenti mandato continentur, & quae mandatum magis speciale & expressum exigerent (quae omnia in praesenti habere volumus pro expressis) plenam & liberam concedimus facultatem. Ratumque gratum & firmum habebimus quicquid a vobis vel majori parte, si reliquos contigerit inpediri, actum fuerit, sive gestum, & faciemus auctore Deo ab omnibus inviolabiliter observari. Datum Basileae 2. (al. 3.) Idus Martii, Anno a natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

Julius Legatus. Expedita per omnes Deputatos
ex commissione sacrarum Deputationum.

B. de Batiferiis.

XXIII. *Vidimus Bulla ejusdem excellentissimi Principis & Domini, Domini Sigismundi, Romanorum Imperatoris semper Augusti, nec non Illustris Principis, Domini Alberti, Ducis Austria & Marchionis Moravia &c. eorum pendentibus sub Sigillis. Iglavia 3. Jul. 1436.*



Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae &c. Rex; & Albertus eadem gratia, Dux Austriae ac Marchio Moraviae &c.

2. Notum facimus tenere praesentium universis, quod *Vidimus*, & in manibus nostris tenuimus, litteras sacri generalis Concilii Basiliensis, veracius Bulla plumbea in corda canapi muratas, continentem omnimodam facultatem & plenariam potestatem ac mandatum ab ipso generali sacro Concilio datas Reverendo in Christo Patri Philiberto Episcopo Constantiensi, & Collegis suis Legatis sacri Basiliensis Concilii, pro continuandis & Deo propitio feliciter concludendis, pacis & unitatis Tractatibus, & quibusvis unitati Ecclesiae necessariis cum generali congregatione inelyti Regni Bohemiae

mizæ & Marchionatus Moraviæ, aut Ambasiatoribus eorundem, communiter vel divisim, aut cum deputandis ab eis; nec non cum quibuscunque Communitatibus, ac etiam Clero dictorum Regni & Marchionatus & cujusvis civitatis, nunc in dicta Iglavia celebratâ constitutis. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in prædicta Iglavia, Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, die tertia mensis Julii. Regnorum nostri Sigismundi Anno Hungariæ quinquagesimo, Romanorum vigesimo sexto, Bohemorum sexdecimo. Imperii vero quarto.

XXIV. *Alia littera sacri Concilii ad Philibertum Episcopum Constantiensem, Joannem de Polomar &c. 1436.*

SACRA generalis synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, venerabili Philiberto Episcopo Constantiensi, & dilectis Ecclesiæ filiis Joanni de Polomar, &c. salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

2. Cum vos ad partes Bohemiæ & Moraviæ legatos nostros duxerimus destinandos cum plenaria potestate prout in alijs nostris indeliteris continetur, in quibus cum dicatur, quod omnem vobis in dictis partibus potestatem & jurisdictionem Ecclesiasticam concesserimus: Ne generalitas hæc ambiguitatem valeat generare, harum serie declaramus prædictâ vobis seu tribus aut duobus concessâ, causas omnes & lites civiles, criminales & spirituales ad forum Ecclesiasticum pertinentes per vos aut alios audiendi, decernendi, seu de delictis inquirendi, seu delinquentes puniendi, vel cum eis (si vobis visum fuerit) dispensandi, quæcunque beneficia conferendi etiam si forent ad sedem Apostolicam devoluta: & generaliter omnem jurisdictionem voluntariam & contentiosam, & potestatem Ecclesiasticam exercendi, in toto Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ; *quam habent & habere solent legati Cardinales à latere summi Pontificis destinati*: volentes & decernentes, quod facultates in prædictis nostris literis vobis datæ non censeantur per hanc in aliquo diminutæ, sed illas simul & istas volumus in pleno robore permanere. Datum Basileæ III. Idus Martii, anno Domini M. CCCC. XXXVI.

XXV. *Vidimus Compactatorum autoritate & mandato sacri Basiliensis Concilii per legatos ante nominatos cum Regno & Marchionatu sape dictis Praga 1433. initorum una cum Concordatis novis & Declarationibus datis à dictis legatis mense Mart. Iglavia 1436.*



IN Dei nomine Amen. Nos Philibertus Dei & Apostolicæ sedis gratia Constantiensis Episcopus, Provinciæ Rothomagensis; Johannes de Palomar(*) Archidiaconus Barchinonensis, Apostolici Palatii causarum Auditor, Decretorum Doctor; Martinus Bernerii Decanus Turonensis, Baccalaureus formatus

(*) al. Palomar.

marus in Theologia; & *Thomas Haselbach* sacræ Theologiæ Professor, sacri generalis Basiliensis Concilii ad regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ legati destinati; tenore præsentium confitemur & recognoscimus: Quod inter *generalem congregationem inclyti Regni Bobemia, Præge habitam circa festum Sancti Martini, Anno Domini Millefimo, quadringentesimo tricesimo tertio, & nos legatos dicti sacri Concilii, fuerunt facta, concordata, conclusa & manuum stipulatione firmata Capitula cum suis Declarationibus & responsonibus que sequuntur.*

[Sequuntur *Compallata Prægens* paulo ante posita, tanquam hic inferenda]

2. In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Hæc quæ infra scripta sunt &c. &c.

[Declarationes novæ]

3. In nomine domini nostri Jesu Christi, qui est amator pacis & unitatis populi Christiani, hæc, quæ sequuntur, concordata sunt, super aliquibus difficultatibus exortis, in & super capitulis, pro pace & unitate nuper oblati & concordati. *Primo* cum in tertio capitulo incipienti circa materiam primi articuli inter cætera sic sit scriptum & conclusum. *Quod dictis Bobemis & Moravis suscipientibus Ecclesiasticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis quam in usu communione utriusque speciei, fidei & ritui Universitatis Ecclesiæ conformibus,* per verbum *fidei* ibi appositum, intelligunt & intelligi volunt, veritatem primam, & omnes alias credendas veritates, secundum quod manifestatur in scripturis sacris, & doctrina Ecclesiæ sanè intellectis.

4. Item cum dicitur *de ritibus Universitatis Ecclesiæ*, [s. Universalis Ecclesiæ] intelligunt & intelligi volunt, non de ritibus specialibus de quibus in diversis Provinciis diversa servantur, sed de ritibus qui communiter & generaliter circa divina servantur. Et quod postquam nomine Regni & Marchionatus in Universitate, hoc suscipietur; si aliqui in divinis celebrandis, non statim suscipiant ritus, qui generaliter observantur, propterea non fiat impedimentum pacis nec unitatis; nec dici possit, tales non esse de Regno vel Marchionatu, sed accedant ad sacrum Concilium Basiliense omnes, si voluerint, aut aliqui nomine omnium talium & ibi habebunt facultatem proponendi & allegandi honesto & ordinato, modo, quodcunque eis fuerit bene visum.

5. Item dixerunt dicti legati sacri Concilii quod *Judex* ille qui nominatus & expressatus fuit *in concordatis in Egra, fuit, est, & erit Judex in omnibus credendis & agendis in Ecclesia sancta Dei, & secundum illum sacrum Concilium procedere intendit in omnibus, Spiritus Sancti gratiâ assistente.*

6. Item quod Ambasiatores dicti Regni & Marchionatus, ad sacrum Concilium, Deo propicio, feliciter dirigendi, & omnes, qui de eodem Regno vel Marchionatu, dictum sacrum Concilium adire voluerint, securè poterunt ordinato & honesto modo proponere, quicquid difficultatis occurrat circa materias fidei, Sacramentorum vel rituum Ecclesiæ, vel etiam pro reformatione Ecclesiæ in capite & in membris; & Spiritu Sancto dirigente, fiet secundum quod juste & rationabiliter ad Dei gloriam & Ecclesiastici status debitam honestatem fuerit faciendum,

XXVI. *Responsa Legatorum Concilii Basil. ad dubia Bohemorum.*
Idavia 5. Jul. 1436.



Hec sunt responsa dicta per Reverendum in Christo Patrem, Dominum Philibertum Episcopum Constantiensem, provincie Rothomagensis; ac venerabiles & egregios viros Johannem de Palomar, Decretorum Doctorem, Archidiaconum Barchinonensem; *Henricum Tbolze* (*) in Theologia Magistrum, Canonicum Magdeburgensem; & Martinum Berneri Baccalaureum formatum in sacra pagina, Decanum Turonensem; legatos, sacri Concilii generalis, ad quaesita puncta seu dubia per nonnullos venerabiles magistros & sacerdotes regni Bohemia eis nota. Primo dixerunt quod non est intentionis sacri Concilii permittere communionem sub duplici specie, permissione tolerantie, vel sicut Judaeis permixtum fuit libellus repudii. Quia cum sacrum Concilium, viscera maternae charitatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non est intentionis Concilii, permittere tali permissione quae peccatum non excludat, sed taliter elargiri, quod auctoritate Domini nostri Jesu Christi & Ecclesiae, vera sponsa sua sit licita & digne fumentibus utilis & salutaris.

2. Item, cum circa materiam de punitione peccatorum, fuisset per dictos Magistros & sacerdotes dictum, quod & ex scripturis sacris habetur, quod interdum Deus excitat corda privatarum personarum ad correptionem & punitionem peccatorum: & sic videtur licere inferioribus corrigere suos superiores & punire. Responderunt, ostendentes textum Sancti Augustini in decretis 23. quest. fin. *Qui percatit malos, in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis, minister Dei est. Qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, adulterum, perjurum, vel quemlibet criminofum interfecerit aut trucidaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur, & tanto acrius, quanto (***) non sibi a Deo concessam potestatem abusuve usurpare non timuit & certe molestius susciperet ista civitas si aliquis privatus attemptaret punire unum criminofum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum suspenderet, quam, si unus homo interficeret unum hominem in via, vel per insidias. Et alios veritus beati Ambrosii & Hieronimi eidem concordantes etiam allegarunt. Dixerunt denuo: Quod nemo dubitat, quod lex Dei Sancti & debite posita est & in ea legitur simpliciter: *Non furtum facies.* Et tamen mandato Dei Filii Israel asportarunt bona Aegyptiorum, quae receperant commodata. Item in eadem lege scribitur simpliciter: *Non occides.* Ex quo beatus Augustinus primo de Civitate Dei, probat, quod nemini liceat decidere seipsum & cum facit instantiam de Samsone, respondet, & dicit haec verba: *Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium impietatis accuset?* sic in proposito, verba beati Augustini habeatis pro responso. Sed videat quisque, si deus jubet & se jubere sine ambagibus intimat, & probet spiritus, si ex Deo sunt. Sed de talibus non est lex danda, nec est multum agendum: nam per hoc facile insurgeret occasio faciendi seditiones & inferioribus insurgendi contra superiores. Et quando aliquis furatus esset, vel aliquem interfecisset, diceret, quod spiritu Dei motus est. Sed certe, nisi de hoc bene constaret, puniretur.*

(*) *Al. Tock.*

(**) *Al. quantum.*

3. Dixerunt denuo: Quod sunt aliqui casus, in quibus laici habent potestatem in Clericos. Fuit responsum: Quod certi sunt casus in Jure in quibus Laici habent potestatem super Clericos, & etiam aliquando super Cardinales. Nam si mortuo Papa Cardinales non vellent intrare Conclave ad electionem Papæ faciendam; Rex, Princeps, vel alius Dominus, seu Potestas sæcularis potest eos compellere Sed in illis casibus, jam ille non est privata persona, sed auctoritate Juris utitur Jurisdictione; similiter est intelligendū de aliis casibus in Jure expressis.

4. Dixerunt ulterius: quod nullum Jus Fori habet Justitiā, nisi Jus Politicū illud approbaverit. Fuit responsum: Quod nullum Jus Fori habet Justitiā, si sit contra legem Dei; & quod lex Dei est regula omnium legum. Sed exigitur magna peritia in applicando regulam ad regulatum. Nam interdum alicui videtur, quod sit tortuositas in regulato, & non est; sed est defectus in applicando, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

5. Circa articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis Prælatum ex sua invidia vel malitia, sine causa rationabili, bonum & idoneum Prædicatorem bene & Catholicè prædicantem inhibet prædicare. Fuit responsum: Quod satis intellexerunt, quod ab uso Prælatorum, in ordinare agentium magis a occasione præstitit his turbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audiverunt tales querelas. Sed Prælati favent bonis Prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitant precibus, honoribus & favoribus. In talibus autem casibus jam à Jure prodita remedia. Quando aliquis prohibetur uti jure suo, habet remedium appellandi; & si bene confidit, quod appellatio sit justa, utatur jure suo. omni violentia brachii utriusque, spiritualis videlicet & sæcularis temerata. Nam exitus causæ declarabit, si ipse habebat justam causam appellandi. Tunc declarabitur, superiorem male prohibuisse, & appellantem (*) juste fecisse. Et superior injuste prohibens debet corripi. Si autem juste fuerit prohibitus, & ipse sua temeritate superioris justum mandatum spreverit; dignum est, quod ipse digna animadversione puniatur.

6. Circa quartum fuit motum, an liceat Prælati Ecclesiasticis actus sæcularis domini in propria persona exercere. Fuit responsum: Quod si per verbum actus sæcularis domini intelligantur actus, quos unus sæcularis dominus possit agere seu exercere, tunc dicendum est, quod aliquos tales actus potest licite Prælatum in propria persona exercere; sicut sunt vendere, impignorare, infeudare, modis & formis à jure ordinatis. Aliqui sunt, quos non licet in propria persona exercere, sed debent habere Oeconomum, Vicedominum vel Procuratorem, qui hæc [has] exerceat. De quibus actibus cavetur in Jure, cavetur in Rubrica. Ne Cler. vel mon. sæcul. negot. se immisc. & aliis juribus.

7. Fuit motum, an illa potestas coactiva, que debet exerceri per Oeconomum, sit apud Prælatum Ecclesiæ? Dicitur Johannes de Polomac respondit: quod hæc quæstio præsupponit aliam, de qua sunt diversæ opiniones inter Doctores, apud quem sit dominium rerum Ecclesiæ: & ulterius: An actiones sint in persona Tutoris vel Procuratoris, vel licet non sint in eorum persona, tamen per constitutionem Procuratoris, Tutoris (**) exercitium ipsarum demandent ipsi Actori, vel Procuratori, & alias intricaciones, de quibus non est opus ad præseos agere. Sed cum multum in staretur dicere opinionem suam, dixit: quod si orium haberet, & liberet solitari in disputando, daret optionem arguenti. Sed magis esset opinio sua, quod dominium rerum Ecclesiæ est apud Christum, & Prælati & alii Ecclesiastici sunt Oeconomi, (***) administratores, ad instar tutorum. Sed ampliorem habent potestatem seu administrationem, quam tutores. Et constituendo Oeconomum seu Vicedominum &c. eorum constitutione debite facta, Oeconomus seu Vicedominus habet illam potestatem coactivam, seu exercitium Jurisdictionis.

U

Item

(*) Al. appellatorem, (**) Al. vel Actoris vel Procuratoris, (***) Al. Canonici administr.

8. *Item circa quartum articulum* pro declaratione *prime Conclusionis*, est concordatum, quod verba: *juste acquisita in ipsa posita*, omnia in eadem contenta, determinant.

9. *Item circa secundam Conclusionem*, cum sacri Canones & Doctores sancti sic loquuntur, *bona Ecclesia, res Ecclesie, Facultates Ecclesie*; & inter Doctores variaz sunt opinioniones, apud quem sit ipsarum rerum dominum, prout nos. *glos. & Dd. in c. Expedi. 22. q. 1.* ad nullam illarum opinionum intendunt aliquem coartare, sed nec aliquam illarum opinionum excludere, sed sit unicuique facultas, illam quae sibi melior videbitur, probabiliter sustinere. Dixerunt praeterea dicti Bohemi, quod ipsi tenent, *quod Clerici, aut viri Ecclesiastici, rerum temporalium Ecclesie sunt administratores & non domini*, ad modum loquendi scripturae, Doctorum Sanctorum, & Canonum. Item Bohemi dicunt, quod *in omnibus emergentis stare volunt dictamini iudicis, & unanimes consensu in Egra compactato*. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium has nostras literas, sigillis nostris fecimus communiri, & ad majorem evidentiam robur & firmitatem, sigilla Serenissimi Domini Sigismundi Romanorum Imperatoris, & Illustrissimi Principis domini Alberti, Ducis Austriae & Marchionis Moraviae, ad instantes preces nostras, sunt praesentibus appensa. Datum Iglaviae Olomucensis Dioecesis, die quinta mensis Julii, Anno Domini M. CCCC. XXXVI.

XXVII. *Executoria Legatorum Concilii Basileensis super Compactatis data Bohemis Iglavia 5. Mart. [al. 4. Mart.] 1436, seu*

1. *Littera dominorum Legatorum Regno & Marchionatui praedictis edita, per quam iidem Legati, autoritate sacri Concilii recipiunt & acceptant unitatem & pacem per Regnum & Marchionatum, praedictis factas & firmatas, cum universo populo Christiano, tolluntque omnes sententias censurae, & plenam abolitionem faciunt.*
 2. *Item confirmant autoritate domini Jesu Christi & Ecclesie verae sponsae suae, Communionem utriusque speciei, mandantque Bohemos & Moravos, pro eo quod communicaverunt, communicant, & communicabunt, non invadere, nec infamare, aut ipsis injuriari:*
 3. *Nam illi quatuor articuli sunt jam complanati. Et quod ipsis in desiderio Communionis per severantibus, sacrum Concilium autoritatem & facultatem dabit sacerdotibus regni & Marchionatus praedictorum, taliter communicandi: Declaratur etiam de ritibus, quid sit faciendum, & qualiter sint tenendi. Item mandatur Archiepiscopo Pragensi nec non Olomucensi & Litomislensi Episcopis, universis quoque & singulis Ecclesiarum Praelatis, curam animarum habentibus, quod eos qui talem usum habent sub duplici specie communicant, & Clericos taliter communicantes, ordinent, ipsisque resistere, & contraire non praesumant. Item quod non intendit sacrum Concilium permittere communionem sub duplici specie, permissione tollerantia, vel sicut Judaeis fuit permissus libellus repudii &c.*

IN Nomine Domini Nostri Jesu Christi qui est amator pacis & unitatis (*) & pro unitate Christiani populi preces porrexit ad Patrem. Nos Philibertus Dei & Apostolicæ sedis gratia Constantiensis Episcopus, Provincia Rothomagensis; Johannes de Polomar Archidiaconus Barchinonensis, Apostolici Palatii causarum Auditor, Decretorum Doctor; Martinus Bernerii Decanus Turonensis; (**) & Thomas Hafelbach, sacre Theologiæ Professor, (***) sacri generalis Concilii Basiliensis ad regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ legati destinati; auctoritate sacri Concilii recipimus & acceptamus, unitatem & pacem per dictos Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ acceptas, factas & firmatas, secundum quod utrique parti constat per literas inde confectas, cum universo populo Christiano: tollimus omnes sententias censuræ, & plenariam abolitionem facimus.

2. Item auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & dicti sacri generalis Concilii, pronunciamus veram, perpetuam, firmam, bonam & Christianam pacem dictorum Regni & Marchionatus, cum reliquo universo populo Christiano, *mandantes auctoritate prædicta, universis Christiani orbis Principibus, & aliis Christi fidelibus* universis, cujuscunque status, gradus, & præ eminentiæ aut dignitatis exsistant; quatenus dictis Regno & Marchionatu, pro difficultatibus aliquibus circa materias fidei, & *quatuor articulorum* dudum exortas & agitaras (cum jam sint per dicta capitula complanata) aut pro eo *quod communicarunt, communicant & communicabunt sub utraque specie juxta formam* dictorum capitulorum; eos invadere, offendere, infamare, aut injuriari præsumant: Sed ipsos Bohemos & Moravos, tanquam Fratres bonos, & *Catholicos Ecclesiæ orthodoxæ Filios*, reverentes, & obedientes eidem, habeant & fraternam dilectione contractent. Hoc declarato expressè, quod si aliquis contra faceret, non intelligatur pax ipsa violata, sed debeat fieri de illo emenda condigna. Cumque prout in dictis capitulis continetur, circa materiam Communionis sub utraque specie sit hoc modo concordatum; *Quod dictis Bohemis & Moravis suscipientibus Ecclesiasticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei & ritui universitatis Ecclesiæ conformibus, illi & ille, qui talem usum habent, communicabunt sub duplici specie cum auctoritate domini nostri Jesu Christi & Ecclesiæ vere sponse eius.* Et articulus ille in sacro Concilio discutietur ad plenum, *quoad materiam de præcepto*, & videbitur quid circa illum articulum pro veritate Catholicâ sit tenendum & agendum, pro utilitate & salute populi Christiani. Et omnibus mature & digeste pertractatis, nihilominus si in desiderio habendi dictam Communionem sub duplici specie, perseveraverint, hoc eorum Ambasiatoribus indicantibus, sacrum Concilium sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatus, communicandi sub utraque specie populorum, eas videlicet personas, quæ in annis discretionis reverenter & devote postulaverint, facultatem pro eorum utilitate & salute, in domino largitur. Hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant; quod ipsi debent firmiter credere, *quod non sub specie panis, caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum; sed sub qualibet specie est integer & totus Christus.* Et juxta dictorum Compactatorum formam dictis Bohemis, & Moravis, suscipientibus Ecclesiasticam unitatem & pacem, *realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu Communionis utriusque speciei, fidei & ritui universitatis Ecclesiæ conformibus, illi & ille, qui talem usum habent, valeant communicare sub duplici specie, cum auctoritate*

U 2

(*) Al. *veritatis.* (**) In alio exemplari hæc insuper habentur: *Tilmannus præpositus Sr. Florani de Confluentia Decretorum Doctor; Egidius Caroli, Decanus Cameracensis;*

(***) Al. *Professor Pemonensis.*

authoritate domini nostri Jesu Christi & Ecclesie verae sponsae ejus. Hoc expressè declarato, quod per verbum *Fidei* supra & infra positum, intelligunt & intelligi volunt veritatem primam, & omnes alias credendas veritates, secundum quod manifestantur in scripturis sacris, & doctrina Ecclesiae sane intellectis. Item cum dicitur *de ritibus universitatis* (*) *Ecclesiae*, intelligunt & intelligi volunt, non de ritibus specialibus, de quibus in diversis Provinciis diversa servantur; sed de ritibus, qui communiter & generaliter circa divina servantur. Et quod postquam nomine Regni & Marchionatus in Universitate hoc suscipietur, si aliqui in divinis celebrandis non statim suscipiant ritus, qui generaliter observantur, propterea non fiet impedimentum pacis nec unitatis.

3. Idcirco reverendis in Christo patribus, *Archiepiscopo Pragensi & Olomucensi ac Lutbomisleni Episcopis*, qui sunt, vel pro tempore erunt, universis & singulis Ecclesiarum Praelatis, curam habentibus animarum, in virtute sanctae obedientiae districtè praecipiendo mandamus; *quatenus illis personis, qui usum habent communicandi sub duplici specie juxta formam in dicto capitulo contentam, sacrum Eucharistiae sacramentum, sub duplici specie requisiti, prout ad unumquemque pertinet aut pertinebit in futurum, ministrent, & pro necessitate plebis, ut non negligatur, faciant ministrari & his nullatenus resistere aut contraire praesumant.* Scholares quoque qui communicarunt & deinceps juxta dictorum capitulorum formam, communicare volent, & etiam cum promoti fuerint, & ad eos ex officio pertinebit aliis ministrare sub duplici specie, propterea à promotione ad sacros ordines non prohibeant; sed si aliud Canonicum non obstat, eos ritè promoveant eorum Episcopi. Quod si quispiam contra hoc facere praesumpserit, per ejus superiorem debite puniatur, ut poena docente cognoscat, quam grave sit, auctoritatem sacri generalis Concilii habere contemptam. Universis quoque & singulis, cujuscunque status, praerogativae aut conditionis existant, praesentium tenore districtè praecipiendo mandamus, quatenus dictis Bohemis & Moravis servantibus Ecclesiasticam unitatem, & utentibus Communionem sub duplici specie, modo & forma praedictis, nemo audeat impropere, aut eorum famae vel honori detrudere.

4. Item quod Ambasiatores dicti Regni & Marchionatus, ad sacrum Concilium Deo propitio, feliciter dirigendi, & omnes qui de eodem Regno vel Marchionatu, dictum sacrum Concilium adire voluerint, secure poterunt, ordinato & honesto modo proponere, quicquid difficultatis occurrat circa materias fidei, sacramentorum, vel rituum Ecclesiae vel etiam pro reformatione Ecclesiae, in capite & in membris. Et Spiritu Sancto dirigente, fiet secundum quod juste & rationabiliter ad Dei gloriam & Ecclesiastici status debitam honestatem fuerit faciendum.

5. Item, recognoscimus in gestis apud Pragam, in scheda, *que incipit: Haec sunt responsa data, per reverendum; in Christo patrem, Dominum Philibertum Episcopum Constantiensem, Provinciae Rotbomagensis; Johannem de Polomar Decretorum Doctorem Archidiaconum Barchinonensem; Henricum Tbolze (***) in theologia Magistrum, Canonicum Magdeburgensem; & Martinum Bernerii, Baccalaureum formatum in sacra pagina, Decanum Thuronensem, legatos sacri Concilii generalis, ad quaerita puncta seu dubia per nonnullos venerabiles Magistros & sacerdotes regni Bohemiae eis mota, hanc esse Responsum scriptam.*

Primo

(*) Al. *universalia.*

(**) al. *Talke.*

Primo dixerunt, quod non est intentionis sacri Concilii permittere Communionem sub duplici specie permissione tolerantia, vel sicut Judais permissus fuit libellus repudiij. Quia, cum sacrum Concilium viscera materna Charitatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non est intentionis Concilii permittere tali permissione, quae peccatum non excludat; sed taliter elargiri, (*) quod auctoritate domini nostri Jesu Christi, & Ecclesiae verae sponsae suae, sit licita, & digne sumeantibus utilis & salutaria. (**). In quorum omnium & lingulorum fidem & testimonium, has nostras litteras sigillis nostris fecimus communiri. Et ad majorem evidentiam, robur & firmitatem, sigilla Serenissimi Domini Sigismundi Romanorum Imperatoris, & Illustrissimi Principis Domini Alberti Ducis Austriae & Marchionis Moraviae, ad instantes preces nostras, sunt praesentibus appensa. Datum Iglaviae Olomucensis Diocesis, die 4. [al. 5.] mensis Julii Anno Domini M. CCCC. XXXVI.

XXVIII. Littera recognitionis Domini Imperatoris & Ducis praetectorum qualiter domini legati de quibus prius habita est mentio, Caesarea Majestati promiserunt, eandemque certificarunt quod Bohemis & Moravis Bullas liberationis (f. Libertationis) super Communionem utriusque speciei Concilium sacrum dabit. Iglavia 3. Julii 1436.



Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae &c. Rex. Et Albertus eadem gratia Dux Austriae & Marchio Moraviae &c. recognoscimus tenore praesentium univervis, quod orta ad praesens in Tractatibus, habitis inter Reverendos in Christo patres, sacri generalis Concilii Basiliensis legatos, ac nobiles Barones, terrigenas, sacerdotes ac Civitates inclyti regni Bohemiae, quadam differentia super forma libertationis communionis venerandissimi Sacramenti sub utraque specie, quae tempore suo Oratoribus Bohemorum, hoc in sacro Concilio indicantibus, debet dari, prout in Compactatis continetur; & interponentibus nobis apud praefatos Patres legatos omni studio partes

U 3

nostras,

(*) al. elargitur. (**). *Alii hac habentur, super caetera, quae hic essant: Quomodo concordati sumus cum Governatore, Baronibus, & aliis, quod per illas formas in hac & in alia littera conceptas & scriptas, dicta compactata ad executionem deducuntur, & in illis formis ambae partes rescedimus. Item in litteris ab utraque parte ad invicem apponantur in testimonium ad parium petitionem sigilla Serenissimi Imperatoris & Illustrissimi Domini Ducis Austriae & Marchionis Moraviae Ambasciatoribus Regni Bohemiae ad sacrum Concilium destinandis, dabimus saluum conductum eo modo, quo dedimus Dominis Muth & Procopio & Martino. Dabimus Bullam sacri Concilii, in qua inserentur Compactata & confirmabuntur; Item aliam Bullam, in qua inseretur littera pro executione Compactatorum, per nos facta cum ratificatione; Quando dicit fuerint nobis litterae regni, & facta fuerit obedientia; nos dabimus litteram, per quam promittimus, quod quam cito commode poterimus, procurabimus habere à sacro Concilio, dictas duas Bullas. Et haec littera erit munita Sigillis Regni, & Serenissimi Domini Imperatoris, & Illustrissimi Domini Ducis in testimonium. Simili modo petimus saluum conductum, si nos vel aliqui ex nobis, velint transire ad Regnum. In quorum fidem & testimonium, Nos Philbertus Episcopus opus Constantiensis praefatus; Johannes de Polomaz auditor; & Tidmannus Praepositus S. Fortini vice & nomine omnium aliorum collegarum nostrorum, in absentis aliorum collegarum nostrorum, in absentis suorum sociorum, ovescentes has litteras dedimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas. In alio autem Codice sic habetur: In quorum omnium & lingulorum &c.*

nostras, ut tam bona, tamque sancta res, propter talem difficultatem non frustraretur felici exitu. Tandem ipsi reverendi Patres legati, affectionati multum ad votivam consumationem hujus negotii, in presentia Bohemorum nobis promiserunt, nosque certificarunt in hunc modum.

1. Nos legati Basiliensis Concilii promittimus vestrae Majestati, & certificamus eandem, quod tempore illo, quo Sacrum Concilium debet regno Bohemiae & Marchionatus Moraviae dare Bullam libertationis super Communionem utriusque speciei, quod ex tunc ipsum sacrum Concilium dabit eandem bullam honestam, in forma & verbis Compactatorum, illis nihil addendo vel auferendo, dabit etiam mandata sive executorias ad Praelatos Regni & Marchionatus Moraviae, sub forma honesta, quae non erit derogativa seu detractiva honoris nec famae Bohemorum, nec deviat a Compactatis. In cujus rei testimonium & fidem Nos Sigismundus Imperator, & Dux Albertus praefati Sigilla nostra huic litterae appendi iussimus, promittentes Bohemis & Moravis praefatis, quod omni diligentia studio & opera apud sacrum Concilium eos adjuvabimus, ut omnino juxta praefatorum legatorum promissionem a sacro Concilio votivum consequantur effectum. Datum Iglaviae Anno Domini M. CCCC. XXVI. die tertia mensis Julii Regnorum nostri Sigismundi anno Hungariae quinquagesimo; Romanorum vigesimo sexto; Bohemiae XVI; Imperii quarto.

XXIX. *Bulla Domini Papa Eugenii per quam recommendat Dominum Imperatorem saepe fatum Baronibus ceterisque nobilibus ac Pragensibus, & aliis Civitatibus Regni Bohemiae affectionem Sanctitatis suae erga regnum ipsum ejusque incultas declarando. Bonon. Id. Marti. 1436.*



Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis Filiis, nobilibus viris, Baronibus, Pragae Civitatis nobilibus, ceterisque Civitatibus regni Bohemiae salutem & apostolicam benedictionem. Gratus nunciatus dudum laetificavit animum nostrum dilecti Filii, cum audivimus, quod pietas altissimi infuderat spiritum concordiae, & unitatis, in cordibus vestris cum reliquis Christi fidelibus, de qua re, quantam consolationem in domino susceperimus propter pacem & quietem vestram, & aliorum Christi fidelium, novit ille, cui corda & cogitationes hominum parent. Et quidem speramus, quod misericordia altissimi, cujus miserationes sunt super omnia opera ejus, augebit in vobis gratiam suam, quodque virtus & devotio vestra lucebit in Dei Ecclesia, & erga nos summum Pontificem ostenditis debitam obedientiam & fidem ad salutem animarum vestrarum. Quemadmodum etiam nobis retulit Venerabilis frater noster Johannes Episcopus Signensis, quem suis exigentibus meritis, paterna dilectione prosequimur; multa asserens de vestra devotione & affectione sincera erga nos, & Ecclesiam Romanam, ex quibus rebus charitatem vestram, meritis laudabilibus commendamus, exhortantes vos, pie in domino vivatis, ut gratia, quae data est vobis a Salvatore nostro, per vestra bona & laudabilia opera fructum afferat uberem in odorem suavitatis. Inter cetera gratissimum fuit audire concordiam bonam vestram, cum Charissimo in Christo

Christo Filio nostro Sigismundo Romanorum Imperatore semper Augusto,
 Rege vestro, quem cum summa charitate diligamus, prout tanti Prin-
 cipis virtus & merita requirunt, exaltationem & statum suum, cum
 fuerit semper, & sit præcipuus noster & Ecclesiæ Dei defensor & Pro-
 tector augeri tota mente exoptamus. Itaque (prout decet subditos
 suo Regi parentes, ac debitam reverentiam & obedientiam præstantes)
 diligatis ipsum in sinceritate mentis & animi, cum ipse sit Princeps
 prudentissimus, ac diligat & amet vos, quotidie agens, quæ sperat
 pertinere ad bonum vestrum, & regni utilitatem. Nam petivit à no-
 bis aliqua pro quiete & honore vestro & regni per organum Epi-
 scopi præfati, quæ nos libenter concessimus parati etiam in posterum
 omnia facere, quæ concernant honorem, commodum & utilitatem ve-
 stram, tum propter bonum vestrum, quorum honestis desideriis semper
 intendimus complacere, cum contemplatione Imperatoris, cujus lauda-
 bilis & sincera voluntas semper nobiscum unita fuit, in fide pura, &
 charitate non ficta, ac pro nobis ac Ecclesiæ statu ea fecit, quæ laudem
 & gloriam perpetuam mereantur. Datum Bononiæ Anno Incarnationis
 dominicæ. M. CCCC. XXXVI. quinto Idus Martii, Pontificatus nostri
 anno VI.

D. de Vinaris.

„Philibertus Episcopus Constantiensis &c. cum reliquis Legatis su-
 „pra sæpe nominatis sacri generalis Basiliensis Concilii ad regnum Bo-
 „heimæ & Marchionatum Moraviæ destinatis, publico edicto cavet,
 „ne quis Communicantes sub utraque specie molestet, sub gravi pœna à
 „superiore contra facienti irroganda. Deinde Archiepiscopo Pragensi
 „& Olomucensi ac Lithomislensi Episcopis mandat, ne Clericos com-
 „municantes, & communicare volentes à sacris Ordinibus prohibeant,
 „sed eos ordinent, promoveant & consecrent. Datum Iglaviæ Olomu-
 „censis Diocesis XIII. Julii. Anno 1436.

„Sequitur secundum Edictum sive mandatum de non molestando
 „Communicantes sub utraque specie, à dictis legatis Anno & die ut in
 „priori, datum.

„Philiberti Episcopi Constantiensis & reliquorum legatorum sacri
 „Concilii Basiliensis ratificatio dictæ Confirmationis. Data Pragæ in
 „Collegio Caroli majoris Civitatis Pragensis XXVII. Aprilis anno 1437.

XXX. *Copia mandati ad subditos Regni Bohemie & Marchio-
 natus Moravia pro pace servanda, Iglavia 12. Julii: 1436. Z*

Nos Alzo de Ryssenburg, alias de Wizestionu, Gubernator
 Regni Bohemie, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Praga
 civitas & cæteræ civitates, Generalem congregationem inebit
 Regni Bohemie & Marchionatus Moraviae facientes & re-
 presentantes; universis & singulis subditis & incolis præfatorum Regni
 & Marchionatus cujusunque status & conditionis existant, qui sunt de par-
 te nostra, effectu omnis boni, vario cum genere complacendi præporrectis.
 Cum propter aliquas difficultates, circa materias fidei & quatuor articulorum
 exortas,

ekortas, inter nos & convicinos nostros, tam extra, quam intra Regnum & Marchionatum consistentes, bella diutius fuerint agitata, & jam per Dei gratiam, inter legatos sacri generalis Concilii & generalem congregationem dicti Regni, sit facta concordia, & nos pacem, qui [quemadmodum] promissimus pro dictis causis & articulis suscipere, & inire volentes cum universo populo Christiano, sive intra Regnum sive extra sistente, [subsistente] per fidem & honorem nostrum, omni dolo & fraude cessante, suscepimus. Idcirco vobis omnibus & singulis per præsentem præcipiendo mandamus, quatenus bonam, Christianam, firmam & perpetuam pacem servetis & teneatis; & ipsius supradictis & vicinis, tam intra quam extra Regnum illam nullatenus violentis seu violari permitatis: sed faciatis à vestris omnibus firmiter observari. In horum fidem & testimonium, has literas nostras Sigillo Regni Bohemæ fecimus communiri. Datum in Iglavia, XII. die Mensis Jul. Anno Domini, M. CCCC. XXXVI. Data est autem hujus mandati Copia Dominis Legatis, præsentem Imperatore XV. die Augusti, Iglaviæ eodem anno.

XXXI. *Articuli editi per magistros & clericum Pragensem ac Dominos Consules Communitatum Pragensium, Feria quartâ ante Festum S. Viti: anno 1442.*



V *Compactata* cum Ecclesia sancta ab omnibus efficaciter teneantur.

II. Ut omnes Prædicatores affirment, *Communionem utriusque speciei esse veram, utilem & salubrem.*

III. Ut nullus audeat prædicare, quod *tantum sumitur sub una specie, quantum sub utraque.* Cum hoc sit contra communicantes sub utraque specie.

IV. Ut nullus audeat porrigere *sub una specie*

publice vel occulte.

V. Ut omnes plebani *manu propria* communicent, sub utraque specie.

VI. Ut sic communicantes nullus audeat quovis modo diffamare, puta, hæreticos aut schismaticos dicere, sed ab omnibus teneantur pro fidelibus Christianis.

VII. Ut omnes sacerdotes Pragenses & Monachi sint sub obedientia Magistri Przibrani & Magistri Procopii, si autem quispiam nollet, non debeat foveri.

XXXII. (a) *Epistola Nicolai de Cusa Cardinalis ad Bohemos. Dat. Ratisbona 27. Junii 1452.*



NICOLAUS miseratione divina, tituli St. Petri ad vincula, Sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, Episcopus Brixinensis: universis & singulis Nobilibus, venerabilibus, strenuis, honorabilibus, prudentibusque, Baronibus, Prælatibus, Militibus, presbyteris, Religiosis, Militaribus, Magistris civium, oppidanis, & cunctis Ecclesiasticis & secularibus, inclytum Regnum Bohemæ & Marchionatum Moraviæ inhabitantibus, veræ pacis desideria feliciter adipisci.

Postquam

Postquam divina pietas statuit (uti firmiter sperabamus) Regnum & Marchionatum prædicta hoc tempore ad obedientiam Sacrosanctæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ revocare , sanctissimus Dominus noster , Dominus Nicolaus Papa V. nobis curam & sollicitudinem tam sancti operis commisit , & Legati de Latere plenam tribuit facultatem.

2. Et quoniam nuper ex Nobilibus Regni ipsius Oratoribus , in *Dieta Ratisponensi* , latenter intelleximus desideria omnium vestrorum , divina inspiratione , nunc ad veram & effectivalem unionem inclinari. Et quod ea propter Apostolicam Legationem in Regno ipso constitui optatis , pro complemento tam sancti propositi mox operam dedimus , ut hoc summo Pontifici nostro quam ocyssimè innotesceret. Et quoniam ad rem ipsam feliciter conducendam , necesse est , ut ante accessum Apostolici legati ad Regnum , de mente singulorum aut saltem majoris & sanioris partis inhabitantium , quoad puram , veram & effectivalem obedientiam & subjectionem simus certiores facti. Nam nisi esset propositi vestri , vos velle conformare progenitoribus vestris , qui ante hanc differentiam Catholicam vitam duxerunt , qui fidem orthodoxam ab Apostolica sede atque Privilegia Metropolitanæ sedis & generalis studii , pro sua devotione & obedientia , ad matrem suam , ipsam scilicet sedem Romanam meruerunt : quemadmodum & alia Christiana regna , quæ adhuc in eadem obedientia perseverant , supervacue Apostolicus Legatus inquietaretur : & re non peracta , in non parum omnium vestrorum dedecus rediret. Ideo ut experiamur , quem fructum introitus Legati efficere queat , honorabilem Joannem Dorfenit , præsentium latorem , Capellanum nostrum devotum ac dilectum ad vos omnes & singulos transmisimus. Cui dedimus in mandatis , ut in his nostris patentibus literis ostensis , uniuscujusque mentem & intentionem investiget , circa jam dictam obedientiam præstandam , & quæ circa ipsam atque securum accessum Apostolici Legati fuerint opportuna , prout de hoc per nos latius est informatus.

3. Quare rogamus vos , & in Domino exhortamur , ut ipsum Capellanum nostrum admittere , benigne audire , & quæ mente geritis , scripto patefacere velitis. Nec puteris nos à vobis rem magni ponderis leviter exigere. Nam cum impossibile sit , veram pacem Ecclesiasticam constitui posse , quamdiu non est omni modo conformitas corporis & membrorum. Turpis enim est omnis pars , quæ toti non congruit. Hinc in ea re , (ubi qui non est cum universali Ecclesia , contra eam esse constat) necesse est , pure & simpliciter , absque pacto & conditione omnium conformitatem obedientiæ amplecti. Neque quenquam movet , quod , cum *Oratores tunc Basiliensis Concilii , de pace Ecclesiastica Præ tractarent , ad Compactiones devenitum sit* . Nam experimento compertum est , modum illum integram pacem & unitatem cum sancta Romana Ecclesia non effecisse. Quæ cum sit piissima mater omnium fidelium , nulli redeunti , quem in fide genuit , gremium claudere potest , & omnia quæ filii sui postulant , si salutaria sunt , liberaliter concedit. Sicut enim mater ipsa per quæcunq; pacta non posset trahi ad consentiendum in iis , quæ filiorum suorum saluti sciret obviare : ita etiam quæ salutis sunt sine pactis , assensum nequit denegare. Et

infra : Nolite igitur tales pro fratribus honorare , qui se matris vestræ filios nominari verecundantur. Aperite quæso oculos , & considerate unde excidistis , & quo perducti estis , & per quos , & credite plus matri vestræ (à quo omnia , quæ salutis & honoris sunt , recepistis) quam seductoribus illis , qui ad eò cæci sunt , quod lumen non vident : adeo bestiales , quod matrem non cognoscunt. Parvifacite omnia , quæ ipsi de *Compactionibus* ingerunt. Nam ad illorum sciorum confusionem Deus illas sic fieri permisit. Neque religiosus frater Joannes de Capistrano , vir utique zelum Dei habens cum scientia ; nec alius quisquam *asserit* , *Compactiones heresim in se continere , sed constanter negatur , in eis talia concedi , quæ vobis falsò suggerantur.* Poteritis , si volueritis , ex *Compactionibus* ipsis seductores vestros facile convincere. Nam cum extra universalem Ecclesiam quæ Catholica græcè dicitur , non sit salus , & ut ipsi negare non possunt , videte in *Compactionibus* , ubi est illa Catholica Ecclesia , & reperietis *in capite primi articuli esse scriptum , quòd Regnum Bohemie & Marchionatus Moravie , in fide conformare se debent universali Ecclesie.* Et non potest intellectus alius dari , quam quòd Romana illa sit universalis Ecclesia , cui se debent Regnum & Marchionatus conformare. Ea infra. Nam si aliquid singularitatis ex ipsis habere putatis circa ritum communionis sub utraque specie , ut seductores nonnulli persuadent , legite textum , & ponderate mentem Concilii ex litera , & reperietis , negligentia illorum sacerdotum vos omnia ibi vobis oblata perdidisse. Est enim vobis notorium , quod illi tales sacerdotes nunquam ea , quæ fieri debebant ad habendam permissionem illius communionis , procurarunt aut observarunt. Sed non obstantibus *Compactionibus* , continuarunt illa , quæ dimittere tenebantur. Ideo ex eorum negligentia permissio etiam quoad personas , quæ usum habebant , non est sortita effectum : minus permissio de libertate concedenda obtineri potuit à Synodo , semper ob talium Presbyterorum præsumptam pertinaciam qui toto tempore , quo Concilium sedebat , *Compactata* nulla ex parte observare curarunt , & ita soluta est Synodus , antequam eventualis permissio fieri potuerit. Videte hunc quæso , quomodo quidam tales vestri sacerdotes , in suam confusionem ad *Compactiones* refugiunt , ex quibus penitus nihil , ex eorum seductorum culpa , etiam quoad eos qui usum communionis habebant , estis assecuti. Sic alia , quæ in *Compactionibus* sunt , nonne manifeste condemnant tales allegantes ? Ipsi enim sua sponte currere se ingerunt & absque missione expressè contra *Compactiones* prædicant. Et cum nullam habeant potestatem ligandi & solvendi , populum decipiunt. Videtisne , quomodo obedientiam illam , de qua similiter in *Compactionibus* , quoad suum servant Romanum Pontificem ? Ex his intelligitis , *Compactiones* nihil singularitatis vobis præstare , sed solum confusionem eorum , qui sua præsumptione seducti , vos seduxerunt , exprimere , ut ore suo judicentur. Quare merito , instar aliorum fidelium , obedientiam puram , simplicem , veram & effectivalem , quæ sola Deo grata , vobis utilis & salutaris existit ; suademus , in Legati adventu alacri animo acceptare , & nos de illa certiores face-

re, per quam solam ab illa liberalissima Apostolica sede indubie omnia, quæ salutis & pacis sunt, potius sine pacto quam cum pacto, quamprimum in laudem [Dei] poteritis obtinere. Datum Ratisbonæ sub nostro Sigillo, die XXVII. Junii, Anno à Nativitate Domini M. CCCC. LII. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Nicolai divina providentia Papæ quinti, anno sexto.

XXXII. (h) *Responsum Papæ Pii II. datum Oratoribus Regis Georgii, declarans, Bohemos abuti Compactatis.*

Superioribus diebus cum audivissemus vos oratores charissimi filii Regis Bohemæ Illustrissimi, quamvis aliqua ex parte, diximus responsionem; solidam tamen & efficacem, cum fratrum consilio in aliud tempus faciendam reservavimus, quam in præsentiarum à nobis accipietis. Hortamur, ut omnia cum charitate recipiatis, quum tanquam pater in charitate non sita loquamur. Duo exposuistis in hoc ipso auditorio: Nam obedientiam nomine regio præstitistis nobis & Apostolicæ sedi; & usum communionis eucharistiæ sub utraque specie regno Bohemæ & Marchionatui Moraviæ concedi petivistis. Circa primum didicimus, multa nobis esse exposita in laudem Regis, & per oratorem Imperatoris, & per dilectum filium *Procopium de Rabstein*, equitem, qui unus est ex vobis. Nam is multis verbis seorsim nobis sincerum Regis animum & optimum ejus propositum ad bene merendum de sancta sede Apostolica commendavit. Laudamus Regem qui portam Domini videtur inquirere, per quam justii intrant, & sine qua non itur ad cælum; qui non intrat per ostium, fur est & latro. Ostium autem in ovile est ipsa sedes Apostolica cui sunt traditæ claves regni cælorum.

3. Sapit igitur regia sublimitas, qui rerum ostium quærît; & vera pascua, & verum pastorem, & nos, licet immeritos, tanquam Christi vicarium sua honorat obedientia, & primæ sedi submittit caput. Verum, quia regnum Bohemæ olim sub Romanæ Ecclesiæ & antecessorum nostrorum obedientia fuit integrum, & ritum eundem tenuit circa divina sacramenta & postea magna pars regni & Marchionatus ab obedientia recessit, & novum ritum invenit, quem ignoraverunt patres eorum, & multi excessus, qui adhuc in parva parte durant; non potest dici sufficiens Regis obedientia, nisi novitatem tollant, & omnia reducant in pristinam vivendi normam. Quod si vult Rex suæ obedientiæ & suo debito satisfacere; ut omnia tollat de regno suo, quæ sunt innovata contra mandata nostrorum prædecessorum, & contra ritum universalis Ecclesiæ, necesse est: & ita sibi præcipere, in virtute obedientiæ nobis præstita. Quod si fecerit, dicemus Regem ipsum veram & sufficientem obedientiam præstitisse: Eumque condignis & honoribus & favoribus prosequemur: Alioquin, cum Regum proprium sit Ecclesiam tueri, & Romanis Pontificibus reverenter assistere, & eorum parere mandatis, non satis est verbo aut scriptis obedientiam præstitisse, non sequentibus operibus. Hæc ad obedientiam Regis.

3. Ad petitionem vero *communione utriusque speciei*, sive Compactatorum concessionem, consideramus verba proponentis, qui communionem ipsam etiam quoad laicos veritatem divinitus quodammodo revelatam visus est appellare, approbando per praxin eam Ecclesie primitivæ, per auctoritatem sacre scripturæ, per testimonia sanctorum Doctorum, & per concessionem sive per compactata Concilii Basiliensis. Circa hoc non est necesse multum morari. Nam satis hic articulus in Concilio Basiliensi est discussus, & tandem fuit definitum, non esse communionem sub utraque specie quoad laicos, & non conficientes. de præcepto. Deinde magna synodus Constantiensis prius definierat. Quia non licet a consuetudine Ecclesie, quæ a Spiritu sancto regitur, recedere. Et in illis conciliis abunde considerata fuit praxis primitivæ Ecclesie, & sacrarum litterarum auctoritas, & quod doctiores vel sancti vel Scholastici assererent, optime animadversum. Nam omnes fere uno ore loquuntur, quod non populus sub utraque specie communicandus, quamvis id aliquando factum fuit. Nam postea utiliter & salubriter *sublatâ laicis communio calicis ob reverentiam sacramenti, propter periculum effusionis in multitudine communicantium, & propter difficultatem conservationis, si pro viatico infirmorum reservaretur, nec non effusionem, si, ut sæpius oportet, ad parum etiam distans deferretur, tum vero, ne rudis populus existimaret, Christi corpus non integre recipi nisi sub utraque specie*; quod vero de compactatis adducitur paulo post absolvemus. Manifestum autem est, quia post generale Ecclesie consuetudinem. subtrahendam laicis communionem calicis, nulli fas est. sub utraque specie communicare, nisi vel generale Concilium, vel Romanus Pontifex indulserit. Ac præterea nec veritas appellanda est talis consuetudo, neque utilis est aut salubris iudicanda, quæ absque sufficiente auctoritate introducta est. Illud autem damnabile est, & profus hæreticum iudicandum, si quis asserit, *talium communionem ad salutem esse necessariam, sicut Jacobellus putavit, & qui eum secuti sunt.* Qui solum imbutus est grammatica disciplina, qui pueros instruebat, ausus est sacros & Evangelii sensus attingere, ad stum ingentium arcana filii Dei verba interpretari; Non est Grammaricorum aut Dialecticorum secreta divini codicis referare. Theologorum est & sacre pagine Professorum ista cognitio, & eorum, quibus data est scientia clavis, quæ aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Eunuchus ille in Actibus Apostolorum, qui ex Æthiopia venerat in Hierusalem, cum legeret Esaiam, interrogatus ab Apostolo Philippo, an intelligeret, quæ legeret, & quomodo, inquit, possum intelligere, nisi exponatur à te. At *Jacobellus* absque expositione, absque Doctore ausus est docere, quæ non didicit, & absque bibitione calicis salvari neminem asserere, propter verba salvatoris, apud Johannem dicentis: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Verbum tantum & litterarum annotans sonum, mentem præteriens; nesciens quod spiritus est, qui vivificat, caro autem non prodest quicquam: Neque advertens, quod in eodem loco paulo post, cum scandalizati essent de tali Domini sermone aliqui, verba, inquit Dominus, spiritus & vita sunt. Propter quod manifeste declarat, quia de spirituali manducatione & bibitione locutus fuerat potius, quam de sacramentali, quum & nondum esset institutum eucharistie sacramentum. Et ita B. Augustinus, & alii quam plures sancti Doctores ejus Evangelii lectionem exponunt, qui revelatis oculis mirabilia considerarunt de lege Domini & sua doctrina sanctam Ecclesiam illuminarunt. Et licet Dominus in ultima cæna sub specie panis & vini communica verit, quando id sacramentum instituit, & similiter Apostolos in suam commemorationem facere jussit, non tamen idcirco populus

populis communio laicis mandata est. Apostolis tantum dictum fuit, qui tunc sacerdotes fuerunt instrui. Et ad conficientes pertinet sub utraque specie Christum assumere, & ejus mortem repræsentare non ad laicos. Et veritas est illa in duobus Conciliis declarata.

4. Restat nunc, ut petitioni vestræ respondeamus de communicatione, quam cupitis. Nos sane Regem vestrum, Barones vestros, & populares omnes regni Bohemiæ, in Domino diligimus, pro filiis habemus, dum Romanam Ecclesiam loco matris habuerint, & ei tanquam integræ obtemperaverint. Magnus & misericors Deus, cujus vices indigni gerimus in terra, homines pro liberis habet; eisque non omnia, quæ petunt, sed utilia pro jucundis concedit: Ita & nos facere oportet erga vos Bohemos, qui pro laicis communionem desideratis, & Compactata Concilii Basileensis adducitis, quibus est vobis concessum. Existimatis, satis faciendum esse huic parti. Ne decipiâmini, & falsa pro veris recipiatis. Vidimus transumpta Compactatorum, quæ nobis obtulistis, quibus diligenter inspectis, non invenimus, quod illorum vigore communicare possit laicus sub utraque specie. Compactum enim bipartita est ratio. Altera permittit & indulget, ut, *qui unionem recipere Ecclesie & pacem realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei & ritui universalis Ecclesie conformes essent, & usum talem haberent, possint communicare sub utraque specie, in regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ*; Altera promissionis est, dicens, *quod facta in Concilio discussione super articulo communionis, nihilominus, si perseveraverint in desiderio habendi talem communionem, & id per legatos indicarint, Concilium facultatem largietur sacerdotibus communicandi eas personas, quæ in annis discretionis constituta reverenter & devote postulaverint, cum additione, quod sacerdotes sic communicantes dicerent semper, quod ipsi deberent similiter credere, quod non sub specie panis carnis tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integer totus Christus*. Neque tamen reperitur, quod Concilium postea hujusmodi facultatem dederit. Sive igitur primam Compactatorum partem, sive secundam adducitis, nihil habetis. Nam secunda pollicitationis est nunquam impleta; sive, quia non postulat, sive quia Concilium ex rationabili causa reculavit concedere quod noxium videbatur futurum, cum vestri sacerdotes non servarent conventa. Nec prima pars vobis subvenit: quia concessa est communio calicis *usum habentibus, & unionem recipientibus Ecclesiasticam in omnibus aliis, præterquam in articulo communionis*. Sed unionem Ecclesiasticam, & conformitatem nunquam recipitis. Non igitur indulgistis capaces. Quod autem unionem & conformitatem non fueritis complexi sive complexari, liquet ex moribus vestris. Nam sacerdotes vestri non instituuntur in titulum beneficii, ut moris est in aliis regnis & Episcopatibus. Et habentes potestatem non servaverunt unquam mandata Concilii, quibus præcautum erat, ut *tantum habentes rationis usum communicarent*: Sed pueros & dementes communicaverunt, & nolentes communicare sub utraque specie, noluerunt sepelire, & aliis modis coegerunt: & multis in rebus ritum universalis Ecclesiæ abjecerunt. Majorem usum vestra communio calicis accepit post Compactata, quod minime licuit. Non est igitur, quod de Compactatis gloriemini. Nec illud vos juvat, quod *oratores Concilii mandaverunt Archiepiscopo Pragensi, Olemucensi, & Lytomericensi* (*) *Episcopis pro tempore existentibus, ac presbyteris, ad quos pertinet, ut populum sub utraque specie requisiti communicarent, juxta conventa*: nam id factum est vigore concessionis, cuius fecistis vos indignos, ut ante diximus. Inspectis igitur Compactatis & Bullis concessis, judicamus de consilio fratrum nostrorum Cardinalium sacerdotes vestros absque ulla potestate laicalem

(*) al. *Lahomistens.*

populum ad communionem calicis admittere, decipere plebem, & graviter peccare, dignosque gravi animadvertione, & nisi resipuerint, se ac populum sibi conceditum perditum ire. — Quos admonemus, ut se corrigant, & nostra clementia quam ultione uti velint. Hæc ad Compactata, quæ calicis communionem minime vobis permittunt.

5. Sed cupitis, ut sedes Apostolica eam vobis indulgeat. Face-remus id lubenti animo, si & vobis utile & nobis decorum esset. At neutrum hic est. Nam quomodo nos id concedamus, quod nostri prædecessores semper concedendum esse negarunt. Indigne ferrent alie nationes; & adversus nos murmurarent, quos non expedit scandalizare. Vobis autem concessa ipsa & regno vestro, multis de causis damnosum esset, sicut noxius est usus ipse, quem servatis. Nam cum fuit olim communis opinio vestra, quod assumptio calicis esset de necessitate salutis, facile in eundem errorem populus prolaberetur, si ei permitteretur ex Apostolico indulto. Et maxime cum vestri sacerdotes noluerunt in communicando facere, quod iussi fuere, & vos etiam nunc dicitis, communionem sub utraque specie populo esse utilem & saluberrimam & divinitus revelatam. Cui assertioni facile accederet credulitas necessitatis. Ad quem vitandum errorem necesse est a bibitione arcere populum. Ad id urget debita sacramento reverentia, ne in populi frequentia calix alioquin male tractaretur, & pretiosissimus sanguis Christi, quod sæpe factum est, effunderetur in terram. Huc accedit, quod maximâ pars Bohemorum & Moravianorum ritum vestrum abhorret, & nunquam ad illum poscit inclinari. Quod si vobis indulgeretur, quod petitis, numquam inter vos unio, semper inter vos durarent schismata essetque vobis omni tempore timendum Domini verbum quia omne regnum in se divisum desolabitur. Æquius igitur est & facilius, ut vos novum ritum & minime approbatum relinquatis, & illis conformemini, qui vobis accedentes antiquum & laudabilem usum recitant, ut sit pax inter vos. Et id ipsum sapiant omnes, & sic vivatis tanquam fratres. Postremo, quod si indulgemus, quod quaritis, offendemus omnes vicinos nostros, Teutones, Hungaros, Polonos, eosque insensos perpetuo redderemus nobis. Nam videntes alium ritum habere, sicut hodie semper reputarent vos errare, & quamvis mille extarent indulga nostra, tamen appellarent parum fideles, & vos nimis arrogantes, qui plus velletis sapere. quam ceteri Christiani, nec possent vobiscum pacifice loqui, & nunc ab istis, nunc ab illis vilescerent nostri, habentes eos in regno insensos & extra regnum. Diligenter pensatis omnibus, quæ pensanda fuerunt, non videtur nobis, quod vel Regi vestro, vel regno & populo conducatur id, quod petitis, & quod illud vobis comperit, quod ait Dominus filiis Zebedæi: Nescitis, quod petitis vos. Dispensatores sumus mysteriorum Dei. Ad nos pertinet pascere oves & gregem Domini, tum in viam salutis dirigere. Imitari nos convenit summum patrem familias, qui noxia petentes nequaquam exaudir, & omnia dirigit in melius. Non intelligunt omnes, quæ sunt vera bona, atque idcirco sæpe pœnituit homines, voti sui fuisse compotes. Hoc quod vos petiistis, non est ad vitam æternam: sumum quandam & inanem gloriæ ventum quærentes, non animarum vestrarum salutem, dicente Domino in eodem, qui supra allegatus est, loco: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, qui manducat hunc panem, vivet in æternum; nec velitis plus sapere, & pluris esse, quam fuerunt patres vestri, qui communicantes sub una specie in Domino mortui sunt. Et non bene con-
gruit

gruis eorum nomini & famæ hic novus ritus. Consolamini eorum memoriã, conformamini reliquæ Christianitati. quia turpis est pars, quæ suo non convenit universo.

Quippe si relicto ritu novo ad pristinam consuetudinem redieritis, vivetis [conveniet] & in se ipso & cum vicinis Regnum vestrum, & pristinæ opes cum pristina pace gloriæque redibunt, eritisque in hoc seculo felices, & in alio beati, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria & honor, imperiumque per infinita secula seculorum.

Protestatio.

6. Ego Antonius de Eugillo, procurator fiscalis Sanctissimi Domini nostri, Domini Pii Papæ II. protestor coram omnibus reverendis Patribus & Dominis, Dominis Cardinalibus, & Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque hic præsentibus, quòd Sanctissimus Dominus prædictus Compactata Bohemis per Basilienses concessa extinxit, & delevit, & communionem utriusque speciei de necessitate salutis minime esse dixit, nec obedientiam factam pro obedientia justa reputari vult, donec Rex Regnum Bohemiæ evulsis & extirpatis erroribus universis ad unionem Romanæ Ecclesiæ reducerit, seque cum regno Ecclesiæ catholicæ in omnibus & per omnia conformaverit. Et requiro omnes & singulos Cameræ notarios publicos, & tabelliones, quatenus super his conficiatis unum vel plura, publicum seu publica instrumentum vel instrumenta ad perpetuam rei memoriam, Amen.

XXXIII. *Instruzione delli Ambasciatori di Firenze al Sultano, fatta nel 1422. & 14. & 30. di Giugno per un Trattato di Commercio; & la Relazione loro del 17. Febr. seguente.*



Nota & Informazione à voi M. Carlo di Francesco Federighi dottore de Decretali, e Felice di Michele Brancacci cittadini Fiorentini Ambasciatori del Commune de Firenze, di quello avete à fare in Alessandria al gran Soldano, fatta & deliberata per i Magnifici & Potenti Signori Priori dell' *Arti e Gonfaloniere di loro Giustizia del Popolo e Commune di Firenze*, & i loro spettabili collegi; nel 1422. a 14. de Mense di Giugno.

2. Andrette in Alessandria in sù la galera S. Giouanni padroneggiata per & nell' andare ò dove avete, a porre piede, e seguite quanto da' Consoli di mare siete informati. Se ponete piede à Modone, ò in Candia, ò altra Terra de' Veneziani, se avete tempo, visitate chi tiene il luogo della signoria di Venezia, con quelle parole si richiede; con i saluti & offerte per parte della Signoria nostra, & appresso offerendo voi, dite della buona fratellanza & Amicizia che i nostri signori e Città tengono con la signoria di Venezia; & comme la signoria di Venezia si è degnata volere, che per i loro ufficiali, & sottoposti in ciascun luogo i nostri Cittadini navili, sudditi, e le loro cose sieno favoreggiati, trattati e ben veduti, come loro singolari Amici. Et le lettere della Signoria con voi portate, mostretere loro; richiedendogli di quello vedessi, fusse utile a vostro auviso, e che così avete in mandato da noi.

3. Nelle Terre de Genouesi non ponete piede, se non per necessità perche non abbiamo salvo condotto da loro.

4. A Rodi visiterete il gran Maistro con le raccomandigie & offerte affettuose, come singular padre, e come si richiede, mostrando la riverenza & affezione che abbiamo in lui, & in tutta la sua Religione: e direte alla disposizione del navigare, e la fidanza abbiamo in tutti loro, e che in ogni caso gli richiederetti, e che nostro pensiero è, di far capo quivi sotto la loro fidanza. E visiterete l'Ammiraglio e lui saluterete, offerendo &c. con quelle parole si richiede: & à ciascuno avete lettere di credenza. E quivi, & in Alessandria piglierete auviso delle ceremonie, e modi che si usano, & osservanti nel presentarsi innanzi al Soldano, & agli altri Principi, con cui averete a essere; si nel riverenza come nel parlare, e negli altri atti, che averete a fare; si che non potesse accadere alcun caso, che per inavvertenza avesse a inducere alcuna indignazione, o non rendere benevoli, o favorevoli alle nostre demande.

5. Poi col nome di Dio anderete in Alessandria, e quivi visiterete l'Ammiraglio con quelle parole si richiede avendo il Turcimanno; e visiterete il *Cadi della legge*, e'l *Cadi della Douvana*, & à ciascuno averete lettere di credenza: e con l'Ammiraglio e con gli altri direte la cagione di vostra andata richiedendogli d'ajuto e consiglio, e massime dell'andare al Cairo con l'auviso e consiglio de sopradetti ò d'altri esse vi porrà, per la più sicura e buona via, che potrete e di meno spesa. Et visiterete il Soldano, con le riverenze e raccomandigie e offerte che s' usano col *Turcimanno* & come sarete consigliati: & à questo mettete ogni diligenza per onore del nostro Comune e per rendere lui più benevolo à nostri favori.

6. Poi narrerete la cagione de vostra Andata, per significare l'intenzione nostra, del volere navigare con galée e portare delle nostre cose e pigliare delle *spezie* & altre cose loro; sperando esser bene trattati &c. sempre con loro onore, grandezza & utile. Et supplicate, che voglia concedere à voi quello si concede a Veneziani ò à Genouesi, ò ad altri Christiani che usano là; cio è, quelle preeminenze e giurisdizioni: e che sino a qui non si è navigato e per non avere aiuto marina; ma che hora l'abbiamo per lo requilito [*f. conquisito*] Pisa, & siamo in ordine di navigare; magnificando la signoria e Città nostra ricordando l'industria de nostri Cittadini, e Mercaranti & i traffichi, che per tutte le parti esercitano grandemente, quanto alcun altra nazione: il perche a noi debba essere concesso: quello si domanda, e massimamente tutto quello avevano i Pisani, che hora attiene à noi; e quello più hanno i Veneziani, ò altra qualunque nazione ò signoria Christiana che piu accesse di giurisdizione. Et andati auvivatevi se nella prima esposizione è da demandare quello che cerchiamo, ò riservarsi altra volta, secondo sete informati di quello vogliamo, a bocca ò per scrittura, secondo sete consigliati; ma ei pare che sarà necessita per scrittura. Et se il Soldano non fosse nel Cairo e fosse in terra ivi vicina à parecchi giornate, tanto che vi pareffe d'andare a lui; anderete, e farete quanto bisogna e rimanderete la galea indietro, quanto piu tosto potrete, aspettando alla tornata vostra le galée grosse, e venendo in sù le galée grosse.

Le demande sono queste:

7. In prima d' avere salvo condotto, e pienissima sicurtà che duri perpetuo o come hanno i Veneziani, di poter andare, stare, trafficare e mercantare sicuramente in tutto e per tutto il Regno del Soldano; e che per debito si contraesse, ò delitto, ò offesa si commettesse, ò cosa si facesse per Fiorentini, Pisani ò alteri sottoposti di detti Fiorentini, ò per altro che Fiorentino, ò Pisano si nominasse, & altro sotto posto

fi spacciassi, ò eziandio per altri qualunque Christiani, non s'intenda rotto alcun salvocondotto, fidanza o franchigia, per atto, ò convenzione, che i Fiorentini avessero in mare ò in terra. Et simile s'intende per debito ò delitto, si contraesse ò commettesse per lo Soldano ò Sarraceni, à Fiorentini, o che per Fiorentino s'appellasse; e questo avere piu vantaggia- ro si puo, ò al pari di qualunque altra nazione, che piu vantaggia- ra l'avesse.

8. Che delle cose, che si mettono, ò che si traggono, si paghi, quello pagano i Veneziani ò meno s'è possibile, non passando quello hanno comunemente l'altre Nazioni, cioè in nostra gravezza. Et ancora d'essere liberi dell' andare e partire da tuoi porti, ò luoghi e nel detto Regno e ciascun porto, o luogo d'esso, avere quelle franchigie, libertà, immunità à qualunque nazione gli hà piu vantaggiati, vantaggiando eziandio quegli se possibile farà, specificando quello à possibile: quello no si potesse specificare, si conchiuda sotto clausula generale.

9. Item avere Consolo con quell' officio, preminenze, arbitrio, e giurisdizioni, onori, favori e salarii, che qualunque di qualunque nazione che piu vantaggiate l'avesse in Alessandria & in Baruti; specificando quelle che sono possibili, e quello non si potesse, sotto la clausula generale.

Item le fondaco]	Statere
Chiesa]	Baltagi
Bagno]	Servano

10. E tutte l'altre cose, e con quella libertà & immunità, favori, privilegii, che qualunque nazione, che piu vantaggiate ve l' hanno. E di tutto ciò, che s' à da domandare s' abbia buona informazione di quello abbiano l'altre nazioni avendo l'informazione se possibile, e innanzi le domande.

11. Item la *Moneta nostra* d'oro e d'argento vi si spenda, e corra, e sia ricevuta, come qualunque altra, e masime il *fiorino nostro* come il *ducato Veneziano*, essendo buono e migliore di finezza d'oro e di peso, come quello: monitrando che è piu fine, e la ragione per che; di che siete auvisati, e di peso si vede chiaro & in ciò vi assottiglierete quanto è possibile, offerendo di farne la proua, con mettere à fuoco, e fondere i fiorini & i ducati, & ingegnatevi d'aver notizia e dimeltichezza con chi di ciò s'intenda: questo e di maggiore importanze che cosa abbiate à fare, domandare, che se ne faccia esperienza; mostrando far per l'oro: e mostrato che il nostro fiorino mai non peggiorò di finezza e che in molte parti e conosciuto di virtú come il ducato e piu. Et ancora dell'argento mostrate, mà insistete in sù l'oro: e se per questo bisognasse fare alcuna spesa, eseguite quanto di ciò siete informati da *Consoli del Mare*, non lasciando il patteggiare sopra all'altre cose, se sopra alla moneta non si puo patteggiare. Facciasene quanto piu si puo, e non potendo avere il tutto, si abbia quella piu parte si puo non mutando le parti sostanziali, prendendo informazione buona sopra ciò.

12. Item che il Soldano sia tenuto fare dare e consegnare tutti beni de Fiorentini & Pisani, & altri sottoposti de' Fiorentini, ò che per Fiorentini si spacciassero, che morissero in Alessandria ò nel Regno del Soldano, al consolo per i Fiorentini in Alessandria, & il consolo ne faccia, e segua quanto dispongono gli ordini suoi.

13. Ultimamente direte al Soldano del *Presente*, che portato par parte della Signoria nostra, con quelle parole domestiche, e contesi, che richiede, e che siate consigliari tenendo la signoria. Se non si fa quello merito la S. sua, come non informati di quello domandasse il Soldano, seguirerete quanto appresso si contiene cioè.

14. Prima se domandasse patto di volere che i Fiorentini, o Pisani, o altri sottoposti che rubassero nel Regno suo i suoi sottoposti, se gli mandassero presi, insistete con quelle ragioni che potete, acciò non si abbia à fare; mostrando gl'inconvenienti potrebbero seguire, di cio senza colpa della Signoria di Firenze. E non potendosi di questo intieramente spedire, provate farlo contento, che basti far questo, cioè &c. che arrivando i mal fattori nelle forze nostre per modo si potessero pigliare, e punirgli. che basti far giustizia, e non potendo attenere farne giustizia, s'egli abbia a presentare il mal fattore; precedendo prima questa solennità, cioè che tali danni si debbono notificare alla Signoria e che il termine del presentare tali malfattori sia un Anno dal di faranno presi. E questo se promette in caso che esso conceda il simile a noi, & altrimenti no. Item se domandasse patto che i Fiorentini, &c. non possino conversare con nemici suoi, ne dare loro ajuto &c. e di non far Lega con loro e di non gli fare guerra per passaggio e altra cagione; à questo si responda, che non se puo promettere, se non in questa forma cioè di notificargli prima, e che prima nulla novità per questa signoria si farà a lui ò suoi sottoposti, e se volesse tempo determinato; e il termine fate sia lo minore si puo, e simile s'abbia da lui. E volendo il tempo si dichiari, fate non passi l'Anno.

15. Et sollecitate lo spaccio quanto si puo, perche la spesa è grande e tornatene in Alessandria; avendo prima fatto quello è possibile; e quello non potessi, commettere al consolo si che la stanza non sia lunga; e nel tornare rivisitate l'Ammiraglio, e il Cadi della Legge è quello della Doana, & à ciascuno presentate quello avete a presentare secondo l'informazione de' consoli del Mare, con quelle parole che a ciò si richiegono, e al Cairo & in Alessandria fate di ritrarre tutto per scrittura ò lasciate che se faccia; e guardate di non essere di ciò beffati ò ingannati. E spacciati col nome di Dio vene tornate per la via di Rodi e anco à visitare il gran Maestro, e l'Ammiraglio &c. & à loro raccomandate i nostri navilii, & i nostri Mercatanti, e Cittadini e le loro cose &c.

16. Se per caso di mallaria, ò di morre alcuno degli Ambasciatori non si potesse presentare a fare l'Ambasciata, vada l'altro, e se amendue non si potessero presentare, il consolo s'intenda avere la detta commissione &c. Abbiatè a mente, che il di, che tornerete, ò il seguente dovete far rapporto a' nostri signori à bocca, di quanto avete a fare; e fra il detto tempo e termino per scrittura scritta o sottoscritta di vostra propria mano e quella lasciare al Cancellò sotto gravi pene.

Die 30. Junii

Addito.

17. Che si domandi al Soldano, che qualunque nazione Christiana o Saracina rubasse in alcun porto del Regno del Soldano Legni de Fiorentini, ò che per Fiorentini si spacciassino, ò loro robe mercanzie o beni, ò alcuna inginria, o violenza ne detti porti faccessè loro; che il Soldano sia tenuto farne far ragione, salvo che questo non abbia luogo quando tale ruberia, inginria, ò violenza si faccessè ad alcun Fiorentino, o suddito alla giurisdizione de Commune di Firenze che fosse corsale, ò di male affare, e questo s'intenda ancora, & abbia luogo per tutto Egito.

18. Dove

18. Dove dice che il Soldano si à tenuto far consegnare i beni de' Fiorentini che morissero in Alessandria al consolo de' Fiorentini in Alessandria ; cercasi , che la detta consegnazione si debba fare a qualunque consolo fosse piu destro che per i Fiorentini fosse in Baruti o in altra parte del Regno del Soldano ; Stando fermo quel dice del consolo di Alessandria.

19. „Si vede poi il racconto, che fecero i supradetti Ambasciatori „ alla signoria di Firenze , al libro , intitolato *Relazioni d' Ambasciatori dell' Anno 1410. al 1416.* fol. 109. che è il seguente.

20. L' infrascritto rapporto fanno à voi Magnifici , e potenti Signori, Priori dell' Arti e Gonfaloniere di giustizia del Popolo e Commune di Firenze , i devoti della detta Signoria. Carlo di Francesco Federighi Dottore in decreti , e Felice di Michele Brancacci Mercatanti, è Cittadini Fiorentini detti Ambasciatori per il Magnifico , e potente Commune detto al Serenissimo Principe e signore Soldano di Babilonia, & è iscritto per Ser Filippo di Ser Michele di Jacopo da Poggibonfi not: e Cittadino Fiorentino , a di 17. del mese di Febbraio anno 1412. Ind. 1. di comandamento de ditti Ambasciatori ; il tenore del quale è questo , e seguita nel modo & ordine infrascritto.

21. Come tu comandamento de' Magnifici signori e loro colleghi, e degli spettabili huomini *consoli di Mare di detto Comune*, da' quali fummo detti per andare al Soldano soprascritto per impetrare quanto nella commissione a noi fatta si contiene : Noi Carlo e Felice Ambasciatori soprascritti partimmo della Città di Firenze all' ultimo de mese di Giugno prossimo passato. Et essequendo quanto ci fu commesso à 12. di Luglio prossimo passato, montammo in su le galee sottili. Era nella commissione nostra che ponendo piede a Modone ò in Candia & avendo tempo, visitassimo che tenesse luogo della signoria di Venezia, e giunti a Modone presentemmo la lettera che auevamo al Castellano di Modone, che era allora M. Andrea Barbaro , & esposto quanto auevamo in commissione, riportammo queste precise parole &c.

22. Il simile facemmo parvenuti in Candia dove trovammo per la detta signoria M. Marco Guistiniani dal quale fummo ricevuti allegramente , e con buone offerte, di poi giungemmo a Rodi e visitammo il gran Maestro e l' Ammiraglio a' quali presentemmo le lettere e raccomandammo i Mercatanti e Navili Fiorentini & offerimmo e facemmo quanto auevamo in Commissione , da' quali riportammo risposte general & in Rodi prendemmo informazione da Chiaro Arcangeli ; e da ogni altro Fiorentino , che quivi trouammo & da altri d'altre nazioni e da detti Fiorentini fummo onorevolmente ricevuti. E non potendo avere il Chiaro detto, perche allegava giuste ragioni non potere ubbidire, prendemmo per Turcimanno Luigi da Famagosta di Cipri, abitante a Rodi, il quale non ci parendo molto esperto, per consiglio del Chiaro conducemmo Antonio Minerbetti, che era usato in Alessandria.

23. Di poi giungemmo nel ponte d' Alessandria di 19. del Mese d' Agosto prossimo passato, e mettemmo in terra Antonio Minerbetti col nostro Turcimanno per pigliare il salvo condotto e sicurtà come si usa là , il che fattosi montammo in continente in terra & entremmo in Alessandria, visitammo il Cadi della Dogana prima secondo l' usanza , narrando quanto si conteneva nella nostra commissione ; similmente la sera medesima visi-

tammo l'Amiraglio narrando si come di sopra aveuamo in commissione & ommettemmo il visitare, e presentare il Cadi della Legge, perche fummo cosi Configliati, massimamente avendo riguardo alla spesa e che di lui non aveuamo bisogno. Dall' Ammiraglio fummo reuerti in questo modo cio e &c.

24. Che per nostra abirazione ci fecedare una casa senza alcuna cosa entrovi: presentemmo l' Ammiraglio, secondo fummo configliati. Partimmo d' Alessandria per andare al Cairo co' Turcimanni, che ci mandò il Soldano, e giungemmo nel Cairo à 3. di Settembre; addi 5. di Settembre visitammo il Diuder Cadilifer e'l Nadarcas, i quali in diversi ufizii sono principali nel gouerno del Soldano, & ancora l' aveuamo in Commissione, e quanto fummo informati douessimo domandare.

25. Quanto ci fu conceduto dal Soldano appare per le scritture rappresentate alla Signoria scritte in Arabico con le interpretazione, scritte di mano di nostro notaro, le quali facemmo fare al Cairo & in Alessandria, nelle quali appare esser si ottenute molte cose piu, che non aveuamo in commissione.

26. Addi 8. di detto mese portammo i presenti à Soldano e successamente presentemmo i tre signori nominati di sopra che ueuamo in commissione da presentare. Addi 10. di ditto mese fermammo i Capitoli e massimamente de fatti del corso del fiorino di Firenze. Addi 24. di Settembre auemmo le scritture dette; e perche bisognorono racconciarli i sopraddetti privilegi, aspettammo infino Addi 28. del suddatto mese; e detto di partimmo.

27. Addi 2. Ottobre tornammo in Alessandria e presentammo i privilegi auuti all' Ammiraglio, & al Cadi della Dogona. E domandammo l' esecuzione e l' osservanza di detti privilegi e Capitoli auuti dal Soldano, e sottoscrissero l' Ammiraglio, e il Cadi di loro proprie mani il privilegio e comandamento che rimase in Alessandria al Consolo, il quale e nominatamente in Alessandria. Richiedemmo l' Ammiraglio, che facesse bandire il corso del fiorino di Firenze, fecelo bandire e facemmo per detta cagione faricare il nostro Notaro all' Ammiraglio & ad altri, perche auesse esecuzione il privilegio del corso del nostro fiorino; e dell' osservanze ne facemmo proua. Al Soldano non obligammo il Comune di Firenze in niente, non ostante auessimo di farlo ne' casi, che nelle commissioni si contengono. Al qual rapporto sono sottoscritti supraddetti Ambasciatori.

XXXIV. *Eugenii Papa IV. Epistola ad Episcopum Traiectensem, qua nuntiat, quod Ducatum Cluensem ab omni potestate spirituali Archiepiscopi Coloniaensis & Ep. Monasteriensis, exemerit, dictoque Traiectensi iungit, ut Episcopum titulare deputet, qui Episcopalibus muneribus juxta beneplacitum Ducis fungatur. 17. Kal. Febr. 1444.*



Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Traiectensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Pastoralis officii desuper nobis divina providentia commissi debitum postulat & requirit, ut contra nostrorum & Romanae Ecclesiae rebellium temeritatem eorum, qui in nostra & sedis Apostolicae obedientiae devotione & fide firmi & immobiles permanserunt, statui & quieti animarumque saluti salubriter consulamus.

2. Exhibita liquidem nobis pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum *Adolphi Ducis Clybensis & Johannis ejus primogeniti* petitio continebat, quod cum tam secularis quam Ecclesiasticæ personæ nec non Collegia, Capitula, Monasteria, Ecclesiæ & alia loca Ecclesiastica in suis Dominis & terris in Coloniensi & Monasteriensi diocesi consistentia, pro eo quod *Archiepiscopus Coloniensis* nobis & Apostolicæ sedi inobediens & rebellis existit, & iniquitatis filius *Henricus, qui se gerit pro Episcopo Monasteriensi*, damnationis filio *Amedeo olim Duci Sabaudia qui se Felicem V. ansu sacrilego nominare præsumit*, & post & contra processus Apostolicos, contra [ipsum] & adhærentes fautores & sequaces per nos factos, adhæreere præsumsit; plurima in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant & animarum pericula incurrant, cum hæreticis & schismaticis, ac nobis rebellibus jure ordinario sint subjecta: pro parte dictorum Ducis & primogeniti nobis tuit humiliter supplicatum ut eorum subditorum suorum statui & saluti providere misericorditer dignemur.

3. Nos igitur quibus pascendi oves Christi divinitus est tributa potestas, volentes ne in perditionis baratrum animæ fidelium perducantur, sed potius ab hæreticorum contagione retrahantur, & ne illorum labe corda Christicolarum possit inficere; debito remedio providere: Omnia & singula personas, Collegia, Capitula, Monasteria, Ecclesiæ & loca quælibet Ecclesiastica, Domina, terras & loca supradicta, donec aliud super hoc duxerimus disponendum; *ab omni jurisdictione, potestate & superioritate spirituali Coloniensis Archiepiscopi & Episcopi Monasteriensis eximentes & liberantes*

4. Fraternalitati tuæ unum Episcopum, etiam titularem, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentem, qui in dictis Dominis, locis & terris, quæ dicti Dux, primogenitus & eorum successores in præfatis Coloniensi & Monast. diocesi ad præsens ubique tenent & in futurum quomodolibet obtinebunt, Clericos ordinare & ad omnes sacros ordines Ecclesiasticos promovere, christina, oleum sanctum conficere, ac omnia alia & singula pontificalia jura, omnemque spirituale jurisdictionem, quæ Archiepiscopi Coloniensis & Episcopi Monasteriensis pro tempore inibi habere & exercere consueverunt & consuetudine vel de jure, tam in visitando, corrigendo, & reformando, quam alia necessaria pro bono regimine illarum partium cleri faciendo exercere valeat; nec non contra omnes & singulas personas seculares & Ecclesiasticas cujuscunque status, ordinis, religionis seu conditionis fuerint, Monasteria quæcunque, Prioratus, Collegia, universitates quorumcumque ordinum etiam Mendicantium, quæ schismatis labe infecta essent aut præfato Amedæo quomodolibet adhererent seu faverent; ac contra omnes & singulos non obediens nobis & rebelles inquirere & procedere, illaque per censuras Ecclesiasticas & alia juris remedia appellatione postposita ac per coercitionem realem & personalem beneficiorumque suorum quorumlibet (etiam si Monasteria, Prioratus & dignitates conventuales, personatus, ac ministraciones & officia fuerint) privare & realiter ab eisdem amovere possit; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis nec non excommunicationis & interdicti; aliasque omnes & singulas sententias, censuras & pœnas quocunque tenore fuerint per ipsos Archiepisc. Henricum & Decanum Ecclesiæ Sancti Cuniberti Colon. ac quoscunque alios quacunque etiam autoritate in personas, Monasteria, Prioratus, Collegia, dignitates, Ecclesiæ & Ecclesiastica loca quæcunque præfata latas & promulgatas & imposteras ferendas; auctoritate nostra suspendere, revocare, tollere & annullare queat, ac cum ipsis personis, quæ sic excommunicatæ se irregularitatis maculam forsan incurrisse putarent super hujusmodi irregularitate dispensare & eas habitare & in pristinum statum reponere valeat;

leat; *deputandi* & illum amovendi aliumque sui loco ponendi, quotiens pro parte dictorum Ducis & primogeniti fuerit requisitus auctoritate præfata tenore præsentium concedimus, facultatem.

¶ Volentes similiter & tibi eisdem auctoritate & tenore concedentes, ut omnia & singula dignitates, personatus, administrationes & officia, monasteria, prioratus, coeteraque *beneficia Ecclesiastica* quæcunque in *dictis dominiis*, terris & locis nunc vacantia & imposterum sive per privationes hujusmodi, seu alias quomodolibet *vacatura*, quæcunque quodcunque & qualiacunque & cujuscunque valoris fuerint, *quæ in turno sive mensse ordinariorum vacare contigerit*. Dummodo non sint sedi Apostolicæ reservata *personis idoneis per ipsos Ducem & primogenitum tibi nominandis* auctoritate præfata conferre & de illis providere ac personas, quibus hujusmodi beneficia contuleris in corporalem possessionem ipsorum beneficiorum inducere ac de ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis integrè responderi facere. liberè & licitè valeas; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac synodalibus & Provincialibus, Conciliis, statutis quoque & consuetudinibus Ecclesiarum & monasteriorum prædictorum, in quibus beneficia hujusmodi forsan fuerint, juramenti quoque per personas ipsas præfatis Archiepiscopo & Henrico hæctenus forsan præstitis, (quæ quoad hoc relaxantes nullius esse decernimus roboris vel momenti) cæterisque contrariis *non obstantibus* quibuscunque. Per præsentem tamen non intendimus in aliquo juribus Ecclesiæ Coloniensis, quæ prout & cæterarum, augere cupimus in aliis, quam, ut præmittitur, derogare. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto decimo, septimo Kal. Februarii, pontificatus nostri anno quarto decimo

Poggius.

LX.
Jo. Legouph.

Versa pagina
pro Poggio.

A de Magio.

XXXV. *Littera, quibus Eugenius Papa IV. omnes personas Ecclesiasticas & seculares Ditionis Cluvensis à juramentis Archiepiscopo Coloniensi & Episcopo Monasteriensi præstitis absolvit & omnes eorum penas sententias, censuras & banna nullius existere roboris decernit. Dat. Roma. 6. id. Julii 1445.*



Eugenius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam; Commisam nobis cœlitus gregis Domini curam digni in Domino gerere tunc speramus, cum illos, quos per fallacem tuæ caliditatis suasionem à debita religionis cultura & sanctæ sedis Apostolicæ obedientia & reverentia retraxit minister Sathanæ & seduxit; ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium & unitatem ac statum salvationis & gratiæ piis exhortationibus reducimus & salutarium eruditionum amonitionibus revocamus. Sane nos dudum de notoria, *Theodorici de Muerse pro Archiepiscopo Coloniensi & Henrici ejus fratris pro Episcopo Monasteriensi se gerentium* adversus nos & sanctam Romanam Ecclesiam rebellionem & inobedientiam plenissimè informati, quæcunque juramenta dictis Theodorico & Henrico per quavis Ecclesiasticas vel seculares personas infra terras & Domina dilecto-

rum.

rum Filiorum nobilium virorum *Adolphi Ducis Clivensis & Johannis ejus primogeniti* illustrium, moram trahentes, præstita, per alias nostras relaxavimus ac nullius decrevimus existere roboris vel momenti.

2. Cum autem sicut veridicorum relationibus accepimus nonnulla ex personis ipsis nec non Ecclesiis, Monasteriis, Capitulis, Collegiis ac locis Ecclesiasticis, secularibus & regularibus, etiam ultra præmissa juramenta retroactis temporibus cum majori ac aliis Civitatis & diocesis Colonienſis Ecclesiis, monasteriis, Capitulis ac Collegiis & locis de illis firmiter assistendo, adhærendo, seu cum eis tenendo & ab eis ipsorumque statu, ordinationibus, stabilitate seu aliâ nullatenus recedendo, colligationes & stabilitates, etiam intervenientibus juramentis fecerint, & diversis pactis etiam juramento vallatis, firmaverint & propterea ad segregandum se à colligationibus, stabilitatibus, pactis & posterioribus juramentis prædictis non modicas difficultates ingerant etiam gravitates: Nos itaque qui in præmissis ex Apostolatû tenemur officio providere colligationes, stabilitates, pacta & desuper præstita juramenta prædicta, nec non quæcunque inde secuta, tanquam minus provide & irrationaliter ac *contra sanctam Romanam Ecclesiam, cujus auctoritas in quolibet juramento censetur excepta*, gesta & facta quamdiu dictæ Ecclesiæ Capitula, Monasteria & loca in rebellione erga nos & Apostolicam sedem perſisterint, pro infectis haberi, nec eos ad ipsorum observantiam teneri quoquo modo volumus & decernimus: per præſentes districtius inhibentes sub divini obſtatione judicii, quibusvis personis prædictis ac aliis quibuslibet, ne prætextu dictorum colligationum, pactorum & juramentorum, quæ dicta rebellione durante irrita, cassa & manca nuntiamus, contra præſentium litterarum formam ac seriem alicui ex rebellibus nobis & dictæ sedi quomodolibet adhæreant, parent vel intendant, vel quicquam audeant attemptare, & insuper omnia & singula, pœnas, sententias, censuras & banna quacunque dignitate & auctoritate & Cæsarea & Regia contra personas Ecclesiasticas, opida, loca, dominia & terras, quæ *Adolphus Dux & Johannes primogenitus præfati* ad præſens ubicunque tenent & in futurum quomodolibet tenebunt, lata & ferenda cassamus, irritamus, revocamus, annullamus; ac pro infectis, casis & irritis haberi & reputari nulliusque existere roboris decernimus per præſentes: non obstantibus colligationibus, pactis & desuper præstitis juramentis prædictis cœterisque contrariis quibuscunque.

3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, inhibitionis, nunciationis, irritationis, revocationis, annullationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se sciverit incurſurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringentesimo quadragésimo quinto, sexto Id. Julii, Pontificatus nostri Anno quinto decimo.

Ja. de Vicentia.

Poggius.

P. Davidis.

A. de Magio.

XXXVI. *Traicté, faits de temps en temps, entre les Roys de France & les Villes & Citez de la Hanse Teutonique, contenant les Privileges à elles accordez, depuis l'an 1483. confirmez en 1655. verifiez, aux Parlements, Chambres des Comptes, & du Tresor avec le dernier Traicté de la même année 1655.*

Privi.

*Privilegium Ludovici XI. Regis Gallia
de Anno 1483.*



Niverſis præſentes Literas Inſpecturis , Jacobus de Stota villa Miles Dominus de Beyne , Baro Duirx , & de Sancto Andrea in Marchia Domini noſtri Regis Conſiliarius & Cambellanus , ac Cuſtos præpoſituræ Pariſienſis, Salutem : Notum facimus, quod Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, die Veneris viceſima quarta menſis Decembris, vidimus & de verbo ad verbum legimus qualdam Literas Domini noſtri Regis in forma cartæ ejus ſigillo magno, ſub ſilis ſericis & cera viridi ſigillatas, ſanas & integras, tenorem, qui ſequitur continentes.

Carolus, Dei gratia Francorum Rex, quoniam graviffimis viro- rum Illuſtrium ſententiis nullam rem pro Regni noſtri tutione, magis neceſſariam, quam pacem & concordiam cum finitimis fovere compertum habemus, ea proſecto quæ à majoribus noſtris, pro acquirenda exteris cum nationibus pæce & amicitia actitata fuere, arcto ratificationis vinculo roborare cenſuimus. Quippe cum pace & concordia res minimas ſemper indies augeti, diſcordia verò dilabi, eadem etiam quæ ſola quierem peperit, homines feliciter vivere manifeſtum ſit. Notum igitur facimus univerſis, præſentibus & futuris, quod cum nuper chariſſimus quondam genitor noſter, (anima cujus cum Chriſto ſemper quieſcat,) pacem & concordiam perpetuis temporibus duraturam pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, Franco- rum Regibus ac Regno, Dominiis & ſubditis noſtris modernis atque poſte- ris, cum Proconſulibus, Conſulibus, Mercatoribus & Incolis totius Hanſæ Teutonicæ inſuerit, ſuis patentibus lireris, tenoris ſubſequentis.

Ludovicus, Dei gratia Francorum Rex, Priſcos illos ſumma ſapientiâ & integritate Principes, potiſſimum Sereniſſimos Progenitores noſtros, Francorum Reges Chriſtianiſſimos, etſi in multis maximisque rebus, quæ pro Republicæ Regnorum ſuorum & Dominiorum utilitate atque incre- mento oportuna fore conſpicebant, ſollicitos ſemper fuiſſe cognovimus, circa tamen ea quæ ad componendas bellorum inimicitias inter ſibi ſinti- mas exteras nationes, quovis quaſito colore exortas, præcipua cura exacta- que diligentia ſemper incubuiſſe conſtat, quo tandem duo ejuſdem Reipubli- cæ fundamenta, pax ſcilicet & concordia ſubſequerentur. Ea videlicet, quæ nihil ſimultatis haberet, aut ſeditionis admixtum, ſed ſimplex eſſet & immaculata. Quaque foverentur omnia vitæ neceſſaria Chriſtiani ut ar- bitramur præcepti memores. Nam Salvator noſter qui de ſupremo celo- rum folio ad ima deſcendere non abnuit, quo illius originalis delicti & perpetuæ culpæ reum inexpiabili facinore liberaret, ſuis diſcipulis, ſacra- tiſſima Evangelicæ lectionis, teſtante hiſtoria, ut in quamcunque domum introirent, huic pacem dicerent, præcipiendum curavit. Peractoque tam præclari miniſterii curſu aſcendurus ad Patrem, nullum ejuſdem majoris gratiæ donum, quam pacem, cenſuit relinquendum. Notum igitur facimus uni- verſis præſentibus & futuris, quod cum ſuperioribus annis nonnullæ inter nos, regnumque, dominia, & ſubditos noſtros, ex unâ, & magnificos viros, amicosque noſtros præchariſſimos, Proconſules, Conſules, Mercatores & Incolas *Civitarum de Hanſa Teutonica*, partibus ex alterâ, bellorum induciæ ſeu treugæ pœtæ & in ita fuerint, ut tandem pax firma & perpetua ſequere- tur, ipſique Proconſules, Conſules, nec non *Aldremandi* & Seniores eorum jurati in communi Mercatorum oppido Brugenſi in Flandria residentes,

ad nos ea de causa his diebus Oratores, viros quidem spectatissimos, & sibi. ut ad nos scripserunt, fidelissimos, videlicet Magistros Anthonium de Louf in jure Civili Licentiatum, & Guerardum Bruijns, in jure Canonico Baccalaureum, transmittentes curaverint. Quibus auditis in omnibus suis, quæ ad communem Republicæ utilitatem conducere videbantur, habitaque desuper deliberatione plurimorum regni nostri Magnatum nobis languinis vinculo & affinitate conjunctorum, aliorumque Procerum magni nostri Consilii summa virtute præditorum, cum eisdem Proconsulibus, Consulibus, Aldremandis, Mercatoribus, & incolis prædictarum Civitatum & Cõmunitatum, imprimis Hanstæ Teutonicæ pro nobis, charissimoque fillo nostro, Delphino Vienssi, aliisque Successoribus nostris Francorum Regibus, Regno, Dominiis, subditisque nostris, præsentibus & futuris, ut tandem Respublica hinc inde, quæ omnibus longè carior esse debet, quam privata, non modo sustentetur, verum etiam felicibus semper incrementis augeatur, pacem, amicitiam, benevolentiam & concordiam firmam, stabilem, perpetuamque temporibus duraturam, certa scientia fecimus, inivimus & conclusimus, facimusque, inivimus & concludimus, per præsentibus, ac deinde Regiæ potestatis plenitudine specialique gratia omnia & singula privilegia eisdem Proconsulibus, Consulibus, Aldremandis, Mercatoribus & Incolis per nos, Prædecessoresque nostros sub quocunque verborum tenore concessa, ac si de verbo ad verbum præsentibus forent inserta, laudamus, ratificamus & confirmamus, ac de novo in quantum opus est, concedimus, volentes etiam & concedentes, ut ipsi omnium & singulorum bonorum, navigationum, aliarumque rerum, eisdem hætenus per subditos nostros occasione dissensionum præteritarum, vel aliàs quovis modo, vi, & ultra eorum velle, & novissimis durantibus trugis, ablatarum restitutionem coram nobis & quibuscunque iudicibus liberè & licitè possint tam conjunctim quam divisim profèqui, quibus iudicibus, aut eorum locatenentibus, præsentibus & futuris, districte præcipimus, ut eisdem Proconsulibus, Consulibus, Aldremandis, Mercatoribus, & Incolis de rebus, bonis & Mercantiis, ab eisdem injustè & indebitè, prædicta truga durante, ablati, restitutionem plenam & integram facere, & partibus auditis celeris justitiæ complementum ministrare curent.

Concedentes insuper pro nobis & Successoribus nostris, Francorum Regibus eisdem Proconsulibus, Consulibus, Aldremandis, Mercatoribus & Incolis prædictis, & cuicunque eorum, qui in Regno & Dominiis nostris prædictis moram seu incolatum facere velint, ut ipsi pro se suisque omnibus Mercantiis, aliisque navigiis, naucleris, bonisque suis quibuscunque & in quocunque ipsius regni & Dominiis nostrorum loco esse contigerit, ab omni impositione, gabella, alteriusque tributi & onere Franci, quieti, & penitus immunes perpetuo existant, quemadmodum subditi nostri hætenus fuerunt, sunt & erunt in futurum, quodque ipsi ad causam mercanciarum suarum quæ ponderari oportebit, majus, quam subditi nostri solvere soliti sunt, emolumentum nequaquam solvere deinceps teneantur. ULTERIUS quod dicti Proconsules, Consules, Aldremandi, Mercatores & Incolæ, eorumque Naucleri qui ut dictum est, in Regno & Dominiis nostris prædictis moram trahent, de suis bonis mobilibus & immobilibus, ibidem acquisitis & acquirendis, ac donatione inter vivos, testamentariave, aut aliàs quomodocunque eisdem libuerit disponere possint, eorumque hæredes prædicta bona apprehendere, eisdemque uti, gaudere atque potiri, *perinde atque si naturales Subditi ac ex nostro Regno oriundi essent.* DEINCEPS si casu aliquo, quod ramentum Deus avertat, pax hujusmodi quovis dissensionis aut controversiæ prætextu infringere, ita ut aliquod genus belli inter nos, Successoresque nos-

stros, Francorum Reges, Regnum, Dominia & subditos nostros, & prædictos Proconsules, Consules, Aldremandos, Mercatores & Incolas oriretur, volumus & concedimus. ut ipsi, & eorum singuli, infra annum post ejusdem belli seu dissensionum initium, omnes & singulas mercantias, navigia, naucleros, aliaque bona sua quæcunque in Regno & Dominis nostris existentia asportare, & ad Civitates & loca sua devehî facere; pecunias aliaque res per subditos nostros sibi debitas exigere, & id faciendo totiens quotiens oportunum eis fuerit, eodem anno durante ire, redire, morari, & deinde ad propria reverti tutè, liberè & quietè possint & valeant, absque eo quod ullum in corporibus, nauigijs, naucleris, mercantijs, bonis, rebusque suis prædictis aliquod damnum impedimentumve. aut alia quævis inquietatio au molestia vllatenus, inferri debeat; Insuper dilectos & fideles nostros Archiepiscopos & Episcopos regni nostri, Curatos & alios viros Ecclesiasticos curam & regimen animarum habentes, ut dum aliquem dictæ Hanse in Regno & Dominis nostris mortem obire contigerit, talium morientium cadavera in terra benedicta, ut nostri subditi, veri & indubitati Catholici decedentes sepeliri soleht, sepelientur, exhortari curabimus. Insuper si nobis contingat futurum, cum quovis Rege aut Principe, aliisve exteris nationibus, bellum gerere, aut aliquas hostiles inimicitias, aut dissensiones habere, ipsi tamen Proconsules, Mercatores & Incolæ cum eorum navibus, naucleris, bohis, & mercantijs quibuscunque penes eorundem Regum, Principum; & Nationum, Civitates, portus, loca, & districtus, quibus eisdem fore oportunum videbitur, pro suis Mercantijs, aliisque negotijs exercendis, ire, morari, & deinde redire, totiens quotiens eisdem placuerit liberè & quietè, quoad nos & subditos nostros attinet absque eo, quod hujusce pacis, amicitia, & benevolentia perpetua infractores censerî, nominarive aut reputari debeant, quovis modo, quod etiam in eo casu omnibus subditis nostris simili modo licebit: Præterea, si casus contingeret, aliquam seu aliquas ex principalioribus vel alijs prædictæ Hanse Civitatibus & oppidis à corpore, communitate & liga ejusdem Hanse deficere, seu Aldremandis prædictis rebelles esse, posteaquam ea de re à Proconsulibus & Mercatoribus Civitatis *Lubecensis, quæ ipsius Ligæ obtinet Principatum*, nec non ab Aldremandis prædictis informati fuerimus, Mercatores, naucleros, aliosque earundem Civitatum & oppidorum sic deficientium, hac præsentî pace & concordia aliisque privilegijs & libertatibus per nos & prædecessores nostros Francorum Reges Christianissimos eidem Ligæ & Communitati concessis, nullatenus gaudere permittemus, quousque tamen ab eadem Civitate Lubecensi certiores effecti fuerimus, eosdem sic deficientes eidem Ligæ & Communitati reconciliatos fuisse, eademque de omnibus damnis, interesse & gravaminibus ab eisdem occasione ipsius defectionis perpessus & sustentis plene & integrè satisfecerint. Et si aliqua obscuritas aut ambiguitas super articulis prædictis, aliisque superius contentis, in futurum oriretur, ipsas clarioribus & luculentioribus verbis & lententis in favorem & utilitatem prædictæ Communitatis & Hanse Teutonicæ suorumque Mercatorum & Incolarum nos interpretaturos & declaraturos semper pollicemur. Et demum ut hujusmodi perpetua pax, concordia, amicitia, & benevolentia facilius & felicius observetur, ejusdem conservatores perpetuos decernimus, facimus, constituimus & ordinamus, videlicet Admiraldum Franciæ, Vice-Admiraldum, Baillium Rothomagensem, Seneschallos Aquitaniæ Lugdunensis & de Pontieu, Gubernatores Rupellæ, Artesii & Bononiæ pro tempore existentes, vel eorum locatenentes, quibus & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit plenariam & omnimodam potestatem, ac speciale & generale mandatum damus & concedimus, de omnibus & singulis licitis & controversiis inter subditos nostros

stros prædictosque Proconsules, Mercatores & Incolas prædictæ Hansæ Teu-
 tonicæ in futurum movendis & oriendis cognoscendi, decernendi, judicandi
 & terminandi, absque eo quod ipsi, nec eorum aliquis coram aliis Judicibus
 aut Officiariis nostris conveniri, nec in causam trahi, in prima instantia
 quovis modo possint, sive debeant; quibus quidem conservatoribus, seu
 eorum locatenentibus mandamus & committimus, partibus ipsis auditis,
 summariè & de plano, & absque strepitu & figura iudicii celeris justitiæ
 complementum ministrare curent. Promittentes bona fide, verboque
 regio, quod solenne jusjurandum apud Reges semper esse consuevit prædi-
 ctam benevolentiam, amicitiam, perpetuamque pacem & omnia & singula
 superius enarrata, & per nos concessa, inviolabiliter observare & obser-
 vari facere, eademque omnia per charissimum filium nostrum Delphinum
 Vienensem rata grataque habere, suisque patentibus literis confirmare, ita
 tamen, quod prædicti Proconsules, Consules, Aldremandi, Mercatores &
 Incolæ de eadem pace, Amicitia & benevolentia pariter, quantum eos & to-
 tam suam Communitatem concernit, suas patentes litteras in debita vali-
 daque forma, sigillo magno Civitatis Lubecensis roboratas, infra unum an-
 num proximè futurum nobis tradere & realiter exhibere tenebuntur. Quo-
 circa dilectis & fidelibus nostris Gentibus, Consiliariis Parlamenti nostri Pa-
 risiensis, universisque & singulis nostris locatenentibus, Marefchallis, Admi-
 raldo, Vice-Admiraldo & Gubernatoribus, Seneschallis, Baillivis, præpo-
 sitis, Capitaneisque, & ductoribus militum, & armigerorum, ac Civita-
 tum, oppidorum, portuum, pontium, aliorumque locorum & districtuum
 Custodibus, aliisque judiciaris, & officariis nostris præsentibus & futuris,
 & eorum cuilibet harum serie præcipimus & mandamus quatenus has no-
 stras præsentis litteras in omnibus curiis, auditoriis, aliisque suis locis ad
 hoc necessariis publicare seu publicari facere, prædictamque amicitiam, con-
 fœderationem, & perpetuam pacem & Concordiam ac omnia & singula su-
 perius declarata, & per nos concessa inviolabiliter observent, & observari fa-
 ciant; nihil penitus in contrarium agendo nec attemptando, quod si fortè
 aliqua acta & attemptata forent, ea reparare seu reparari & ad pristinum &
 debitum statum reduci facere studeant indilate, compellendos ad hoc, ap-
 pellatione semota, viriliter & debite compellendo. Infractores quoque si
 qui sint, pœna debita & publica plectendo, & ut omnia & singula præin-
 ferta perpetuæ firmitatis robur obtineant, has nostras litteras, quarum vidisse
 seu Transumpto uno vel pluribus si opus fuerit, sub sigillo Regio confectis,
 indubiam fidem veluti huic originali volumus adhiberi, magni no-
 stri sigilli munimine fecimus roborare. Datum in Montiliis prope Turo-
 nes, in Menfe Augusti, Anno Domini millesimo quadringentesimo octua-
 gesimo tertio, Regni verò nostri vicesimo tertio. Vifa. Signatum, per Regem,
 Comite de Claromonte, & de Marchia Domino Desquerdes, magno Senè-
 schallo Normaniæ, Gubernatore Antiffiodorensi, Seneschallo Ruthinensi,
 Magistris Jacobo Louet Chartarum Thesaurario, Guillermo de Cerifayo &
 aliis præsentibus, DE VILLE CHARTRE. NOS, qui Reipublicæ Felix in-
 crementum tota animi nostri mente semper optamus, præinfectas patentes li-
 teras & omnia & singula in eisdem contenta ratas & gratas, rataque & grata ha-
 bentes, atque eas & ea plurimorum nostri Sanguinis Principum atque Comi-
 tum aliorumque Magnatum, majoris nostri Consilii deliberatione, laudavimus,
 approbavimus & confirmavimus, laudamusque, approbamus, ratifica-
 mus ac confirmamus, ac in quantum opus est de novo concessimus & conce-
 dimus per præsentis: Quarum tenore, universis & singulis locatenentibus,
 Marefchallis, Admiraldo, Vice-Admiraldo, Gubernatoribus, Bailli-

uis, Seneschallis, Præpositis, Capitaneisque & Ductoribus armlgerorum, nec non urbium, Civitatum, Oppidorum, pontium, portuum, aliorumque locorum, districtuum custodibus, cæterisque justitians, Officiariis & subditis nostris, præsentibus & futuris, præcipimus & mandamus, quatenus præsentem nostram ratificationem, approbationem, confirmationem & concessionem in univèrsis jurisdictionum suarum auditoriis, aliisque locis, quibus opportunum fuerit, inscribant, publicent & inviolabiliter observent, seu inscribi, publicari & observari faciant, nihil penitus in contrarium agendo, aut intentando, agive vel intentari faciendo vel permittendo, sed si quæ forsitan acta aut intentata forent, illa reparare seu reparari, & ad pristinum & debitum statum extemplò reduci facere curent. Et ut præmissa omnia perpetuè firmitatis robur obtineant, nostrum præsentibus literis fecimus apponi sigillum. Datum Ambasiæ Mense Septembris, Anno Domini, millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, & Regni nostri primo. Sic signatum per Regem, Comitibus de Claromonte, de Marchia & de Domino Martino magno nostro hospitii Franciæ, Domino de Toroy, MagistroGuillermo de Cerisay, & aliis præsentibus, DE VILLE CHARTRE. Visa. *Et supra plicam est scriptum, Lecta, publicata & registrata Parisiis in Parlamento, vicesima tertia die Decembris, Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Sic signatum, DE CERISAY, & in dorso.*

4. *Qua quidem Commissione ut praemittitur ibidem publice coram dictis venerabilibus & egregiis viris & Dominis, Praelatis, Decanis & Capitulis quinque Ecclesiarum Trajectensium, nobilibus, vassallis, ac deputatis civitatis Trajectensis aliaque populi multitudine, ibidem in dicta Domo Capitulari majoris congregationis lecta sub beneplicio sedis Apostolicae de novo transulit, transportavit ac cessit aliisque & alia fecit, prout haec & alia in praefertis suis litteris habentur & continentur, promittens idem Dominus noster Reverendissimus ad manus discreti viri, Domini Joannis de Goch Notarii publici infra scripti. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit seu interesse poterit quomodolibet in futuris stipulando & recipiendo pro se suisque successoribus praemissas & traslationem, transportationem & cessionem, ut praemittitur, factas, omniaque alia & singula in praefertis literis suis contenta, narrata & descripta firmiter & inviolabiliter observare & observari facere dolo & fraude seclusis in omnibus ac penitus semoris. Quodque in hujusmodi translatione, transportatione & cessione praemissis non intervenit fraus, dolus, simoniae labe seu quavis alia illicita pactio, sive corruptela, in fide Principis dixit ac medio suo juramento in acceptatione Episcopus sui praestito affirmavit.*

5. *Super quibus omnibus & praedictis tam Dominus noster Reverendissimus, quam Dominus Procurator & Ambasiator praedicti perierunt respectivè ipsis fieri à nobis Notariis publicis unum seu plura, publicum vel publica instrumentum & instrumenta. Acta sunt haec Trajectis in Domo Capitulari ejusdem Ecclesiae ante dictae praesentibus ibidem una nobiscum nobilibus, generosis, validis, strenuis ac circumspectis viris & Dominis Domino Gherardo Domino de Assendelfe & de Emskerck milite primo & ordinario praesidenti, Magistro Judoco Zambondi utrinque Juris Doctore; Magistro Vincentio Cornelio dicto, primo Computationum Magistro; Caesareae Majestatis in Curia Hollandiae, Zeelandiae & Frisiae, Consiliarus, Domino Johanne de Derremonde, Domino de Borginval, Domino Lodovico de Praet, Domino de Meerkerke, Francono de Marco Capitanen, Judoco de Bueren Scultero in Culenbourgh, Carolo de Heerlaer, Ludovico de Marca, Magistro Leonardo Herdinc & Magistro Cornelio Anthoni, Caesareae Majestatis Secretariis, nec non Everhardo de Zandenbalch, Godefrido de Voerde, Perro de Merenborgh, Cornelis de Jonge, & quam pluribus aliis militaribus, civibus & incolis civitatis & patriae Trajectensis testibus ad praemissa vocatis specialiter arque rogaris.*

6. *Quibus quidem omnibus & singulis sicut praemittitur in Domo Capitulari peractis; praefati Dominus Anthonius Comes Ambasiator & Procurator Caesareae Majestatis, & Reverendissimus Dominus Trajectensis nec non*

venerabiles Domini Prælati, præpositi, Decani & Canonici quinque Ecclesiarum ante dicti, ex dicta Domo Capitulari ad Ecclesiam & chorum majoris Ecclesie Trajectensis processerunt, dictoque Domino & Ambasiatore in tabernaculo in honorem Cæsareæ Majestatis debite adornato ac præfato Domino Reverendissimo in stallo suo, reliquis quoque Prælati, Decani, Canonici, aliisque choris sociis in stallis conitutus, idem Domini Prælati, Præpositi, Decani & Canonici, ac alii chori socii *canticum latitie Te Deum laudamus* &c. cum organis & omni cordis júbilo decantârunt. Quo finito fuit ibidem *missa de sancto Spiritu* solempniter decantata. Reverendissimo Domino Magistro Jacobo Ridder sacre Theologiæ Doctore, Episcopo Ebronneni officium missæ celebrante. Quæ finita Dominus Ambasiator & Procurator Cæsareæ Majestatis prædictus cum dicto Domino Reverendissimo usque ad curiam sive Domum suam Episcopalem eundem ibidem dimittendo; ulterius cum Prælati, nobilibus ad magnum Palatium Hoeda vocatum processit, ibidemque ad Domum discreti Viri Henrici Knoep, civis Trajectensis ad Cameram superiorem ejusdem Domus decenter ornatam cum Prælati & certis nobilibus intravit & ascendit & postquam major campana civitatis fuerat trines pulsata, quæ cives & subditi dictæ civitatis convocari consueverunt & quibus dictum Palatium ad in eodem tempore comparandum fuit insinuatum & præfixum; prænominatus Dominus & Magister Wolfgangus de Assen stein miles & Doctor Consiliarius dicti Domini Reverendissimi & de ejus speciali mandato exposuit, ac alta & intelligibilis voce coram omnibus ibidem præsentibus Prælati, Ecclesiasticis, nobilibus, civibus, incolis, & subditis tam civitatis quam Patriæ Trajectensis publicavit & dixit.

7. Quod cum Reverendissimus Dominus & illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus Henricus Dei gratia electus & confirmatus Trajectensis, Coadjutor Wormatiensis, Præpositus & Dominus in Elwangen, Palatinus Rheni Comes & Dominus Bavarie, Princeps & Dominus suus, propter hostiles incursus & invasiones sibi & suis, civitati, opidis & patriæ per Ducem Gelrie factis a quibus non poterat eos eripere & defendere nec facultates Ecclesie sue ad hoc sufficiebant: Quapropter idem Dominus Reverendissimus & illustrissimus Princeps, invocato auxilio & potentia gloriosissimi, magnificentissimi & invictissimi Principis & Domini, Domini Caroli Romanorum Imperatoris Augusti, qui ipsos suis magnis impensis, armorum copia ab hujusmodi incursionibus & hostilibus invasionibus eripuit & liberavit. Quapropter sua Reverendissima gratia, ad finem quo similibus incursionibus & invasionibus hostilibus præservari futuris perpetuis temporibus possent: ipsam civitatem Trajectensem, opida, castra, villas, loca, vasallos, cives & subditos, omnesque inhabitatores inferioris Patriæ Trajectensis hodie in generali Capitulo cum venerabilibus Dominis Prælati, Decani & Capitulis quinque Ecclesiarum *sub bene placito sedis Apostolicæ* transtulit, transportavit ac cessit, ipsique quantum temporalitatem & jurisdictionem secularem de terris, civitate, opidis, fortificis & aliis locis ejusdem patriæ concernit & attingere posset, quitavit, exoneravit & absolvit, ab omni subjectione, obligatione ac juramentis *Reverendissime paternitati sue* quomodolibet factis ad ulum & utilitatem Cæsareæ Majestatis suorumque hæredum, & successorum tanquam Dominorum sive Dominarum Brabantie & Hollandie in personam nobilis & generosi Domini, Domini Anthonii de Lalaing Comitris de Hoogstraten tanquam Procuratoris & Ambasiatoris dictæ Cæsareæ Majestatis ibidem præsentis, qui hujusmodi translationem, transportationem & cessionem nomine, quo supra, acceptavit, cui ipsi Vasalli, cives, inhabitatores, & subditi civitatis Trajectensis homagium cum debitis fidelitatis juramentis facere & præstare tenebuntur, tanquam vero Procuratori & Ambasiatori Cæsareæ Majestatis, qui eos & patriam Trajectensem ulterius defendere & in pace conservare curabit.

8. Deinde circumspēctus vir Henricus van der Borch deputatus civitatis Trajectensis exposuit ibidem publicè alta & intelligibili voce & dixit præmissa omnia & singula hodie in generali Capitulo in præsentia Prælatorum, Decanorū & Canonicorum quinque Ecclesiarum & depuratorum dictæ civitatis Trajectensis rectè & solemniter fore & esse per Reverendissimum Dominum & illustrissimum Principem electum & confirmatum Trajectensem facta, quodque Magister Valentinus de Voerde Secretarius dictæ civitatis Trajectensis ibidem formam & renorem Juramenti, quod Cæsareæ Majestati seu verius nobili & generoso Domino, Domino Antonio de Lalaing Comiti de Hoogstraten ejus in hac parte Procuratori & Ambassiatori præstabit & faciet ac quilibet eorum præstare & facere teneretur, leget, prout ipsi omnes & singuli jurabunt. Quo factò præfatus Magister Valentinus Secretarius formam, juxta quam ipsi Vasalli, cives, incolæ, inhabitatores & subditi civitatis & patriæ Trajectensis inferioris juraverunt ac publicè homagium præstiterunt, ibidem publice ac alta & intelligibili voce legit, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum in vulgari & est talis.

9. Gy sweert tesamelyck ende elck bysonder, dar gy voort an den allerhoochsten, allermogensten, alldoorleuchtigsten en aller onoverwindlichsten Furst ende Heeren, Karel van Goods genaden Rooms. Keys. die vyfte, Coninck van Spaengen &c. Erz. Hartoge van Oostenryck, Hartoge van Bourgoignen van Brabant &c. Grave van Vlaenderen, van Hóllant, Zelant &c. ende Heere vander stad, steden ende landen van Urrecht, voor hem, syn erven ende nacomeelingen Heeren ende Vrouwen van Brabant ende van Hóllant, als uwen Erfflant-Furst, Heer ende natuerlyck Prince tot eewigen dagen gur, gerrouwe ende gehoerfaem sult wesen; zyn schade te verhueden, zyn prouffyt te vorderen, ende hem in alles te obedieren, byrestaen ende te bedienen; syn staten, hoocheyt, ende heerlickheyte te helpen bewaeren ende defenderen; ende in als doen, zoe goede, gerrouwe ende onderdanige onderfaten hoiren Erfflant-Furst, Heere en natuerlick Prince, schuldigh syn te doen; zoe moet u God helpen ende alle syn Heyligen.

10. Quod quidem juramentum omnes Vasalli, cives, incolæ, inhabitatores, & subditi civitatis & patriæ Trajectensis inferioris ibidem præfentes nudis Capiribus, erectis duobus anterioribus digitis cum debita reverētia præstiterunt. Quo factò, ad finem quod ipsi Vasalli, cives, incolæ, inhabitatores & subditi civitatis & patriæ Trajectensis inferioris possent esse securi, quòd ulterius per Cæsaream Majestatem ab omnibus violentiis, invasionibus & incurfibus hostium magis possent esse securi; prænominatus nobilis & generosus Dominus, Dominus Antonius de Lalaing Comes, ac Procurator, Ambassiator & locum tenens Cæsareæ Majestatis juxta & secundum Commissionem & mandatum ejusdem Cæsareæ Majestatis, quod ibidem in manu sua tenebat & ostendebat, & eo nomine, præstitit juramentum, prout præfatus Valentinus Secretarius ibidem publice alta & intelligibili voce legit in hunc, qui sequitur, modum.

1. Wy als Ambassiator, Stadhouder, Procurator ende gemachtig van der alderhoochsten en alder doirlichstigste, allermogenste, onoverwinlickste Furst ende Heere, Heerē Karel van Goods genaden, Roimfche Keyser die vyfte, Coninck van Germanien &c Erts-Hertoge van Oistenryke, Hartoge van Bourgoignen, van Brabant &c. Grave van Vlaenderē, Hóllant, Zeeland &c. ende Heere vander stad, steden en landen van Urrecht; blyckende by syne Majestet opene Brieven van procuratie en commissie hier in onse handen wesende, *sweeren ende geloven* in de name ende van wegen zyne Majest. dat hy u luyden ende alle den Volcken, borgers, ingeserenen ende inwoonende der stad ende Vryheyte van Vuytrecht voort aen van alle geweld, fortze, violentie ende injurien bewaren, beschermen ende defendeeren sal, ende u luyden voort an in goed, justitie en policie tracteren ende regieren zal; als een vroem, eerlyck ende oprecht Furst, Heere ende natuerlyck Prince, zynen landen, steden, luyden ende onderfaten, behoort ende schuldigh is te doen: alzoe moet God syne Majest. helpen.

2. Quo juramento sic, ut præmittitur, per Valentinum Secretarium, ecto, præfatus nobilis & generosus Dominus, Dominus Anthonius de Lalaing procurator & Amballiator *posita manu sua dextra ad ordinem aurei velleris* ab humeris suis supra pectus suum dependentem juravit, ac Procuratoris nomine, quo supra, Juramentum prædictum præstitit, mandavitque per os spectabilis viri Henrici vander Borch præsentem diem ulterius solemniter celebrari & festivari; fecit projici magnam pecuniæ quantitatem coram populo in signum triumphi, reductusque cum iubis & buccinis bene sonantibus ad domum suæ residentię cum comitantibus Prælati, nobilibus, deputatis civitatis, aliaque cleri & populi multitudine; idemque nobilis & generosus Dominus de & super præmissis omnibus & singulis petiit sibi fieri & confici à nobis notariis publicis infra scriptis unum & plura, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta. Acta sunt hæc in locis respectivè prænotatis, & testibus respectivè præscriptis ad hoc specialiter vocatis atque rogatis. Sic subscriptum & signatum est, &c.

3. Ego Johannes de Goch Clericus Colonienfis Diocesis, publicus sacris apostolica & imperiali auctoritatibus Notarius ac venerabilis Curie archivalis Trajectensis causarum scriba juratus, quia præmissis propositis litterarum præmissarum, exhibitioni, transportationi, cessioni, quitationi, exonerationi, juramentorum absolutioni, stipulationi, acceptationi, juramentorum præstitutioni, cæterisque aliis, dum sic, ut præscribitur, successivè & respectivè fierent & agerentur, una cum infra scriptis Notariis ac prænominatis testibus præfens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo præfens literas, sive præfens publicum instrumentum hujusmodi translationum, transportationum, & cessionum temporalitatis civitatis & patriæ Trajectensis ejusque acceptationem in se continentes, sive continens manu alterius fideliter scriptas & scriptum ac per nos Notarios inde confectum subscripsi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi; vocatis & requisitis in fidem robur & testimonium omnium & singulorum præmissorum. Johannes de Goch & Ego Wilhelmus filius Johannis de Trajecto superiore, clericus Leodiensis diocesis, publicus sacris Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius ac venerabilium Minorum Decani & Capituli Ecclesiæ Trajectensis scriba juratus, quia præmissis propositioni litterarum inferatarum, exhibitioni, translationi, transportationi, cessioni, quitationi, juramentorum absolutioni, stipulationi, acceptationi, juramentorum præstitutioni, cæterisque aliis, dum sic, ut præscribitur, successivè & respectivè fierent & agerentur, una cum supra & infra scriptis Notariis ac prænominatis testibus præfens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo præfens literas, sive hoc præfens publicum instrumentum hujusmodi translationum, transportationum, cessionum temporalitatis civitatis & patriæ Trajectensis ejusque acceptationem in se continentes sive continens manu alterius fideliter scriptas & scriptum ac per nos Notarios inde confectum subscripsi, publicavi & in hanc publicam formam redegi signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi vocatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum. W. de Trajecto, S. Notarius &c.

XLII. (a) Confirmatio vel Bulla Pontificis Clementis VII. sub sigillo aureo data Carolo V. in Romanorum Imperatorem Electo ejusque successoribus Ducibus Brabantie & Comitibus Hollandiæ super Translatione civitatis, opidorum & Ditionis Trajectensis & Transsalana, totiusque Temporalitatis Episcopatus Trajecten-

Trajectensis in suam Majestatem facta per Episcopum Henricum Comitem Pal. Rheni &c. reservata tantum jurisdictione Ecclesiastica & Domo Episcopali in Civitate Trajectensi ac certa pensione annua. Et quod nullus imposterum à quinque Ecclesiis Trajectensibus debeat eligi Episcopus, quam quem nominaverit sua Majestas vel ejus in dicta qualitate successores nec Decani, quam qui ipsi fuerint grati. Romæ 13. Calend. Septembr. 1529.



Lemens Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex, ad quem, sicut omnium rerum spiritualium cura pertinet, ita bona quoque temporalia, ad quascunque Ecclesias spectantia ipsius sunt dispositionis; pro patorali officio sibi demandato ea assidue agit & meditatur, per quæ Ecclesiæ ipsæ tam Cathedralis quam Collegiata & illarum Episcopi & Prælati quietè, tranquillè ac pacificè vivere possint. Et si quando contingit Episcopos & Prælatos ipsos a suis sedibus & Ecclesiis violenter ejici & extrudi, & propterea ad secularium Principum opem implorandam confugere, ipsorumque sumptibus viribus & copiis in pristinas sedes rursus reponi & restitui, ac per eos in tantorum beneficiorum renumerationem bona ipsa temporalia & secularem eorum jurisdictionem eisdem Principibus liberatoribus concedi & in eos transferri; Pontifex ipse tales concessiones & translationes auctoritate Apostolica approbare & confirmare ac de novo concedere consuevit, ut eò scilicet pacto & ipsarum Ecclesiarum incolumitati consulatur & earum Episcopi & Prælati in quiete tranquillitate & securitate constituentur, pro ut in Domino conspicit salubriter expedire.

1. Sane licet a longis retroactis temporibus ad omnes Episcopos Trajectenses, qui pro tempore fuerunt Dominium tam spirituale, quam seculare Ecclesiæ Trajectensis ac plurimorum oppidorum, locorum & castrorum, tam in agro Trajectensi, quam in partibus superioribus patriæ Transylvellanæ consistentium plenissimo jure pertinuerit: Nihilominus dilectus filius nobilis vir Carolus Dux Geldriæ, præter ius & fas primo bonæ memoriæ Fredericum Marchionem Badensem, olim Episcopum Trajectensem, quoddam ex ipsis opidis manu armata ac militari spoliavit illudque violenter occupavit; ad quod rursus vindicandum idem Fredericus Episcopus ingentes expensas, innumerorsque labores subire coactus fuit. Et deinde idem Carolus Dux, similis memoriæ Philippum de Burgundia etiam Episcopum Trajectensem pluribus ex eisdem castris & opidis vi & armis spoliavit, sibi que injuste usurpavit. Pro quibus recuperandis licet magni sumptus à præfatis Episcopis facti, pecuniæque ingentes erogatæ fuerunt, tamen ea loca sic occupata in manibus & potestate ipsius Ducis Caroli permanserunt, usque ad tempus, quo dilectus filius Henricus Comes Palatinus & Dux Bavarie in Episcopum Trajectensem electus & electio hujusmodi apostolica auctoritate foicam | f. forme canonica | & confirmata exitit.

3. Qui equidem Henricus electus animadvertens, quot damna & incommoda Prædecessores sui Episcopi Trajectenses subierant, ut ea quoque pacto resarciret ac paci, quieti, securitati que suæ ac subditorum suorum consulere, & talem concordiam opera & interventu venerabilis fratris nostri, Archiepiscopi Trevirensis, cum eodem Carolo Duce inierat, ut ipse Henricus electus ei summam quinquaginta millium florenorum enumeraret, &

quorundam castrorum occupatorum utrum fructum ad ejus vitam demitteret : quæ quidem castra eo defuncto rursus ad Ecclesiam redirent, sed ea lege, ut si proles legitima ex eo superesset, illi proli duntaxat quinquaginta millia florenorum persolverentur. Cætera vero castra sic occupata ex tunc eidem Henrico electo restitui deberent, prout mox etiam restituta fuerunt.

4. Et quamvis dictus Henricus electus ea concordia sic stabilita omnino speraret, se deinceps summa in pace & tranquillitate, una cum subditis suis, permanens, nihilominus ipse Carolus Dux oblata occasione, quod idem Henricus electus interim populari seditioni fuerat repulsus, immemor fœderis & concordia, hujusmodi castra & opida patriæ Transylvellanae invadere eaque obsidione premere veritus non fuit, & cum castrorum & opidorum prædictorum consules & præfecti ad opem & auxilium implorandum ad denominatum Henricum electum confugissent, & ille, utpote sua civitate ejectus opibusque exutus, minime opulari potuisset, quod reliquum fuit eis per litteras suas ut à Capitaneo Charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum & Hispaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi, qui Frisiam præerat, auxilium exposcerent, concessisset & ut ipsum Carolum Regem, qui etiam Dux Brabantia & Comes Flandria & Hollandia existit, in Dominum recognoscerent, licentiam dedisset; absolvendo eos ab hominibus sibi præstito ac juramentum fidelitatis eis relaxando; ac dicti consules, & ad hoc deputati litterarum earundem vigore post quædam capitula cum ipsius Caroli Regis Ministris confecta inter cætera continentia, ut dictus Carolus Rex, quam primum exercitum instruere & bellum ipsi Carolo Duci inferre deberet, se ipsi Carolo Regi dederunt ac Homagium & juramentum fidelitatis ejus tunc Procuratori, præstiterunt.

5. Et cum interim populus Trajectensis de electo restituendo & si eis venia daretur, rursus in civitatem revocando pertractassent; Dux ipse dolo & fraude quorundam seditiosorum allectus civitatem Trajectensem clandestine occupavit, eamque hostiliter diripuit, & ut scelus sceleri adjungeret, Ecclesias prophanere, illarumque bona invadere & deripere ac auferre veritus non fuit; quinimo, quæ ad divinum cultum erant destinata, sacrilego conatu ademit & usurpavit; propter quæ ipse Henricus electus & undique molestis & ærumnis circumventus ad dilectam in Christo filiam Nobilem mulierem, Margaretam Archiducissam Austria, pro dicto Carolo Rege in partibus Flandria Gubernatricem nec non ipsius Caroli Regis in Ducatu Brabantia & Comitatu Hollandia Procuratorem confugere & adversus tam atrocem injuriam & horrida facinora necessariam open implorare coactus fuit; & cum dictam Margaretam ad id promptissimam invenisset, & mox certus dicti Caroli Regis Capitaneus valido exercitu magnis quidem sumptibus coadunato & sub signis constituto in Ducatum dicti Caroli Ducis impetum fecisset, ac opida sub ipso Duce violenter occupata recuperasset, & ipsum Henricum electum in sua civitate è qua ejectus fuerat, restituisset:

6. Præfatus Henricus electus tot calamitatibus, ope ipsius Caroli Regis tandem liberatus, animadvertens se & civitatem ipsam ac tot castra, opida & municipia ad suam Ecclesiam Trajectensem spectantia, non sine magna inpena sibi que intolerabili diutius retinere, nec de expensis pro exercitu in ejus defensionem & subsidium comparato factis præfato Carolo Regi satisfacere posse; ac cupiens dicto Carolo Regi ob tot in se collata beneficia gratiam aliquam referre & denominatorum suorum subditorum quieti & tranquillitati ac securitati consulere, eosque ab imminentibus periculis & futuris incommodis præservare; ex præmissis & aliis non minoris momenti causis civitatem ipsam atque opida, castra, municipia, & loca partis infe-

rioris Trajectensis ad ipsum Henricum electum, suosque successores Episcopos Trajectenses ac mensam Episcopalem Trajectensem legitime spectantis, cum aliorum machinis, tormentis, bombardis ac omnibus & singulis juribus & pertinentiis, jurisdictione temporali, nec non vasallis, officariis, subditis & incolis suis in ipsum Carolum Regem transfudit & transfudit; ac omnes excusas, census, redditus, emphyteoses, terras, pascuas, decimas, vineas, silvas, jura patronatus, tam laicalia, quam castralis, nec non omnia theolonia, & theoloneorum jura, feuda, vasallagia, Dominia, &c., ut vulgo dicunt, altas, medias, & bassas jurisdictiones, ac demum omnem temporalem & secularem jurisdictionem, aliasque servitia & jura, quaecumque ad eum ratione dictae Ecclesiae Trajectensis in civitate, opidis, castris, fortalicis, terris, locis, Dominiis, & utraque patria tam Transystellana, quam Cisystellana praedictis quomodo libet spectabant & pertinebant; cum omnibus & singulis eorum pertinentiis & appendentiis ac libris feudorum & reddituum, cartis, regitris, computis & aliis scripturis praemissis concernentibus praefato Carolo Regi tanquam Brabantiae Duci & Hollandiae Comiti pro se & successoribus Ducibus Brabantiae & Comitibus Hollandiae seu ejus tunc legitimo Procuratori sub sedis Apostolicae beneplacito concessit & donavit ac in eum transfudit. Nec non omnes & singulos Vasallos, officiales, subditos & incolas praedictos, a juramento fidelitatis & alia quacumque obligatione, qua sibi ut Domino temporali tenebantur, absolvit, eisque ut a praefato Carolo Rege ex tunc de cetero auxilium implorare, illique ac haeredibus & successoribus suis, tanquam Ducibus Brabantiae & Comitibus Hollandiae homagium & juramentum fidelitatis praestare valerent, liberam licentiam expresse concessit, reservata sibi & successoribus suis Episcopis Trajectensibus sola jurisdictione sua spiritali per civitatem praedictam & Dioecesim Trajectensem una cum Domo sua Episcopali in eadem civitate consistenti, & una alia domo sua extra dictam civitatem in diocesi sua Trajectensi sita, in qua ipse & successores sui Episcopi Trajectenses cum sua familia quietis & omni gratia residere possent; sic tamen quod ipse Carolus Rex Henrico electo & successoribus praedictis nomine annuae pensionis duorum millium Carolorum aureorum pro dote ejusdem Ecclesiae persolveret.

7. Ac praemissa omnia acta & constituta sunt cum scitu & expresso consensu dilectorum filiorum, Praepositorum, Decanorum & Capitulorum praedictae majoris & collegiarum sancti Salvatoris, sancti Petri & sancti Joannis, & Beatae Mariae Trajectensium Ecclesiarum; qui habita matura consultatione diligentique examine ea omnia approbarunt ac rata firmaque stabilita esse voluerunt; ipsique Praepositi, Decani Capitulaque, (qui tempore quo praefatus Henricus electus consulibus & deputatis patriae Cisystellanae hujusmodi per suas literas concesserat facultatemque tribuerat ut dictum Carolum Regem in Dominum recognoscerent, ac illi homagium & fidelitatis juramentum praestare possent, a civitate erant expulsi, nec in loco Capitulari simul convenire & consultare poterant, jam tunc de praemissis omnibus, quae tunc temporis peracta fuerant, plenam notitiam habentes, matura deliberatione debitaeque & consuetis tractatibus praemissis, omnia per Henricum electum, ac consules & deputatos castrorum patriae Transystellanae, vigore literarum Henrici electi eis concessarum, gestis & factis, in omnibus & per omnia approbarunt & ratificaverunt.

8. Et insuper iidem Praepositi, Decani & Capitula plane considerantes, id quod multis experimentis didicerant propter electiones Episcoporum in discordia factas, cum alii aliò traherent & suis quisque factionibus inhaereret, civitatem, universumque populum atque etiam ipsosmet in tot arumnis & calamitatibus frequenter incidisse; ne quid tale ex tunc deinceps eveniret, ultro ac sponte eidem Carolo Regi tanquam Duci Brabantiae & Comiti

Hollandiae

Hollandiæ concesserunt, ut quoties contingeret Ecclesiam Trajectensem carere pastore, nullius in eorum Episcopatum eligendi jus vel potestatem haberent præterquam illius, quem dicitur Carolus Rex, ut Dux Brabantiæ & Comes Hollandiæ, significandum, iustificandum, nominandumque diceretur, adijcentes etiam ut nullus in Decanatu alicui ex quinque Ecclesiis ante dictus præficeretur, nisi qui ipsi Carolo Regi gratus, & acceptus foret.

9. Et cum tunc Procurator dicti Caroli Regis præmissa omnia approbasset, acceptasset & rata habuisset; ipsi Præpositi & Decani, tam Procuratorem, quam Henricum electum præfatos ad majorem Ecclesiam comitati sunt & ibidem Procuratorem in tabernaculo decenter ornato collocarunt, Episcopis, & nonnullis Præpositis ac Decanis earundem Ecclesiarum iussu quoque stallis, ut moris est, constitutis, & deinde hymno *Te Deum laudamus*, alta voce jucunde & alacriter decantato, ac missa solemnè à quodam Episcopo celebrata, rursus Henricum electum & Procuratorem præfatos ad Domum Episcopalem comitati sunt, Electoque ibidem relicto, mox dictus Procurator, Prælati & nobilibus plerisque comitantibus, ad publicum urbis palatium se contulit, atque inde ad domum privatam cujusdam civis satis magnificè instructam divertit, pulsataque campana, ad cujus sonitum populus in unum convenire solet, nobilibus aliisque dictæ civitatis ordinibus in conspectu ejusdem Procuratoris aggregatis, prælecta juramenti formula, quod in communi dicto Carolo Regi erant præstituri, populus universus denudato cujusque capite duobusque digitis dextræ manus sursum erectis, juxta morem qui in jurejurando inibi observatur, solemnè juramentum præstiterunt, ac vicissim dictus Procurator, ipsius Caroli Regis nomine, honestè beneque tractare & ab ingrumentibus malis & periculis protegere & tueri, atque in omnibus boni clementisque Domini officio fungi promisit & ad ea observanda jurejurando se obstrinxit.

10. Quæ omnia tam Henricus electus quam Capitula præfata proponi fecerunt in Consistorio nostro coram nobis, petentes ea, ut stabiliora sint ac plus roboris & firmitatis obtineant, Apostolica auctoritate approbati & confirmari, ac de novo concedi. Nos igitur habita super his cum venerabilibus fratribus nostris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione & discussione, Electum & singulares personas Capitulorum ejusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes; de eorundem Fratrum consilio & ex certa scientia ac de *Apostolica potestatis plenitudine*, translationem temporalis jurisdictionis civitatis castrorum & opidorum tam patriæ Transsellanæ superioris, quam patriæ Trajectensis inferioris, ac aliorum jurium prædictorum in ipsum Carolum Regem, tanquam Ducem Brabantiæ & Comitum Hollandiæ, ac illorum donationem, & alia per eundem Henricum Electum de eorundem Capitulorum consensu facta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus & confirmamus, præterquam quoad cassationem pensionis in eventum unionis mensæ Episcopalis Trajectensis beneficiorum [in locum] valoris dictæ pensionis suppletentes omnes & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem ac potiori pro cautela civitatem & castra ac alia jura prædicta eidem Carolo Regi & successoribus suis Ducibus Brabantiæ & Comitibus Hollandiæ in perpetuum de novo concedimus; ac electiones per Capitula ipsa in Episcopum Trajectensem absque ipsius Caroli Regis & Successorum suorum Ducum Brabantiæ & Comitum Hollandiæ prædictorum nominatione, nec non electione Decanorum,

Decanorum, Ecclesiarum hujusmodi, illorum Decanatuum occurrente vacatione, de alijs personis, quam Carolo Regi & ejus successoribus præfatis gratis & acceptis pro tempore factas, nullas, nulliusque roboris vel momenti existerent eadem auctoritate decernimus.

11. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Panormitano & Episcopo Castellæ maris, ac dilecto filio Decano Ecclesiæ sancti Luburni Daventricensis, Trajectensis Diocesis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se vel alium seu alios Carolo Regi & successoribus suis prædictis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari; ac singulos, quos literæ ipsæ concernunt, illis pacifice frui & gaudere. Non permittentibus eos desuper contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, inquietari, aut perturbari, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, non obstantibus felicis recordationis Pauli Papæ secundi Prædecessoris nostri & quibusvis alijs Apostolicis etiam in Concilijs generalibus editis, etiam similes approbationes fieri prohibentibus constitutionibus; nec non majoris & Ecclesiarum aliarum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegijs quoque & indultis Apostolicis Episcopo Trajectensi pro tempore existenti & dictarum Ecclesiarum Capitulis, sub quibuscunque tenoribus & formis concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, tenores illorum præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem firmitate indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, concessionis, decreti, mandati & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, tertio decimo Calend. Septembris, pontificatus nostri Anno sexto. Sic scriptæ supra plicam in dextra parte: A. de Castillo. Et supra erant scripta verba sequentia: R^o. in Cancellaria Apostolica. De Cesis.

XLII. (b) *Paulus Papa III. an. 1537. 6. Kal. Jan. confirmat Transactionem Quædlinburgi per Albertum Cardinalem Moguntinum inter Ericum & Henricum Juniores Duces Brunsvicensis & Capitulum Cathedralis, Ecclesias, Nobilitatē provincie, urbemque Hildensem in vigiliâ ascensionis 1523. factam, quâ pars temporalitatis Episcopatus in Duces transfertur.*

Paulus Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Inter Principes & alios fideles quoslibet, præsertim quorum fides & devotio in nostro & Apostolicæ sedis conspectu continue refulget, pacem & concordiam vigere & augeri sinceris desiderantibus; illa, quæ propterea proinde gesta & ordinata ceperimus, ut firmis illibata serventur, libenter, cum à nobis petitur, nostræ approbationis munimine solidamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium Virorum, *Erici & Henrici Ducum Brunsvicensium & Lunenburgensium nobis nuper exhibita petitio continebat*; quod alias cum

inter ipsos Ericum & Henricum Duces ex una, & dilectos filios Decanum, seniore[m] & Capitulum ac Clerum & Ecclesiasticos civitatis Hildensemensis (quibus Carthuiensium & Soltzæ monasteriorum nec non Montis S. Mauriti, prope & extra muros Hildensemenses, personæ additæ, adjunctæ & inclusæ sunt) & militares (quotquot usque in diem concordiæ infra scriptæ, apud ipsos manserunt) nec non *communitatem civitatis Hildensemensis* ex altera partibus, lites, differentiæ, contentiones, controversiæ & bella orta fuissent; tandem dilectus filius noster *Albertus Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis*, qui Magdeburgensi & Moguntinensi Ecclesiis, ex concessione & dispensatione Apostolica præesse dignoscitur, ac Ecclesiæ *Halberstadensis perpetuus Administrator in spiritualibus & temporalibus per sedem Apostolicam deputatus*, nec non Germaniæ Primas, & sacri Romani Imperii Archicancellarius per Germaniam, Princeps Elector, Marggravius Brandenburgensis, Srerinensis, Pomeraniæ, Castubiorum, Slavorum Dux &c. Burggravius Nurmbergensis, & Rugiæ Princeps exiit; ac dilectus filius nobilis Vir, *Georgius Dux saxonie*, Landgravius Turingiæ, & Marchio Misniæ, sese pro concordia inter prædictas partes interponentes, partes ipsas in amicitia super dictis differentiis, controversiis, contentionibus & bellis composuerunt, & in præmissis ordinârunt seu convenerunt: Quòd dilectus filius nobilis Vir *Wilhelmus Dux Brunsvicensis & Luueburgensis*, alicque in bello, b utraque parte, seu hinc inde capri, liberè & sine ære relaxari, & feria sexta mane hora nona post diem Concordiæ, quæ in oppido Quedlinburg Halberstadensis Diœcesis, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio celebrata extitit. Vigilia Ascensionis Domini immediatè sequentis, in Hohen-Egelsen sub antiqua & solita cautione, Urfehde nuncupata, pristinæ libertati restitui, & pro oportunitate dilecti filii *Burckardi Salder*, à venerabili fratre nostro Episcopo Hildensemensi literæ quietatoriæ seu liberatoriæ Principum Brunsvicensium missis tradi deberent, ad quod omnes exactiones, militaribus, Burgensibus, seu Rusticis impostæ & non solutæ, penitus remissæ esse & censi debent; quòdque civitas ipsa *Hildensemensis* sub tuitione, defensione, & protectione ipsius Ducis Erici, cum omnibus gratis & libertatibus ac privilegiis manere, seque cum eodem Duce super tuitione & defensione præstanda, & retardatis præstitæ defensionis concordare deberent. Quòd *Ensis ipsius Ducis Erici* ei reddi & restitui deberet die & hora prædictis; ac quòd castra *Sturwald, Pein*, cum suis pertinentiis Ecclesiæ Hildensemensis pacificè, sine aliqua facti attemperatione & castrum *Marienburg* in eo statu, quo erat, quo fieri, manere deberent. Quòdque ex civitate Hildensemensi & prædictis castris *Sturwald, Pein & Marlenburg* eidem Episcopo Hildensemensi, aut ejus successoribus Episcopis Hildensemensibus, aut ipsorum amicis seu amicatis [i.e. alligatis] nec alicui alteri, præmissorum occasione, contra Duces Brunsvicensis, seu in ipsorum, vel eorum subditorum præjudicium aut damnum non præstaretur, fomentum, receptaculum, auxilium, consilium aut servitium aliquod, sicut aliquid de facto attemperaretur & quòd à Principibus & à Ducibus Brunsvicensibus & eorum principibus & dominiis, contra Hildensemenses prædictos, è contrario pari modo observari deberet; & si quæ in futurum orientur inter prædictas partes differentiæ, illæ non per viam facti, sed secundum communem ordinationem Imperiale[m] terminari deberent. Quòdque Duces Brunsvicensis omnia Castra, Civitates, Oppida, Villas, Monasteria & Monasteriorum curias, quæsiu ac parta, nec non quæsiu ac partas sibi habere, reti-

nere, neque super his à præfatis Capitulo & civitate Hildensemenſi ac eorum ſulleccoribus per viam facti, ſeu de facto moleſtari deberent. Imperatoris Majeltati ac Ducibus Brunſuiceniſibus, decreto, executorialibus mandatis, omnibusque aliis à Cæſarea Majeltate emanatis manſuris ſemper ſalvis. Quòdque ipſis militaribus eorum feuda ſeu hæreditaria, aut ſub reemptione prius habita & quæſita bona. à Ducibus Brunſuiceniſibus, ad petitionem prædictorum *Principum tractatorum* | id eſt, mediatorum | & ipſorum intuitu relinqui; ipſi militares feuda, quæ prius ab Epifcopo Hildensemenſi tenuerant & habuerant, à Ducibus Brunſuiceniſibus à modo recipere, & ipſis Principibus eorumque *ſuperioritati* obedire deberent; feudis tamen quæ ab aliis dominis, præterquam ab Epifcopo Hildensemenſi eatenus tenuerant, & his quæ ipſis ex Caſtris & eorum pertinentiis jure obligationis deſcripta erant, exceptis, & præſertim quæ ex oppidò Alfeld, ſub diſtrictu caſtri Witzenburg, ex Salza, ſub diſtrictu caſtri Lawenſtein, ex Langenhagen ſub diſtrictu caſtri Kalenberg, Henning Rauſchenplaten, juri obligationis deſcripta erant, ſuper quibus ſeria tertia poſt feſtum St. Bartholomæi tractaretur in oppidò Quedlinburg, & Duces Brunſuiceniſes prædictis Principibus Tractatoribus inſtantiſſime conſenſerunt, ſecum militaribus, qui in Diocèſi, ſeu proprietate Hildensemenſi caſtra ſub reemptione habuerant & apud Diocèſim Hildensemenſem in bello manſerant, ſeu cum ipſorum militarium hæreditibus; tamen ad eorundem Ducum Brunſuiceniſium beneplacitum, & ſub poſſibili via & modo, concordaturos ſeria tertia poſt feſtum St. Bartholomæi. Hujuſmodi ad quos tractatus ipſi Principes tractatores quilibet duos ex ſuis conſiliariis eſſent miſſuri; forentque ea ſpe Principes Tractatores, ipſorum intuitu & petitione pro militaribus facta Principes Brunſuiceniſes facturos, quæ aliàs ipſi Duces Brunſuiceniſes facere non cogitaſſent. Quòdque Capitulo & aliis Eccleſiaſticis ambarrum civitatum Hildensemenſium, Carthufenſibus, Dominis in Monte, in Martenrode, Hoſpitali S Joannis & Salzæ prope Hildensemen ſua bona, quæ ante bellum hujusmodi feudali hæreditario jure aut ſub reemptione habuerant, reſtitui, ſuiſque conſuetudinibus, libertatibus, privilegiis, deſcriptionibus, verſchreibung nuncupatis, & jure gaudere & ruri deberent: ſimili modo Principibus Brunſuiceniſibus & eorum ſubditis obſervaretur. Et quantum ad caſtrum Steinbrücke, Principes Brunſuiceniſes gratioſos tractatus admiferunt, & quòd ad hos tractatus ipſi Principes Brunſuiceniſes duos ex ſuis Conſiliariis & præfatum Capitulum in Hildensemenſe duos ex Canonicis Capitularibus mittere deberent: cum hæreditibus Hans Begners ſicut cum aliis militaribus obſervari deberet: Et ſuper his dicti Principes Brunſuiceniſes deberent & vellent Bannum Imperiale, omnemque diſgratiam Cæſaræ Majeltatis amovere, & præſentem concordiam ab ipſa Cæſarea Majeltate confirmari obrinere; ac quòd per hanc concordiam bella, diſgratia, omnis controverſia & differentia amborum partium amota & amota: & præſertim quoad civitates & oppida, Braunſchweig, Görtzingen, Hannover, Northeim, Hameln, aliæque civitates ſeu oppida ipſorum Ducum Brunſuiceniſium, omneſque alios, qui bellis & cauſis hujusmodi adhæſerant ac conſilium & auxilium præſtiterant, vel ſuſpecti erant haberi, compoſita & concordata, compoſitæ & concordatæ cenſeri & eſſe: dictæque partes hujusmodi concordiam, ac omnes & ſingulos articulos in ea contentos firmiter bonâ fide & virtute juramenti obſervare & tenere partes hinc inde dictis Principibus tractatoribus ſolemniter promiferunt præſentibus proconſiliis, conſulibus, quos civitates ſeu oppida, Goſlar, Magdeburg, & Eimbeck ad tractatus dictæ concordiæ hujusmodi aſſumpſerunt & adhibuerunt. In fidem & reſtimonium, Principes tractatores, ac Ericus & Henricus Duces Brunſuiceniſes & Lunæburgeniſes pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus concordiam hujusmodi ſigillari fecerunt.

1. Et deinde charissimus in Christo filius noster *Carolus V.* Romanorum Imperator semper Augustus, &c. *concordiam prædictam* autoritate sua Cæsarea *confirmavit* & approbavit; prout in literis seu instrumentis aut documentis publicis, desuper confectis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte *Erici & Henrici Ducum prædictorum* nobis fuit humiliter supplicatum, ut concordiam, compositioni & conventioni hujusmodi, pro illius subtilitèntia firmiori, robur Apostolicæ firmitatis adjuccere, & aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, quorum est ea, que sunt pacis & concordiam sincerè prosequi favoribus, & votivo affectu salubriter demandare; literarum & instrumentorum seu documentorum prædictorum veriores tenores, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concordiam, compositionem, conventionem & promissiones ac subsècutam confirmationem *Caroli Imperatoris* hujusmodi, cum patris & Capitulis in eis contentis, nec non omnia alia illas concernentia, in dictis literis & instrumentis contenta & inde secuta quæcunque; auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac illis perpetuè firmitatis robur adjuccimus, eaque in omnibus suis capitulis plenum effectum sortiri & inviolabiliter perpetuò per quamlibet ipsarum partium observari debere, decernimus, *supplentes* omnes & singulos juris & facti defectus qui forsitan intervenerint in eisdem, decernentes ex nunc irritum & inane, si quis super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabili fratri nostro *Episcopo Casertanensi*, & dilectis filiis *S. Blasii intra. & S. Cyriaci in monte prope & extra maros oppidi Brunsvicensis*, diocesis Hildensemensis Diocesis, Ecclesiarum Decanis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, præsentibus literas & in eis contenta, ubi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Ducum Brunsvicensium super hoc fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant autoritate nostræ concordiam, compositionem, conventionem & promissiones prædictas juxta illarum approbationis & confirmationis hujusmodi tenorem inviolabiliter servari: Contradictores quoslibet & rebellantes censuras & pœnas Ecclesiasticas, appellacione postposita, compescendo in dæcaro etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; *non obstantibus* præmissis ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non Regibus Imperialibus ac Ecclesiæ Hildensemensis, nec non monasteriorum & civitatis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam municipalibus, nec non quibusvis privilegiis & indulgentiis Apostolicis, sub quibuscunque tenore usque formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis concessis.

3. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque tenore tenoribus specialibus specifica & individua mentio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentis hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indulgentiis, quòd interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. *Nulli ergo* omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, suppletionis, decretorum, mandati & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo trigésimo septimo, sextodecimo Calendarum Januarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

XLIII. *Tractatus Spirensis inter Carolum V. Imper. & Christianum electum Dania Regem, cui & nunc Belgæ federati innumuntur. Comprehenduntur in eo Rex Suecia, Albertus Marchio Brand, ratiōne Prussia, & Magister Livonia. Spira 23. Maii, Anno 1544.*

IN dem namen des Herrn, Amen. Zu wissen als sich ein zeit hero treffenlich irrung, geprechen und zwittracht zwiffchen den Aller-Durchleuchtighiten, Großnachtighiten Fürsten und Herren, Herrn Karln des fünfften diss nabmens Röm. Kayfers, Nider Erblanden an ainen und den Durchleuchtighiten Fürsten und Herrn, Herrn Christian erwelten König zu Dennemarck Durchleuchtighen und hochgebornen Herrn Johannsen Adolffen und Friderichen Hertzogen zu Schleswien und Helstain &c gebürdern und den Königreichen Dennemarcken und Norwegen und ihren Fürstenthumben, Landen und Herschaften anderteils, zugetragen; darun b zy dan g'gen einander zu öffentlichen vhedem, angriff und thätlicher beschädigung komen sein.

2. Und aber zu guetlicher hinlegung solcher irrung und geprechen hie vor etzliche tage angefetzt und handelung fürgenomēn und so verre komen ist, das hochged. Kayserl. Majest. solche guetliche handlung eingerambrt, und dan hochgem. erwelter König seine botschafft und Commissären; nemblich die Edlen und Fürnemen Johan Rantzauw, Andres Bilde bayde Ritters; Peter Schwabe und Caspar Fuchs, von Frid und richtung zwiffchen ermelten Kayserlicher Majest. Nider Erblanden, und dem erwelten König zu Dennemarcken desselben Bruederen und ged. Königreichen und landen zuhandelen, anhero gen Speyer zu Ihrer Kayserl. Majest. abgefertigt, und sein von wegen der Kayserl. Majest. die Erleuchten, Edelen, Hochgelerten Herrn Nicolaen Perenos, Herrn zu Granvellen Ihrer Majest. Obristen Gehaimen Rath; Johan van Naves zu Mesanz; Vice-Cantzeler, und Carolin Boifot und Viglius von Zwichern der Regten Doctores hoghgem. Kayserl. Majest. Rät̄h zu solcher handlung auch verordent, und durch dieselbe bayderseits auff vorgehende unfr handlung mit gueten wissen höchstgem. Kayserl. Majest. deßgleichen des hochgenanten erwelten Königs, in kraft des gewalts den die gemelten seine Commissären derhalben furpragt und weiter abgeredt, beschlossen, verglichen worden auff wech und mittel wie hernach folgt.

3. Erstlich dass aller unwill, unainigkeit, feindschafft, vhedem und kriege zwiffchen den vorgehenden Landen und gebieten der Kayserl. Majest. an einem und dem erwelten König Christian, seinen Bruederen, gem. Königreichen, Fürstenthumben und Landen andertheils von heut dato an in künftigh zeit gantz ersucken, absein und in aller weg aufhören sollen und hinfur an zwiffchen den Fürstenthumben Brabant, Limburg, Geldern und Lutzemburg, den Graffschafften Flandren, Arthois, Heingaw, Hollandt, Zeelndt, Zutphen und Namur, den Herschafften Vrieslandt, Utrich dieß und jenen seits der Issel, Groningen und Mechelen und aller jertz gemeld. landen und geprechten hinderlessen, inwoneren und unterthanen Kayserl. Majest. in derselben Nieder erblanden, und auch von wegen hochged. erwelten Königs zwiffchen den Königreichen Dennemarken, Norwegen, Gotten und Wenden, den Hertzogthumben Schleswich, Holstein, Stormarn und Ditmarschen, und allen anderen gebiethen und landen und deren inwohneren des erwelten Königs und seiner Brueder unterthanen und allergemelten thail, erben undt nachkomen gute aufrichtige und beständige freundschaft, ainigkeit

ceusis, Johan Ripensis, Johan Roschild, Turkoni Wiburgens, & Suenonis Eledi Ar-
chubusis, Ecclesiarum Episcoporum; nec non *Laurentii Dapiferi, Ludovici Mar-*
scalli, Canoni Purse, Johan. Offes, ac omnium aliorum consiliatorum nostro-
rum, dimisimus, dedimus & nihilominus jure feudali contulimus *Nobili Domi-*
no, Avunculo nostro Clarissimo Gerardo Holsatia & Stormarie Comiti, suis,
que veris & legitimis hæredibus, totum Ducatum Jutiæ cum omnibus suis
metis, terminis, distinctionibus, terris, insulis, castris, civitatibus, munitioni-
bus, vallatis, mari, aquis, portibus, judiciis, jurisdictionibus, juribus omni-
bus, Regalibus ac aliis cum dominio utili & directo, ac aliis honoribus, digni-
tatis aliisque proventibus, quibuscumque censeantur nominibus, pacifice &
quietè perperuis temporibus possidendum.

3. De quo quidem Ducatu Jutiæ, ipsum Comitem Gerhardum inteu-
davimus more Principum, cum vexillis dictis *Fahnenlehen* & præsentibus
infeudamus. Volentes & debentes, liberos & hæredes dicti Ducis, nostri *A-*
vunculi dilecti de ipso Ducatu & omnibus suis pertinentiis infeudare, quan-
do per ipsos requisiti fuerimus, dilationibus frivolis & contradictionibus non
quæsitis.

4. Damus etiam eidem Comiti Gerardo suisque veris hæredibus,
omnes Vasallos residentes in Diocesi Scelsevicensi; volentes, ut ipsi Vasalli
nulli obediant aut serviant, nisi prædicto Comiti & suis veris hæredibus, prout
nobis obedire consueverunt & tenebantur. Mittimus & ducimus ipsum li-
beros & hæredes suos in corporalem possessionem Ducatus prædicti & om-
nium ad ipsum pertinentium. Volentes, ipsum & ipsos ab omnibus violentis
& incuriis tanquam nostram nobilem vasallum inductum & inductos defe-
dere fideliter & tueri transferentes in ipsum Ducem Gerhardum, Avunculum
nostrum prædictum & suos veros & legitimis hæredes, eundem Ducatum
Jutiæ cum omnibus & singulis pertinentiis. Abdicando à Nobis hæredibus &
successoribus nostris quicquid Juris habuimus vel habere potuimus in præ-
missis omnibus vel in quolibet præmissorum, Jure superioris Domini vel
infeudationis nobis & nostris duntaxat reservato.

5. Renunciavimusque & renunciamus in his scriptis, pro nobis hæ-
redibus & successoribus nostris, commodo privilegiorum, instrumentorum
ac aliarum literarum omnium, sub quocunque tenore vel forma datarum
prædecessorum nostrorum, quibus forsitan hujusmodi nostra infeudatio, dona-
tio vel collatio de sæpe dicto Ducatu sic libere facta, posset infringi vel aliqua-
liter impediri. Renunciamus etiam omnibus exceptionibus doli mali, actioni
in factum, beneficio restitutionis in integrum, aliisque omnibus & singulis
exceptionibus, auxiliis & beneficiis utriusque Juris, Canonici & Civilis, quibus
præsens instrumentum vel aliquod contentum in ipso posset judicio in
parte vel in toto infringi, item] juri dicenti, hujusmodi renunciatiorem
generalem non valere.

6. Ut igitur hæc nostra licita & voluntaria infeudatio dudum dicti
Ducatus perperuis temporibus firma permaneat & illæsa, scriptum inde
confectum Sigillo nostro duximus roborandum. Testes sunt venerabiles Patres
supra scripti, ac illustris Princeps *Albertus Dux Saxonie & Adolphus Hol-*
satie

ſaræ & ſtor marie & Sebottburg Comitibus; Henricus & Nicolaus Comes de Schuerin, Wallerius Comes de Warnigeroda & Burcardus comes de Sebwalenberg. Nec non Laurentius Dapifer, Ludovicus Marſcaleus, Canutus de Porſe, Johannes Offes, Petrus & Andreas Seicki fratres & alii quam plures, tam Clerici, quam Laici fide digni. Datum & actum Nyburg in Generali Parlamento Anno Domini 1326. in die aſſumptionis Mariæ Virginis.

XLVII. Ludovicus Imp. poſt Coronationem Romanam ſcribit ad Ottonem Ducem Brunſuicenſem ſe Appellationi ſuæ a Joannis XXII. Papa cenſuris inhære, & Duci ſi ſibi adhæreat de damno caveat, & ſine ipſo cum Papa non concludere promittit. Dat. Roma 25. Marti, 1328.



Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Illuſtri Principi Ottoni Brunſuicenſi, ſororio ſuo; nec non Agnèti contobrali ejus, materteræ ſuæ dilectæ, gratiam ſuam & omne bonum. Teſtiſeſt nobis Deus, cui cauſam noſtram revelavimus, cuiuſque judicium invocamus, quod Johannes ille Apoſtatuſ, qui ſe Papam vigefimum ſecundum cognominat, hoſtiſ fidei & Imperii, ſicut calumniator juris & ſubvertor judiciû in Dei omnipotentis offenſam, ſuæ ſilutiſ diſpendium, multorum ſcandalum & noſtram injuriam manifeſtam; quaſdam contra nos criminationes, quas Proceſſuſ appellat, cum verius notorii ſint exceſſuſ, non ſemel ſed pluriuſ divulgavit: adverſuſ quas & quos, circumcincti ſtola juſtitiz & armati lorica fidei rectique clypeo illæſæ conſcientiæ, in eorum textura & ante promulgationem legitimaſ Appellationiſ nobiſ providimus interiectuſ: ſicut ejuſdem Appellationiſ noſtræ tenorem & ſeriem ad veſtram noſticiam dudum credimus deveniſſe: Quantumvis contra taleſ Proceſſuſ, tanquam nullos in ſe, factuſ a non ſuo judice, ſine juris ordine ex animo expreſſo in eiſ errore inrollerabili, ac fundatuſ ſuper notoriè falſiſ cauſiſ, oꝗuſ non fuerit appellare: Eitò, * quod majuſ eit, ad animandâſ mentes fidelium, & ut falſa calumniatoruſ opera in lucem prodeant, ipſiuſ Appellationiſ remedio uſi ſumus. Ideoque dilectionem veſtram ſincere rogamuſ & requirimuſ, in Domino Jeſu Chriſto & ſub obreſtatione divini judiciûſ commoneuſ, quantumſ pro detegendiſ erroribuſ dicti Apoſtatiſ ad gloriâ Dei omnipotentis & ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ ſub umbra dicti non Paſtoris ſed veriuſ vaſtatoris periculofe fluctuat, potioreſ ſtaruſ; ipſiſ Appellationiſ noſtræ, (in cuiuſ actuali proſecutione ſumus) ad augmentum ſalutiſ noſtræ & Eccleſiæ remunerationiſ præmiuſ, verbis & factis curetis efficaciter adhære: Promittimuſ enim vobiſ & per Imperialeſ fidem noſtram ſpondemuſ, quod de omniſ periculo, quod propter hoc in rebus vel perſoniſ veſtriſ de facto poſſetiſ incurſere, liberoſ voſ redemuſ & ſecuroſ: & quod cum nullo unquam Pontifice concordiam quomodolibet inibimuſ vel tractabimuſ, quin eidem expreſſe includamuſ de omnibuſ veſtriſ rebus quibuſlibet ac perſoniſ. In cuiuſ rei teſtimonium præſenteſ conſcribi, & ſigillo noſtræ majeſtatiſ juſſimuſ communiti. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 28. die menſiſ Martii, Indiſtione undecima, Anno Domini 1328. Regni noſtri quarto decimo, Imperii vero primo.*

XLVIII. *Ludovicus, Romanus & Otto, fratres March. Brand. S. R. Imp. Archicamerarii Domus Hospitalis St. Johannis, concedunt Insulam quandam. Datum Frankevorde in die B. Marcelli Martyris 1360.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ad perpetuam rei gestæ memoriã, noverint universi & singuli tenorem præsentium inspecturi, quod nos *Ludovicus, Romanus & Otto Fratres, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses & Lusatie, sacri Romani Imperii Archi-Camerarii, Comites Palatini Rheim & Bavariæ Duces, Tractatu solenni præcedente & deliberatione matura præhabita cum nostris Consiliariis & Contulibus civitatum nostrarum præcipue trans Albin in antiqua Marchiã, quorum consiliis & consensu usi, Religiosus & honorabilibus viris Domino Hermanuo de Werberghe Magistro Domus sanctæ Hospitalis, ordinis sancti Johannis Iherosolomitani per Saxoniam, Marchiam Brandenburgensem, Sclaviam & Pomeraniam & omnibus & singulis successoribus suis, Magistris ordinis prædicti, qui per tempora fuerint, ac ordini prædicto & Fratribus ipsius, præsentibus & futuris, in perpetuum donavimus & donamus meliori modo & forma, quibus fieri poterit, proprietatem Insule vulgariter dictæ *Crummendycke Diocesis Verdenfis & villarum ac curiarum infra scriptarum Guerenstade, Tredemstorp, Krissow, Holtorp & curiæ dictæ Querland, curiæ dictæ Krugbe, Caperen, Cunimeren & Curie Kankerken, Hogben-Wensurp, Brunsorp & Strefow cum omnibus honoribus feudibus, proventibus, jurisdictionibus, cum omni jure supremo & infimo, jure Patronatus ecclesiæ & jure impheodandi hos, qui ibidem à nobis constituerant impheodari, commodis, utilitatibus, agris cultis & incultis, lignis, rubetis, pratis, pascuis, nemoribus, venationibus, decimis realibus & personalibus, magnis & minoris, quocunque nomine cenleantur, aquis stantibus & fluentibus, ac rivulis & aquarum decurtibus, molendinis aquaticis & ventis moveri solitis, finibus & limitibus, & omnibus quæ inter limites poterunt comprehendi, cum omni jure & pertinentiis, ad eandem Insulam pertinentibus & ad villas & ad curias suprascriptas apud ipsam Insulam, villas & curias eandem cum omni libertate absque onere servitii & portorii & tallie cujuscunque cum juribus & pertinentiis præmissis: à nobis nostrisque hæredibus & successoribus tenere, habere, justo, merito & pleno proprietatis titulo pacifice ac perpetuè possidere debebunt.**

1. Pro qua quidem proprietate nobis quingentos probos *florenos* boni & legalis auri & ponderis *de Florentia* perfolverunt, de quibus ipsos præsentibus liberis, quitos, dicimus & solutos & solutos, renunciantes exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali & omnibus aliis & singulis actionibus, exceptionibus, juribus & defensionibus, quibus directè vel indirectè venire possemus per nos, nostros hæredes & successores nostros, alium vel alios, contra donationem eandem in toto aut in parte aliqua, ratione vel jure, ac etiam renunciantes omni juri, quod nobis, nostris hæredibus & successoribus competit in præmissa insulã, villis & curiis ac ipsarum pertinentiis, vel consistere poterunt in futurum, mittentes eosdem, Magistrum, fratres & Ordinem in possessionem pacificam insulæ, ejusdem villarum & curiarum sæpius præmissarum, de qua se introumittere poterunt & debebunt secundum libitum voluntatis eorum, nostra permissione libera & licentia specialia.

3. Reservamus tamen expresse nobis, nostris hæredibus & successoribus *oppidum & thelonium Schnackenbergk* cum suis limitibus, juribus & pertinentiis singulis & universis, in quibus dicti fratres & ordo nullum jus vindicare

vindicare debent imò dictum oppidum & thelonium, ut præmittitur, ad nos, hæredes & successores nostros pertinebit obstaculo quolibet non obstante.

4. In cujus rei evidentiam sigilla nostra præsentibus sunt appensa, præsentibus strenuis viris Hassone de Wedell, de Valckenberg, Petro de Bredow, Magistro Cameræ nostræ; inilitibus, Wedingone de Wedell Marescallo nostro, Henrico de Schulerborgk, Guntzelino de Bartensleven, Theodorico Mörner Præposito Bernovienfi Prothonotario nostro, cum pluribus fide dignis. Actum Tangermunde, datum vero Vranckenvorde Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo in die Beati Marcelli Martyris.

XLIX. Acta Electoralia Antiqua Henrici VII. & Wenceslai.

(a) Acta Electionis Henrici VII. & primum Procuratorium Nuntiorum Henrici VII. Regis Romanorum venientium pro eo ad præsentiam Domini Clementis V. Papa. Constantia 4. Non. Junii 1290.



Anno Navitatis Christi millesimo trecentesimo nono, Kalendis mensis Julii vel circa, infrascripti Nuntii seu Procuratores Regis Romanorum illustris venientes ad præsentiam Domini Papæ ex parte dicti Regis præsentaverunt tibi quoddam Procuratorium suum, cujus tenor talis est.

1. Sanctissimo in Christo Patri & Domino suo, Domino Clementi sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifici *Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus*, cum reverentia debita, devota pedum oscula beatorum... Cupientes ferventi desiderio vobis Patri ac Domino nostro clementissimo & Apostolicæ sedi zelum nostræ devotionis offerre, nosque vestris & ipsius sedis beneplacitis coaptare nostroque & sacri imperii statui, sicut expedit, providere; *venerabiles Ottonem Basiliensis & Sifridum Curienfis Ecclesiarum Episcopos, Principes nostros & spectabiles viros Amedeum Comitem Sabaudie affinem nostrum, Johannem Dalpini (De' pbinum) Albensem & Viennensem Comitem, Guidonem de Flandria Consanguineum nostrum, Johannem Comitem de Seraponte (Seraponte) fideles nostros dilectos, & honorabilem Virum Magistrum Simouem de Mervilla vestrum Capellanum thesaurarium Meteusem Secretarium & familiarem nostrum dilectum; de quorum fide, legalitate, & industria plenam obrinentes fiduciam, fecimus & facimus, constituimus & ordinamus nuncios & procuratores nostros, mandatum nostrum in se sponte suscipientes ipsosque ad vestram præsentiam pro nostris & Imperii negotiis specialiter destinantes, damus & concedimus eisdem plenam, generalem & liberam potestatem, ac speciale mandatum in vestræ sanctitatis præsentia, devotionem & filialem reverentiam, quam erga vos & sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus, exponendi, petendi, procurandi seu impetrandi pro nobis & nostris favorem & gratiam vestram; nec non tractandi, explicandi, exercendi, promittendi, offerendi seu præstandi in animam & super animam nostram, debita vobis & sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelitatis & cujuslibet alterius generis juramentum; & specialiter ad petendum à vobis unctionem, consecrationem & coronam Imperii de sacratissimis manibus vestris nobis impendendam, ac faciendi omnia alia & singula, quæ circa hujusmodi nostra & Imperii*

Imperii negotia tractanda, explicanda, exercenda, promittenda fuerint, seu etiam facienda, quæ secundum Deum & honestatem viderint expedire, & quæ ad nos promovendum ad Romanum Imperium fuerint facienda: ac etiam requirenda & cætera facienda, quæ regalis Excellentia nostra faceret & facere posset; etiam in his, quæ mandatum exigunt speciale, & perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in præfenti procuratorio spacialiter denotati: promittentes nos ratum, gratum & firmum perpetuis temporibus habituros, quicquid in præmissis, aut circa præmissa per dictos nuncios & procuratores nostros omnes, vel majorem partem eorum, qui præfentes fuerint, expositum, petitur, impetratum, tractatum, promissum, juratum seu factum fuerit, aut quomodolibet procuratum. Volumus insuper salvis præmissis, quod prædicti procuratores & nuncii nostri possint omnes insimul, vel major pars eorum facere procuratorium fortius quam fieri poterit nomine nostro & in persona nostra sub sigillis eorum ad prædicta facienda, si defectus aliquis fuerit in prædictis. In cujus rei testimonium præfentes litteras scribi & *Majestatis nostræ* sigillo iussimus conmuniri. Dat. Constantinæ IV. non. Junii, indictione septima, anno Domini M. CCC. IX. regni vero nostri anno primo.

Item præfentaverunt sibi *decretum Electionis dicti Regis*, cujus tenor inferius continetur, proponentes & offerentes eidem Domino Papæ prædicto Domino suo zelum devotionis ac promptitudinem reverentæ filialis, & ab eo petentes favorem apostolicum & alia, quæ tam ex procuratorio suo, quam ex pronuntiatione Domini Papæ, quæ sequitur, colliguntur.

XLIX. (b) *Decretum Electionis Regis Romanorum, XI. Aug.*
1309.

IN nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem milleſimo trecentesimo nono, Indictione septima, die undecima introitus mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi patris & Domini nostri, Domini Clementis divina providentia Papæ quinti Anno quarto. Cunctis tenore istius instrumenti publici pateat evidenter, quod hoc est transcriptum seu transumptum cujusdam instrumenti publici & authentici, non vitati, non cancellati, nec aboliti, nec in aliqua sua parte suspecti, sed omni vitio & suspitione carentis, confecti manu Arnoldi dicti de Puteo Clerici Colonienſis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ ac sacri Imperii auctoritate Notarii publici, ejusque signo signati, signatique sigillis Reverendi Patris in Christo Domini *Archiepiscopi Trevirensis* & inditorum virorum *Comitis Palatini, Ducis Saxonie, ac Marchionis Brandenburgensis*, ut prima facie apparebat. Cujus tenor de verbo ad verbum talis est:

2. Sanctissimo in Christo Patri ac Domino suo, Domino sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici *Baldewinus Dei gratia Trevirorum Archiepiscopus* sacri imperii per regnum *Arelatense* Archi-Cancellarius, nec non *Rodolphus eadem gratia Comes Palatinus Rheni, Bavarie, & Rodolphus Saxonie Duces, ac Waldemar Marchio Brandenburgensis*, ad quos jus una cum venerabilibus patribus *Colonienſis & Maguntinenſis Archiepiscopis* [eligendi] Romanorum Regem in Imperatorem promovendum dignoscitur pertinere, devotissima pedum oscula beatorum. Vacante nuperrime, videlicet anno Domini milleſimo trecentesimo octavo, ipsa die beatorum *Philippi & Jacobi Apostolorum*, per obitum claræ memoriæ Domini Alberti quondam Romanorum Regis, Romano imperio; & nobis una cum dictis Dominis *Henrico Colonienſi & Petro Maguntinenſi Archiepiscopis*, nostris Coelectoribus pro futuri Regis substitutione postmodum convenientibus

tibus in diem electionis, videlicet quartam feriam ante festum beati Andreae Apostoli, quæ est vicesima septima dies mensis Novembris; concordavimus & communiter ipsam diem præfiximus ad electionem hujusmodi celebrandam. Quia die in oppido Frankenvord, loco quidem ad hoc solito & consueto nobis omnibus, qui debuerunt, voluerunt & potuerunt electioni celebrandæ commode interesse iterum convenientibus & ibidem præsentibus, deliberatione provida præhabita ad procedendum in electionis negotio prælibato ego Baldwinus Treverensis Archiepiscopus prædictus in scriptis legi *monitionem & protestationem* quandam vice mea & omnium jus in ipsa electione habentium, monendo omnes excommunicatos, suspensos ac etiam interdictos, nec non quoscunque alios, si qui forent forsitan inter eos qui de jure vel consuetudine interesse in ipsius electionis negotio non deberent, quod à tractatibus electionis celebrandæ & ab eadem electione recederent, me & alios liberè eligere permittentes, protestans, quod non esset mea vel aliorum intentio tales admittere tanquam jus in electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem, immo volui, quod Voces alium, si qui reperirentur postmodum interfuisse, nulli præstent suffragium nec alicui afferant nocumentum, & prorsus pro non receptis sive pro non habitis habeantur. Quam protestationem nos omnes & singuli alii nostri Coelectores ratam & gratam habentes & acceptantes consensimus in eandem. Et demum post Tractatus præhabitos, consideratis sollicitè & diligenter circumstantiis & statu Personarum diversarum, per quas seu per quem regno vacanti posset utilius provideri in illustrem Virum *Henricum Comitem Lucemburgensem*, virum utique catholicum, orthodoxæ fidei fervidum zelatorem, Ecclesiæ Dei & ministrorum ejusdem ac pacis sanctæ [Ecclesiæ] ab ineunte aetate sua, experientia, quæ est rerum efficax magistra, attestante, devotum & humilem amatorem, strenuum, de alto & generoso sanguine procreatum, in omni morum honestate conspicuum & præclarum, affabilem, benignum & mansuetum, ac in aliis agilibilibus pro regimine reipublicæ quam plurimum circumspexitum, nostrum intuitum divina disponente clementia convertentes; ego Baldwinus Treverensis Archiepiscopus pro me & nomine meo, præfatus Henricus Colonienfis Archiepiscopus pro se & nomine suo, ac jam dictus Archiepiscopus Maguntinensis pro se & nomine suo; ego verò Rodolphus Dux Baviaræ pro me & nomine meo, ego quidem Rodolphus Dux Saxonie pro me & nomine meo similiter, & ego *Waldemarum Marchio Brandenburgensis prænarratus pro me & magnifico Viro Ottone Marchione Brandenburgensi patre meo, cujus vices in hac parte gero, nec non illustrium Virorum Johannis & Erici fratrum Ducum Saxonie, qui etiam vices suas in hoc casu mihi commiserunt si de jure vel de consuetudine repertum fuerit eis fore in ipsa electione admittendos, vice & nomine*; votis nostris & aliorum Coelectorum nostrorum prædictorum diligenter inquisitis; nos & dicti alii Coelectores nostri omnes & singuli jus in electione dicti Regis habentes consentimus concorditer in eundem Comitem, & ipsum nominavimus quilibet nostrum pro se, nullo penitus, ut præmittitur, discrepante, in Romanorum Regem eligendum & in futurum Imperatorem promovendum & in Advocatum sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ ac defensorem viduarum & orfanorum. Quibus sic peractis, ego *Rodolphus Comes Palatinus Rheni prædictus de mandato & voluntate speciali Coelectorum meorum omnium prædictorum eundem Henricum Comitem Lucemburgensem elegi solemniter* in hunc modum.

3. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Cùm vacante regno seu Imperio Romanorum per mortem bonæ memoriæ Domini Alberti quondam Romanorum Regis; vocatis qui fuerant evocandi & qui jus in
kk
electione

electione futuri Romanorum Regis habere dignoscuntur, & presentibus, die ad eligendum præfixa, omnibus, qui debuerunt, voluerunt & poruerunt commodè interesse; placuerit omnibus ad electionem procedere futuri Regis, inquisitis votis omnium & singulorum jus in electione ipsius Regis habentium; omnes & singulos Electores prædictos appareat ex præmissis direxisse concorditer vota sua in illustrem Virem Henricum Comitem Luxemburgenlem, in eum consentiendo & ipsum nominando in Romanorum Regem eligendum, [quia] per eum quidem Comitris expertæ strenuitatis merita ac fidei puritatem & constantiam speratur sacrosancta Romana & universalis Ecclesia potenter ac utiliter posse defensari ac in spiritualibus & temporalibus votiva suscipere incrementa, ac etiam respublica providè dirigi & pariter superno sibi suffragante auxilio gubernari; ego Rodolphus Comes Palatinus Rheni vice mea & Coelectorum meorum omnium jus in ipsa electione habentium, ex potestate mihi ad eisdem tradita specialiter & concessa, eundem Henricum Comitem Luxemburgensem invocata sancti Spiritus gratia *eligo in Romanorum Regem, in Imperatorem futurum promovendum, in Advocatum sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ ac defensorem viduarum & orphanorum.*

4. Electione autem hujusmodi celebrata, eam omnes & singuli Electores alii prædicti approbavimus, & *Te Deum laudamus* alta voce fecimus decantari, & dictum nostrum electum, *qui præsens extitit*, & electioni de se factæ, divinæ nolens resistere voluntati, interpellatus à nobis, reverenter sensit, ad Ecclesiam fratrum Prædicarorum in Frankenvort deduximus, & deinde electionem ipsam clero & populo fecimus solemniter publicari. Ea propter sanctitati vestræ tam devotè quam humiliter voto unanimi supplicamus, ut ipsum Henricum sic devotè & concorditer electum in Romanorum Regem, ut est dictum, paternis ulnis amplectentes, eidem munus Consecrationis conferendo, sibi de sacrosanctis manibus vestris sacri Imperii diadema dignemini loco & tempore favorabiliter impertiri: ut sciant & intelligant universi quod posuerit in lucem genium vos Dominus, ut per vestræ sanctitatis arbitrium orbi terræ post nubilum exoptata serenitas illuceat. Ceterum ut beatitudo vestra cognoscat evidentius vota nostrum omnium in prædictis omnibus & singulis concordasse ac in petitione hujusmodi exiliter unanimes & concordēs, præfens electionis nostræ decretum sanctitati vestræ transmittimus cum sigillorum nostrorum appensione ex certa nostra scienria roboratum; quod etiam ad majorem horum certitudinem per manum Henrici Lobruoch clerici Notarii infrascripti in hanc publicam formam redigi fecimus & conscribi; quemadmodum hoc idem decretum etiam nos Rodolphus Comes Palatinus Rheni & Rodolphus Saxonix Duces ac Waldemar Marchio prædicti per Arnoldum de Pureo clericum Colouientem publicum Notarium similiter de nostra & præfati Colonienfis Archiepiscopi mandato publicari fecimus & conscribi, ac per ipsum Arnoldum & Heydenricum de Effende Notarios publicos huic decreto conscribi. Acta sunt hæc in domo fratrum Prædicarorum in Frankenvort, *presentibus* venerabili Patre Domino *Johanne Episcopo Argentinensi*, & honorabilibus Viris Dominis *Henrico Abbate Fuldensi*, *Ernesto Decano Colonienfi*, *Simone de Marvilla Thesaurario Metensi*, & *Petro de Esch clerico*, *testibus* ad præmissa vocatis specialiter & rogatis; anno Domini, die & loco prædictis, indictione septima.

5. *Subscriptio verò ejusdem Notarii talis est:* Et ego Arnaldus dictus de Puteo clericus Colonienſis ſacrolanctæ Romanæ Eccleſiæ ac ſacri Imperii publicus Notarius, *monitioni & proteſtationi* per ſupradictum Dominum Baldewinum Treverenſem Archiepiſcopum, *inquiſitioni votorum* eligentium per Dominum Henricum Colonienſem Archiepiſcopum factis, & *electioni* per Dominum Rodolphum Comitem Palatinum Rheni ſubſecutæ; & omnibus aliis & ſingulis præmiſſis, pro ut hæc in inſtrumento præſenti narrantur, una cum teſtibus ſupraſcriptis præſens interfui, ea vidi & audivi; & eiſdem de ſpeciali juſſu & mandato Dominorum Archiepiſcopi Treverenſis, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxonix & Marchionis Brandenburgienſis Electorum prædictorum per manum Henrici Notarii ſupradicti in hanc publicam formam redactis & conſcriptis me ſubſcribens, præſens publicum Inſtrumentum meo ſigno conſueto ſignavi & roboravi, vocatus propter hoc ſpecialiter & rogatus ſub anno Domini, Indiſtione, die & loco prædictis.

6. Et ego Bernardus de Cotrico Clericus Cadurcenſis diocēſis, apoſtolica & imperiali auctoritate Notarius publicus, prout in prædicto Inſtrumento originali, omnia & ſingula, prout ſupra continentur, vidi, inveni & legi, ita hic *in iſto petio cartæ* de verbo ad verbum, nil addens vel minuens, quod ſenſum mutet vel aliquatenus vitiēt intellectum, niſi fortè per errorem, literam vel ſyllabam, non tamen ex certa ſcientia, propria manu ſcripſi & tranſumpſi & cum diſcretis viris Petro Amalvini Burdegalenſis, Hugone de Faudovis Albienſis, Raymundo de Quercu ſancti Capraſii de Agenno, & Ottone de Borquenis ſancti Andree Colonienſis Eccleſiarum Canonicis, viris diſcretis, Clericis & bene literatis, fideliter de verbo ad verbum aſcultavi & legi. Et quia dictum Inſtrumentum cum iſta præſenti ſcriptura bene & ſine diminutione & augmento quibuscunque totum concordare inveni, in hanc formam publicam redegi. meo ſigno ſolito ſignavi rogatus & requiſitus ſub anno Domini, Indiſtione, die & Pontificatu prædictis ad habendam perpetuam memoriam de præmiſſis. Datum Avinioni in domo Fratrum Prædicatorum dicti loci, in Camera ſeu hoſpicio Reverendi in Chriſto patris Domini Bertrandi, Dei gratia Albienſis Epicoſpi Domini Papæ Camerarii, ſub Anno, Indiſtione, die & Pontificatu præmiſſis.

XLIX. (c) *Tenor Pronunciationis Domini Papa facta poſt multos dies & longa deliberatione habita ſuper facto Regis Romanorum.*

Auditis & diligenter intellectis, quæ venerabiles fratres noſtri Baſilienſis & Curienſis Epicoſpi & dilecti filii nobiles viri Amadeus Sabaudix & Johannes Salaburgēſis [Sarabrugentis] Comes, Johannes Dalphini Viennēſis, Guido de Flandria & Simon de Marvilla Procuratores & Nuntii chariſſimi in Chriſto filii noſtri magnifici Principis Henrici Comitis de Lucembore in Regem Romanorum electi, nec non *Principum illorum de Almania ad quos de jure ab antiqua conſuetudine jus eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum, noſcitur pertinere;* coram Nobis & Fratribus noſtris, & poſtmodum coram nobis frequenter propoſuerunt, petierunt & ſupplicaverunt, & proponere ac petere & ſupplicare voluerunt, oblato etiam nobis ipſius *electionis decreto* & ipſo per nos & fratres noſtros examinato, & etiam *examinatione* ſimiliter in præſentia eorundem fratrum per nos facta *de conditionibus perſonæ ipſius electi,* in quantum ipſo abſente fieri potuit, quæ requirantur in illo, qui eſt ad tam excellentis dignitatis culmen aſſumendus, quia ipſum ſufficientem & virtuofum in venimus ad imperium obtinendum & omnia in electione prædicta de ipſo celebrata

celebrata rite processisse, ipsum charissimum filium nostrum Henricum electum reputamus, nominamus, denunciamus & declaramus Regem Romanorum de ipsorum Fratrum consilio, justitia exigente; & personam ipsius approbantes, pronunciamus & declaramus esse sufficientem, habilem & idoneum ad promovendum in Imperatorem. Decernimus etiam & pronunciamus in unctiōnem, consecrationem & Coronam Romanæ Imperii per manus nostras debere sibi concedi loco & tempore opportunis ex nunc concedentes eidem nostram & sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuever gratiam & favorem: *precipientes ex uniuersis subditis suis, quod eidem tanquam Regi Romanorum vero, efficaciter pareant & intendant.* Et quia citius non possumus, cogitatis quæ nobis imminēt pro *Concilio generali, quod tenere habemus, & altis faciendis: festum Purificationis beate Mariæ, quod erit usque ad biennium computandum à proximo futuro festo Purificationis ejusdem, in Basilica Principis Apostolorum de urbe, pro prædictis complendis eidem assignamus;* retinentes nobis, sicut & de jure retentum est, quod si prædictis die & tempore in prædictis vacare commode non possemus, possumus ea prorogare, si & prout expedire uiderimus; offerentes nos paratos recipere juramentum à prædicto Rege nobis debitum in Animam ipsius, quod ipsi frequenter te obrulerunt præsturos, habentes ad hoc plenam & liberam ac generalem potestatem & speciale mandatum super hoc a dicto Rege, quod in continenti præstiterunt.

XLIX. (d) *Instrumentum juramenti præstiti apud Dominum Papam, per Nuncios & Procuratores Regis Romanorum.*

IN nomine Domini Amen. Noverint Univerſi hoc *Instrumentum publicum* inspecturi, quod anno Domini M. CCC. VIII. die Sabbati vicesima sexta mensis Julii indictione se prima, Pontificatus sanctissimi patris & Domini nostri Domini Clementis divina providentia Papæ V. anno quarto, in palatio Papali Avinionensi, videlicet in Domo fratrum Prædicatorum ejusdem loci, in qua sanctissimus pater & Dominus noster, Dominus Clemens divina providente clementia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summus Pontifex tunc *residentiam* faciebat, in Consistorio publico & solenni, in quo erat idem Dominus Papa & cum eo *præsentia reverendorum patrum* Dominorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium & aliorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Electorum, Abbatum & aliorum Prælatorum, ac cæterarum personarum, tam Ecclesiasticarum quam secularium maxima multitudo; & venerabilis patris, Domini Sigfridi Episcopi Curienſis ac spectabilium virorum Dominorum Amadel Comitis Sabaudie, Joannis Dalphini Viennensis, ad Albonensis Comitis, Guidonis de Flandria, Joannis de Saraponte Comitis & discreti viri Magistri Simonis de Manulla [Marvilla] thesaurarii Metensis, procuratorum & nunciorum Serenissimi Principis Domini Henrici Regis Romanorum illustris ad infra scripta constitutorum, pro ut inferius continetur; postquam idem Dominus summus Pontifex solennitate debita præcedente, prædictum Dominum Henricum in Regem electum, in Imperatorem post modum promovendum reputavit, nominavit & declaravit Regem exigente justitia Romanorum: & personam ipsius approbans, pronunciatum eum & declaravit esse sufficientem, habilem & idoneum ad imperium obtinendum & eidem ad recipiendas unctiōnem, consecrationem & imperialis diadematis impositionem de manibus suis sanctis, certos locum & terminum assignavit. Et ad præstandum *juramentum* ipsi Domino summo Pontifici & Ecclesiæ Rom. in animam & nomine dicti regis, quod dicti sui procuratores

tores & nuntii eidem Domino Papæ se frequenter obtulerant præstafuros, fuit hoc modo processum.

1. In primis quidem venerabilis pater Dominus Bertrandus Episcopus Albiensis Domini Papæ Camerarius publicè, ac clara voce legit quandam patentem litteram in magno sigillo dicti Domini Regis pendenti signatam, *procuratorium* seu potestatem dictorum procuratorum seu nuntiorum plenariè continentem, cujus littera de verbo ad verbum nil addito vel mutato, tenor dignoscitur esse talis:

3. Sanctissimo in Christo patri & Domino suo, Domino *Clementi* sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici *Henricus* Dei gratia Romanorum Rex semper Angustus cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum. Cupientes ferventi desiderio vobis &c. [ur supra habetur] deinde Reverendus pater Dominus Neapoleo sancti Adriani Diaconus Cardinalis publicè legit quandam Cedula[m] continentem *formam juramenti*, quod dicti Procuratores & nuntii Domino Papæ ac Ecclesiæ Romanæ *in animam & nomine dicti regis* præstare debebant. Qua lecta, secundum formam illam dicti Procuratores & Nuntii *juramentum* hujusmodi præstiterunt in modum sequentem. Nos Sifridus Curien[sis] Episcopus, Amadeus Comes Sabaudia, Johannes Dalphini Viennensis & Albonensis Comes, Guido de Flandria, Johannes Comes de Secaponte, [Saraponte] & Simon de Marvilla Thesaurarius Metensis Nuntii & Procuratores Serenissimi Principis [Henrici] Romanorum Regis habentes ad omnia infra scripta plenam & generalem ac liberam potestatem & speciale mandatum ab eodem, prout constat per prædictas parentes litteras ipsius: vobis sanctissimo patri & Domino, Domino Clementi divina providente Clementia Papæ quinto vice & nomine dicti Domini nostri Regis & in animam ipsius promittimus & juramus per patrem & filium & Spiritum sanctum & per hæc sancta Dei Evangelia & per hoc lignum vivificæ crucis & per has reliquias Sanctorum, quod nunquam vitam aut membra, neque ipsum honorem quem habetis sua voluntate, aut suo consensu aut suo consilio aut sua exhortatione perdetis, & *in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciet de omnibus que ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio & consensu; & quicquid de terra Ecclesiæ Romanæ pervenit ad ipsum, aut perveniet vobis, reddet quam citius poterit;* & quodcumque in Lombardiam & Tusciam alique[m] mittet pro terris & juribus suis gubernandis, quoties mittet eum, jurare faciet illum, ut adiutor vester sit ad defendendum terram St. Petri & Romanam Ecclesiam secundum suum posse: & si permittente Domino dictus Dominus noster Rex Romam venerit, sanctam Romanam Ecclesiam & vos rectorem ipsius & successores vestros exaltabit secundum suum posse: & cum Romæ vel alibi per vos in Imperatore[m] coronandus fuerit Dominus noster Rex, prædictum sacramentum & aliud fieri consuetum ad requiritionem vestram tempore Coronationis suæ personaliter renovabit. Quibus factis, idem Dominus summus Pontifex publicè præcepit mihi Notario infra scripto, quod de prædictis publicum conficerem Instrumentum. Acta fuerunt præmissa loco & die prædictis, præsentibus præfato Domino Fertrando Episcopo Albiensi Domini Papæ Camerario, Domino *Arnaldo Abbate* monasterii fontis frigidii *sauvæ Romanæ Ecclesiæ Vicecellario*, Domino Bernardo * *Archiepiscopo Rotbomagensi*, Domino Galhardo Abbate monasterii sancti Severi Adurensis Diocesis, Domino Bernardo Rojardi Archidiacono Xanctonensi, Domino Cinthio de Urbe Canonico Parisiensi, Domino Guillelmo Accursi sacrista Caturcensi, Domino Pontio Priore de Benevento Lemovicensis diocesis, Domino Johanne de Furnis Canonico Furnensi, Domini Papæ Capellanis; Domino Raynaldo de Secia, Domino Roberto de Gornay, Militibus; & sancto de
Faurgis,

Faugis, magistris hostiariis Domini nostri prædicti, & quampluribus & multis aliis testibus ad prædicta vocatis & rogatis. Et ego Cameræ Domini Papæ clericus & apostolica auctoritate Notarius publicus prædictis omnibus unâ cum prædictis & aliis quam pluribus & multis testibus prævens interfui, & de mandato dicti Domini nostri summi Pontificis prædicta omnia fideliter scripsi & in hanc publicam formam redegi, & signum meum posui consuetum.

XLIX. (c) *Litera sanctissimi Patris & Domini nostri, Domini Clementis Papa V. Henrico Regi Romanorum scripta.*



Lemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico Regi Romanorum Illustri. Divinæ Sapientiæ imperscrutabilis altitudo exemplo cœlestium terrena disponens, rigansque superioris ut suorum operum fructum inferioris mundi machina salubriter in firmamento cœli *duo luminaria magna* constituit, ut orbem vicibus alternis illustrent; sic in terris duo præcipua & suprema, *sacerdotium* videlicet & *imperium*, ad plenum regimen & gubernationem spiritualium mundanorumque constituens, utriusque potestatem superna provisione discevit, ut eorum perutilis ministerii operosa diversitas, nulla adversitate dissentiens, tam in executione commissi regiminis, quam in voti unitate concordet, ipsorumque procul dubio universis profutura concordia alterutrius fulta prædictis ac mutuis favoribus utriusque confota, liberis justitiam opus exerceat, pacem mundo pariat, tranquillitatem inducat & nutritur unitatem. Imperium quidem ad salutem fidelium sacerdotali auctoritate dirigitur, & ipsius ad jurum prædictis, sedatis interdum procellosis imminentiæ tempestarum turbinibus, tranquillum redditur & quietum. Sacerdotium vero pium & tutum debet habere recursum ad imperialem mansuetudinem debita sibi veneratione conjunctam, ut imperii Romani fastigium & ejus culmini præsidens *Specialis Advocati & defensoris præcipui circa Ecclesiam* gerat officium, & in ipsius fortitudine brachii defensor Ecclesiæ, libertates & jura manuteneantur ipsarum, extirpentur hæreses, cultus Christianæ fidei ampliatur & inimicis confertatis eidem, in pacis pulchritudine sedeat populus Christianus, & in requie opulenta quiescat. Sane nuper venerabiles fratres nostri Otto Basilienis & Sitridus Curienis Episcopi & dilecti filii nobiles Viri Amadeus Comes Sabaudia, Johannes *Daphini* Viennensis & Albonensis Comes, Guido de Flandria, Johannes Comes de Seraponte, [Seraponte] & [Magister] Simon de Marvilla Thesaurarius Metensis, ambasciatores, procuratores & nuntii tui ex parte tua cum pleno & sufficienti mandato, prout per tuas parentes literas magni tui sigilli appensione munitas nobis extitit facta fides, ad nostram præsentiam destinati, coram nobis & fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus in publico & solemnî consistorio, nomine tuo & omnium principum, in Regis, in imperatorem postmodum promovendi, electione *voce habentium, tam de consuetudine quam de jure*; proposuerunt inter cætera coram nobis electionem de te ad prædictum regnum, & ad imperium postmodum promovendo, ab omnibus Principibus nostris hujusmodi electione habentibus fuisse concorditer & legitime celebratam, teque electioni hujusmodi consensisse, & alias solemnitates recepisse *Aquisgrani*, quas prædecessores tui recipere consueverunt ibidem. Supplicantes instanter, ac inter alia humiliter postulantes, tibi unctionem & consecra-

consecrationem per nostras manûs impendi, & te Imperatorem Romanorum, Advocatum & defensorem Ecclesiæ, imperiali diademate coronari, & ad hoc tibi certos locum & terminum assignari & alia tibi concedi per sedis Apostolicæ favorem & gratiam consueto.


1. Nos igitur præmissis per eosdem ambasciatores propositis diligenter auditis, nec non prædicto mandato, electionis quoque prædictæ decreto cum prædictis fratribus diligenter inspectis plenaque deliberatione discussis, factaque nobis de hujusmodi electione concordî & legitima plena fide; examinatione quoque de persona tua in eorundem fratrum præsentia per nos facta, in quantum te absente fieri potuit, super conditionibus omnibus, quæ requiruntur in illo, qui est ad imperialis culminis apicem sublimandus; quia ab olim nos & fratres nostri ex frequenti & familiari conversatione tua & magnorum ac proborum virorum testimonio indubitato & certo excellentiam tuam fore percipimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, providentiæ maturitate sæcundam, devotionis claritate conspicuam, quodque in ea adeo prompti viger intellectus prosperitas, veritatis dilectio & constantis fortitudinis firmamentum, ut tantarum virtutum castris in ipsa regnantibus sublimium honorum excolli fastigiis rationabiliter mereatur; te charissimum filium nostrum Henricum *in Regem electum deputamus* Regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio, iustitia exigente; tuamque personam tot excellentium meritorum claritate suffultam approbamus, pronunciamus & *declaramus plene sufficientem & habilem* ad suscipiendum hujusmodi imperialis celsitudinis dignitatem: decernentes & pronuntiantes, unctionem, consecrationem & imperii Romani coronam tibi per manus nostras debere concedi loco & tempore opportunis, ad quæ ex nunc nos offerimus paratos: magnitudini tuæ nihilominus concedentes nostrum & Romanæ Ecclesiæ favorem & gratiam consueto; præcipientes ex nunc omnibus subditis tuis, quod tibi tanquam Regi Romano- rum vero, & per sedem Apostolicam approbato ad imperium obtinendum, efficaciter pareant & intendant.

3. Et quia tam pro *generali futuro Concilio*, quod jam mandavimus convocari, quam pro aliis arduis & inevitabilibus fidei Christianæ negotiis multa nobis imminent necessariò facienda, quæ non possent absque gravi periculo universalis ecclesiæ prætermitti, ante quorum expeditionem, alia ponderosa implicare negotia, vel explicationi ipsorum intendere commodè non possemus; ut urgentibus ad præsens negotiis utiliter expeditis, annuente Deo votis tuis & postulationibus tam feliciter, quam celeriter satisfiat; *Celsitudini* tuæ ad unctionem, consecrationem & coronationem imperii Romanorum de manibus nostris *in Basilica Principis Apostolorum de urbe*, Deo auctore, sumendas, festum Purificationis B. Mariæ, quod erit usque ad biennium, computandum à proximo futuro festo Purificationis ejusdem, tibi de ipsorum fratrum consilio assignamus, eo tamen salvo, ut si die & loco prædictis nos ad præmissa casu aliquo contingeret non intendere, absque alicujus inconstantia nota & sine tua displicentia liceat nobis terminum prorogare prædictum, sicut, quando & quotiens nobis videbitur expedire. A dictis quoque procuratoribus & nunciis tuis, habentibus super hoc plenum & speciale mandatum, in animam tuam, prout ipsi nobis frequenter obrulerant, recepimus debitum juramentum

4. Euge igitur, fili charissime, recognosce humiliter tui beneficia Creatoris, ejus beneplacitis te coapta, dirige vias tuas in semitis mandatorum ipsius, ejus ministros honora, immo ipsum in illis; honora ecclesiam matrem tuam, longævitatem namque vitæ parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur. Recogita diligenter & tenaci commenda memoria, quam

quam gratiosam tam olim in multis casibus, quam nunc in nunciorum tuorum expeditione celeri & felici Romanam ecclesiam invenisti: & ideo ipsam, ejus & aliarum ecclesiarum honorem & jura dilige, protege & conserva, pacem dilige, Regem imitando pacificum firma justitia tronum tuum, illam sectare; fructus enim justitiæ pax illa, si ante te ambulet, gressus tuos ponens in via tibi ab invio præcavebit. Nec te clementia deserat, quæ amicos devotos multiplicans ad imperii adjicit firmitatem. Age viriliter & semper cor tuum in Domino confortetur. Datum Avinioni septimo Kalendas Augusti, Anno quarto.


XLIX. (f) *Littera Domini Papa subditis Regis Romanorum.*

 Lemens &c. universis personis ecclesiasticis & secularibus subditis Carissimi in Christo filii nostri Henrici Regis Romanorum illustris & cujuscuque præminentia, status, vel Conditionis existant, salutem &c. favorem & gratiam consuetos. Ideoque vos omnes & singulos hortamur in Domino per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus dicto Regi quasi præcellenti, & Ducibus, procuratoribus, nuntiis & officialibus ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonum, quantum ad vos & singulos vestrum communiter vel divisim pertinuerit, efficaciter intendere ac parere sibi que de juribus suis integraliter respondere curetis. Datum ut supra.

L. (a) *Acta Electionis Wenceslai Regis Rom.*

& primum

Epistola Caroli IV. Imp. ad Papam Gregorium XI. dat. Nuremberg A.C. 1376. 2. Non. Martii.

 Sanctissimo in Christo patri & Domino, Domino Gregorio divina providentia sacro sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, devotus ejus filius Carolus Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex se ipsum ad pedum oscula beatorum.

2. Cogitantes sæpius, beatissime pater, ætatem nostram in senectute jam positam ad senium vergere, viribusque corporalibus minui, ut consuetudo hujusmodi ætatis exposcit, nosque non sic habiles reddi ad imperii gubernacula feliciter exercenda; recognoscimus imbecillitatem nostram fidelis & strenui adjutoris auxilio indigere: superque hoc cum illustribus Principibus præsertim Electoribus sacri Imperii per nos & nuntios nostros sæpe contulimus & ipsorum fidele requisivimus consilium, quod posset republicæ utiliter provideri: invenimusque eorundem principum fere omnium beneplacitum atque consilium, quod consideratis matura devotione ad dominum & Romanam ecclesiam (quam Cæsar habet pro tempore defendere); circumspeditionis industria, forma corporis vires strenui & laboriosi principis verisimiliter habitura, nec non fidelitate ad dictum imperium, & præcipue ad personam nostram, nec non regali potentia, bonisque moribus & conditionibus illustris principis Wenceslai inclyti Regis Boemiæ nati nostri, licet ætate sit juvenis, ipse Rex etiam nobis viventibus eligatur in Regem Romanorum in Imperatorem postea promovendus. Nosque ab experto cognoscentes, eundem Regem fore hujusmodi virtutibus dotatum, ac conditionibus insignitum & probabiliter sperantes, quod (dirigente domino actus suos) de virtute in virtutem concendet, ad quod adhibebimus sollicitudinem quantum possumus & quod in amore & devotione Sanctitatis vestræ, ac ejusdem Ecclesiæ gesta genitoris imitabitur & augebit, cum hujusmodi

votis

votis & beneplacito præfatorum principum *plus intuitu imperii* concurrimus, *quàm affectione paterna.*

1. *Cum autem ad hujusmodi electionis celebrationem nobis viventibus procedi non valeat sine vestro beneplacito, assensu & gratia ac favore; beatitudini vestræ reverentè & humiliter supplicamus, quatenus cum dicti electores dispoliri sint de nostro consensu electionem hujusmodi de Rega celebrare præfato, consideratis præmissis & aliis rationabilibus in hac parte; & inter alias quod vacante imperio solet interdum electio hujusmodi in discordia fieri, exinde bella crudelissima geri multisque cruor Christianorum effundi, ut electio ipsa valeat celebrari, dignetur eadem vestra sanctitas præstare beneplacitum & assensum, ac etiam gratiam & favorem. Præsentium sub imperialis nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Nuremberg anno Domini M. CCC. LXXXVI. indictione XIV. II. nonas Martii, regnorum nostrorum anno XXXI. Imperii XXII.*

L. (b) *Karoli IV. Imperatoris Epistola ad Gregorium Papam XI. ut assensum suum præstare dignetur electioni Wenceslai filii sui in Regem Romanorum, dat. Nuremberg. 1376. 2. Non. Aprilis.*



Anctissimo in Christo patri ac Domino, Domino *Gregorio* digna Dei providentia, sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifici Domino nostro reverendissimo *Karolus quartus* divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex reverentiam debitam & honorem. Sanctissime Pater & Domine reverendissime, cum omnes Principes electores Imperii tam ecclesiastici quàm etiam seculares, nobis jam corporea valetudine viribus lacescitis & senio, in relevamen & adjutorium nostrum, qui tamen Imperio cedere vel renunciare non volumus, serenissimum Principem Dominum Wenceslaum Regem Bohemiæ primogenitum nostrum in Romanorum Regem disposuerint concorditer eligendum; cumque beatissime Pater, constet quòd nos & Domum nostram, etiam dum adhuc essetis *in minoribus* constituti, semper sinceris & promotivis fueritis prosequuti favoribus, pro ut etiam experientia rei teste prosequi non cessatis, super quo vobis gratiarum referimus multiplices actiones; sanctitati præfate cordialiter & multum humiliter supplicamus quatenus hujusmodi sinceritatis & affectionis paternæ plus solito nunc memores ad dictam electionem vestræ beatitudinis adhibere dignemini benevolentiam pariter & assensum; dictoque filio nostro Bohemiæ Regi in Romanorum Regem eligendo benignas apostolicæ sedis exhibere gratias & favores; in eo tam nobis quàm eidem Regi, pater sancte, specialissimum, consolationem & gratiam facientes. Perlonam vestram sanctissimam sanam & incolumem conservare dignetur altissimus cum dierum felicitate longæva regimini Ecclesiæ suæ sanctæ. Præsentium sub Imperialis nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Nuremberg* anno Domini millesimo CCC. LXXVI. indictione XIV. II. Non. Aprilis, regnorum nostrorum anno XXXI. Imperii verò XXII.

L. (c) *Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.*



Enignitate, paterna, receptimus augustalis excellentiæ literas, affectum, quem habes ad statum salubrem, reipublicæ ostendentes ac effectualiter, continentes, quod tu sæpe cogi-

tans ætatem tuam in senectute jam positam. ad senium vergere viribusque corporalibus minui, ut consuetudo ætatis hujusmodi exposcebat, teque non sic habilem esse ut solebas, ad imperii gubernacula utiliter exercenda; recognoscebas personam tuam fidelis strenuo adjutoris auxilio indigere; super hocque cum principibus præsertim electoribus imperii per te & nuncios tuos sæpius contulisse, & ipsorum requisivisse consilium quomodo posset in hac parte reipublicæ utiliter provideri: quodque inveneras eorundem principum fere omnium beneplacitum atque consilium; quod consideratis matura devotione, ad Deum & Romanam ecclesiam (quam Cæsar habet pro tempore defendere), circumspeditionis industria, forma corporis vires strenui & laboriosi principis verisimiliter habitura; nec non fidelitate ad dictum imperium, & præcipue ad personam tuam, nec non regali potentia bonisque moribus & conditionibus charissimi in Christo filii nostri Wenceslai Inelyti Regis Boemiæ nati tui, licet ætate sit juvenis, ipse Rex etiam te vivente eligatur in Regem Romanorum [in] Imperatorem postmodum promovendus; tuque ab experto cognoscens eundem Regem fore hujusmodi virtutibus dotatum, ac conditionibus insignitum & probabiliter sperans, quod (dirigente Domino actus suos) de virtute in virtutem conscenderet, ad quod te adhibere scripsisti sollicitudinem, quantum posses; & quod in amore & devotione nostra & ejusdem ecclesiæ gesta tui, genitoris sui, imitabitur & augebit; cum hujusmodi votis & beneplacito præfatorum principum plus intuitu Imperii, quam paternis affectibus concurrebas: sed ut ad hujusmodi electionis celebrationem te vivente procedi posset, nobis supplicasti reverenter, ut, cum dicti electores dispositi essent de tuo consensu electionem hujusmodi de Rege celebrare præfato; consideratis præmissis & aliis rationabilibus causis nostro intellectu occurrentibus in hac parte; & inter alia, quod vacante Imperio solet interdum electio hujusmodi in discordia fieri & exinde bella crudelissima geri, multusque cruor Christianorum effundi, dignaremur super dicta electione nostrum beneplacitum, assensum ac favorem & gratiam impertiri.

2. Nos igitur super præmissis sæpius cogitavimus, & cum fratribus nostris collationem habuimus diligentem: & licet electio hujusmodi te vivente minime de jure possit aut debeat celebrari; sperantes tamen publicam utilitatem ex hujusmodi electione & ejus effectu (dante Deo) proventuram, ut electio prædicta modo præmissa hac vice dumtaxat valeat celebrari, nostrum beneplacitum, assensum ac favorem & gratiam auctoritate apostolica tenore presentium impertimur. Per hoc autem non intendimus eisdem electoribus vel eorum successoribus aliquod jus acquiri, nec Romane ecclesiæ juri & auctoritati præjudicium generari: Nulli ergo, &c. Dat. Avin. pr. non. Maii Anno VI.

L (d) *Decretum electionis ejusdem Wenceslai. Dat. Frankensfurt 20. Junii A. C. 1276.*




N nomine Domini, Amen. Anno nativitatis ejusdem M. CCC. LXXVI. Indictione XIV. imperante serenissimo Principe, ac Domino, Domino Karolo Romanorum Imperatore, semper, Augusto & Boemiz Rege, glorio-

ssimo,

ssimo, die decima mensis Junii, horaque tertia, in sacristia Ecclesiæ collegiata sancti Bartholomæi Frankensurtensis, Maguntinensis diocesis; in mei nec non Jacobi Wigandi de Nova, civitate publicorum Notariorum & Testium subscriptorum præsentia; universis & singulis Principibus Imperii sacri Electoribus pro eligendo Regem Romanorum in unum convenientibus; Reverendissimus in Christo pater Dominus Ludovicus sanctæ Maguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Principum Electorum suorum singulorum est vota scrutatus. Qui, præmissis variis tractatibus solemniter repetitis, omnes & singuli nullo contradicente, & ipse Dominus Maguntinensis similiter requisitus per alios suos Collectores, simul cum eis, serenissimum Principem ac Dominum, Dominum Wenceslaum Boemiæ Regem in Regem Romanorum in Imperatorem promovendum, unanimiter & concorditer, elegerunt. Cui siquidem electioni tam concorditer celebratæ Dominus Wenceslaus Rex præfatus per prædictos Electores Principes requisitus, deliberatione præmissa, consensum suum adhibuit pariter & assensum. Super quo a nobis infrascriptis Notariis pro parte Principum prædictorum unum vel plura requisita sunt fieri publica instrumenta. Acta sunt anno, Indictione & loco quibus supra, præsentibus honorabilibus viris Dominis Nicolao Cimericensi Magdeburgensis diocesis & Theodorico Damerio sanctæ Mariæ Cracoviensis Ecclesiarum Præpositis, nec non Droyskero Decano Cicensi* Mersburgensis diocesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Wlachinco natus Herishini de Witemul clericus Pragensis diocesis, publicus auctoritate imperiali Notarius, electioni ac omnibus & singulis præmissis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, una cum Jacobo Wigandi Notario publico infrascripto & prædictis testibus præfatis interfui, ac ea propria manu conscribens nomine & signo meis signavi, rogatus in testimonium præmissorum. Et ego Jacobus Wigandi de Nova civitate clericus Olomucentis diocesis, publicus imperiali auctoritate Notarius, electioni ac omnibus & singulis præmissis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, una cum Wlachincone nato Herishini de Witemul clerico Pragensis diocesis, publico auctoritate imperiali Notario supra scripto & prædictis testibus præfatis interfui, ea vidi & audivi ac me signo & nomine meis consuetis subscripti rogatus in testimonium præmissorum.

L. (dd) *Littera Imperatoris ad Papam post electionem.*

 Andissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Gregorio digna Dei providentia sacrosantiæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Domino nostro reverendissimo, Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex reverentiam debitam & honorem. Ad gubernandum feliciter Imperii sacri rempublicam usque multiplices sufferendos labores & onera, digna maturaque deliberatione præviti, & ut idem sacrum Imperium, nobis jam viribus corporea valitudine lacessitis & senio, forti potentique præsidiatore non careat pro salubri comodo rotius Christianitatis & statu, in relevamen & adiutorium nostrum, tanquam Boemiæ Rex sacri Romani Imperii Archipincerna & Princeps Elector, hodie in Ecclesia Collegiata Sr. Bartholomæi in oppido Frankensurt super alveo Mogani, Maguntinensis diocesis, una cum omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus Principibus Coelectoribus nostris, ad quos electio Romanorum Regis legitime spectare dignoscitur, iidemque Principes electores imperii nobiscum pariter, disponente superno, Spiritusque sancti gratia devotius invocata, serenissimum Principem Dominum Wenceslaum Christianissimum Regem Boemiæ primogenitum nostrum, carissimum in Romanorum Regem promovendum in Imperatorem votis concordibus elegimus, nemine discrepante; qui etiam in electionem hujusmodi prævia deliberatione consensit; & eandem electio-

nem rite celebravimus adhibitis solemnitatibus & ceremoniis debitis & confuetis. Quæ ad sanctitatis vestræ notitiam præsentium tenore deducimus, summopere supplicantes quatenus circa personam dicti primogeniti nostri in Romanorum Regem concorditer sic electi vestræ beatitudinis impendere dignemini solitam gratiam & favorem. Personam vestram sanctissimam altissimus conservare dignetur incolumen cum dierum felicitate longæva regimini Ecclesiæ suæ sanctæ. Præsentium sub imperialis nostræ maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum Frankenfurt anno Domini MCCC.LXXXVI. Indictione XIV. die X. Junii, regnorum nostrorum anno trigésimo, Imperii verò XXII.

L. (c) *Litera Principum Electorum de Electione ejusdem Wenceslai.*



Os Ludovicus Dei gratia *Maguntinensis Archiepiscopus* sacri Imperii *per Germaniam Archie-Cancellarius*, notum facimus tenore præsentium universis: quia cum omnibus aliis sacri Romani Imperii Principibus Coelectoribus nostris unanimiter & concorditer serenissimum Principem Dominum *Wenceslaum* Regem Boemæ in Romanorum Regem elegimus animo deliberato, & de cetera nostra scientia sub bona nostra fide dicto Domino nostro Romanorum Regi promisimus & *promittimus* præsentibus sine dolo, quod ipsam omnibus suæ nostræque vitæ temporibus verum & legitimum Romanorum Regem promovendum in Imperatorem nominare, reputare, tenere & habere volumus & debemus, ac eundem Dominum nostrum Regem nostrum Romanorum circa electionem nostram hujusmodi per nos factam manutenere firmiter & sibi tanquam Regi Romanorum fideliter assistere, contradictione qualibet non obstante. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appentum. Datum Frankenfurd anno Domini M. CCC. LXXXVI. die Sacramenti.

2. Nos *Cuno* Dei gratia *sanctæ Treverensis Ecclesiæ Archiepiscopus* sacri Imperii *per Galliam Archiecancellarius*, notum facimus tenore præsentium universis, quia cum omnibus aliis sacri Romani Imperii Principibus Coelectoribus nostris unanimiter & concorditer serenissimum Principem Dominum *Wenceslaum* Regem Boemæ in Romanorum Regem elegimus animo deliberato &c. ut in alia.

3. Nos *Fridericus* Dei gratia *sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus* sacri Romani Imperii *per Italiam Archiecancellarius* notum facimus tenore præsentium universis, quia cum omnibus aliis sacri Romani Imperii Principibus Coelectoribus nostris unanimiter & concorditer serenissimum Principem Dominum *Wenceslaum* Regem Boemæ in Romanorum Regem elegimus animo deliberato &c. ut in alia.

4. Nos *Rupertus senior* Dei gratia Comes Palatinus Rheni, sacri Romani Imperii Archidapifer & *Bavariæ Dux* notum facimus tenore præsentium universis, quia cum omnibus aliis sacri Romani Imperii Principibus Coelectoribus nostris unanimiter & concorditer serenissimum Principem Dominum *Wenceslaum* Regem Boemæ in Romanorum Regem elegimus animo deliberato &c. ut in alia.

5. Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino *Gregorio* digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Domino nostro reverendissimo *Sigismundus* Dei gratia *Archiepiscopus Frandenburgensis*, sacri Romani Imperii Archicamerarius & Princeps Elector, devora

devota pedum oscula beatorum. Ad gubernandum feliciter imperii sacri Romani rempublicam ejusque multiplices sufferendos labores & onera, digna maturaque deliberatione prævisi, & ut idem sacrum Romanum Imperium serenissimi ac invictissimi Principis & Domini genitoris nostri, Domini Karoli quarti, Romanorum Imperatoris semper Augusti viribus jam corporea valetudine lacescitis & senio, forti potentique præstidio non careat, pro salubri commodo totius Christianitatis & statu, in relevamen & adiutorium dicti Domini genitoris nostri Domini Karoli Romanorum Imperatoris semper Augusti, hodie in Ecclesia collegiata sancti Bartholomæi in oppido Frankensurde super alveo Mogani Maguntinensis Diocesis una cum omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus Principibus Coelectoribus nostris, ad quos electio Romanorum Regis legitime spectare dinoscitur, iidemque Principes Electores imperii nobiscum pariter, disponente superno, Spiritusque sancti gratia devotius invocata, serenissimum Principem Dominum fratrem nostrum, Dominum Wenceslaum, Christianissimum Regem Boemiæ in Romanorum Regem promovendum in Imperatorem votis concordibus elegimus, nemine discrepante: qui etiam in electionem hujusmodi prævia deliberatione consensit, & eandem electionem rite celebravimus adhibitis solemnitatibus & ceremoniis debitis & consuevis. Quæ ad vestræ Sanctitatis notitiam præsentium tenore deducimus, summopere supplicantes, quatenus personæ dicti Domini fratris nostri Wenceslai in Romanorum Regem concorditer sic electi vestræ beatitudinis impendere dignemini solitam gratiam & favorem. Præsentium sub appento nostro sigillo testimonio literarum. Datum Frankensurd anno Domini M CCC. LXXXVI. Indictione XIV. die X. Junii.

6. Nos *Wenceslaus* Dei gratia sacri Romani Imperii Archimarscallus, *Saxoniæ & Lunenburgensis Dux*, notum facimus tenore præsentium universis, quia cum omnibus aliis sacri Romani Imperii Principibus Coelectoribus nostris unanimiter & concorditer serenissimum Principem Dominum *Wenceslaum* Regem Boemiæ in Romanorum Regem elegimus animo deliberato &c. ut in alia.

L. (f) *Sanctissimo in Christo patri & domino nostro, domino Gregorio, digna Dei providentia sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus IV, divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus & Boemia Rex, devota pedum oscula beatorum.*

Magnæ deliberationis studio sacri Romani imperii rempublicam, cui nos auctore superno per multorum annorum spatia præsumimus, prout adhuc præsumimus feliciter, & in cujus regimine salubri diuturnitate temporis & labore consumplimus corporeas multipliciter vires nostras, una cum aliis principibus Imperii Coelectoribus sæpe sæpius, immo sæpissime, prout expedit, accuratius ponderantes; signanter multis periculis, scandalis & jacturis ad dissipationem, immo subversionem non solum Imperii, verum etiam sanctæ ecclesiæ Romanæ status, tranquillitatis & commodi manifeste tendentibus, & quæ proventura forent, prout verisimiliter præsumitur ex imperii vacatione Romani, si sic nos decedere (quod absit) contingeret ab hac luce (maxime cum tam Italiæ, quam aliæ partes imperii insolitis rebellionibus & damnabilium novitatum disidiis sine istis modernis temporibus inhumaniter involutæ) quantum Altissimus concesserit, salubriter occurrendum: nuper die sancto Pentecostes nos tamquam Rex Boemiæ & alii Principes Coelectores, videlicet


*serenissimus Princeps dominus Wenceslaus Rex Boemia; venerabiles Ludovicus Moguntinensis, Cuno Treverensis & Fredericus Colonienſis Archiepiſcopi, Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni & Bavariae Dux, Wenceslaus Saxoniae & Luneburgenſis, convenimus in pomeris ſubtus Renſec [Reis-ack] ſuper litus Rheni Treverenſis dioecefis. In quo loco poſt varios tractatus deſuper habitos nobis praefentibus, qui jam viribus à corporea valetudine laeſeſſiti & ſenio, multiplices Imperii labores & onera ſufferre commode non valemus; praefertim ut imperium Romanum multis ſuis partibus in tantop discrimine ſic poſitis, forti potentique praedidatore non careat; pro ſalubri commodo totius Chriſtitanitatis ac ſtatu, in relevamen & adiutorium noſtrum de perſona idonea tractavimus, prout huiusmodi negotii magnitudo requirit. Et ibidem, Altifſimo diſponente, in certam perſonam convenimus in Romanorum Regem debitis loco & tempore nominandam, ac poſt hoc (ut moris eſt) ſolemniter eligendam. Demum, illis tractatibus neceſſario (ſicut praemittitur) ſic finitis, omnibus nobis Principibus Electoribus Imperii taliter congregatis, de & ſuper nominationis & electionis huiusmodi die concordavimus in locum oppidi Frankenfurt ſuper alveo Mogani Moguntinensis dioecefis, videlicet *decima die menſis Junii* ad nominationem & electionem Romanorum Regis praedictas; volente Domino, feliciter conſummandas, quae dies nominationis & electionis futuri Romanorum Regis ibidem in pomeris Renſec, per dictum Cunonem Archiepiſcopum Treverenſem in dictorum Coelectorum & aliorum eccleſiaſticorum & ſecularium Principum, Comitum, Baronum, Nobilium ac copioſa multitudine plebis Imperii ſacri fidelium, exiit ſolemniter publicata.*

2. Poſtquam die veniente praedicta nos, nec non omnes & ſinguli principes Electores Imperii ſupradicti venimus ad dictum oppidum Frankenfurt, & ibidem dicta conſtituta die nonnullis iterum deliberatione praevia tractatibus praehabitis, Spiritus ſancti gratia devotius invocata, ſignanter advertimus, quod pro tanti regiminis apice, totiusque reipublicae laborum oneribus ſubeundis in adiutorium noſtrum neceſſario conſtituendus foret Princeps illuſtris, catholicus, juvenis, fortis, potens & tam terrarum rerumque divitiis, quam etiam ſubjectorum hominum, caeteros multa virtute praecellens, & per quem Imperio ſacro poſſit utiliter provideri; ſicque conſideratis conditionibus & circumſtantis multarum perſonarum, nec non ſtatus reipublicae tam eccleſiae ſacroſanctae quam Imperii praedictorum, cauſis etiam extantibus praenotatis & nonnullis aliis nos ad hoc legitime convenibus; viſum eſt nobis caeterisque Coelectoribus, praefatum ſereniſſimum Principem dominum Wenceslaum Regem Boemiae, primogenitum noſtrum, aptum, habilem & idoneum aggredi tanti laboris ſarcinam & honorem. Et ſic, his praemiſſis, eundem Sereniſſimum principem *Wenceslaum Chriſtianiſſimum Regem Boemiae* hodie in Eccleſia collegiata B. Bartholomaei in dicto oppido Frankenfurt ſacris miſſarum ſinitis ſolemnibus, una cum omnibus Coelectoribus praedictis, ad quos electio Romanorum Regis legitime ſpectare dignoſcitur, iudique principes Coelectores noſtrum pariter in Romanorum Regem promovendum in Imperatorem rite concordibusque votis elegimus, nemine diſcrepante; ſpem firmam & in eo confidentem fiduciam obtinentes, quod per ipſius Electi magnificentiam, fidei puritatem, conſtantiam, potentiam, ſtrenuitatem & multarum aliarum virtutum merita, noſtra fideliter imitando veſtigia, ſacroſancta Romana ac univerſalis eccleſia, tanquam ejus Advocatus praecipuus & deſenſor, nec non Romani Imperii reipublica poſſit & debeat reformari viriliter, ſalubriter & potenter.

3. Cui quidem electioni dictus primogenitus noſter Boemiae Rex in perſonam ſuam ſic facta; licet ſe tamquam inſufficientem ad tanta ſublimitatis

mitatis accingendos honores multipliciter excusaret; tamen ratione victus & precibus consensit ad gloriam Altissimi, proprios humeros tanto ponderi submittendo. Quo facto nos & omnes dicti Coelectores dignas Deo gratias referentes, primogenitum nostrum prædictum in Romanorum Regem concorditer sic electum, in Imperatorem promovendum, paternis affectibus benignius amplectentes, Regem Romanorum nominare, ejusque personam ad apicem tantæ dignitatis reputare; nec non eidem munus consecrationis ac diadema sacri imperii loco & tempore opportunis per vestræ beatitudinis sanctas manus conferre dignemini, prout extat ab olim fieri solitum & consuetum, ut sciant & intelligant universi, quod posuit in lucem genitum vos Dominus, ut per vestræ sanctitatis arbitrium orbi terræ post nubilum optata serenitas elucescat. Cæterum ut super electione primogeniti nostri prædicti sanctitas vestra unanimi voto concordet nos esse cognoscat, præsentem significationis & petitionis nostræ literam, cujus vobis similis tenoris, contentiæ & effectus quilibet Coelectorum principum imperii suas speciales literas destinare debebit, sigillo nostro munitam vestræ beatitudini transmittimus, sicut expedit, reverenter. Personam vestram sanctissimam [salvam] & incolumem conservare dignetur Altissimus cum dierum felicitate longæva regimini Ecclesiæ suæ sanctæ. Datum Frankenfurt regnorum nostrorum anno XXXI Imperii anno XXII.


L. (g) *Sanctissimo in Christo patri ac domino nostro domino Gregorio, divina providentia sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Wenceslaus Dei gratia in Regem Romanorum electus semper Augustus & Rex Boemiæ cum reverentia debita pedum oscula beatorum.*

Upientes ferventi desiderio vobis patri & Domino nostro clementissimo & Apostolicæ sedi zelum nostræ devotionis offerre, nosque vestris & ipsius sedis beneplacitis coaptare, nostroque & sacri Romani imperii statui (sicut expedit) providere, venerabilem Ekardum Vormatiensem Episcopum principem Contiliarium, & illustres Amedeum Comitem Sabaudie, Raymundum de Baucio principem Avusicensem, Eberhardum de Kazenelbogen Comites nec non honorabilem Conradum de Gisenheim Decanum Spirensis devotos nostros, nec non fideles dilectos, de quorum fidelitate, legalitate & industria plenam obtinentes fiduciam, fecimus & facimus, constituimus & ordinamus nuntios & procuratores nostros ipsosque ad præsentiam vestram pro nobis & Imperii negotiis specialiter destinantes, damus & concedimus eisdem plenam, generalem & liberalem potestatem & speciale mandatum, in vestra sanctitatis præsentia devotionem & filialem reverentiam, quam erga vos & sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus exponendi, petendi, procurandi, seu impetrandi pro nobis & nostris favore & gratiam vestram nec non tractandi, explicandi, exercendi, permittendi, offerendi seu præsentandi in animam & super animam nostram debitæ vobis sanctæ Romanæ ecclesiæ fidelitatis & cujuslibet alterius generis juramentum specialiter ad petendum à vobis unctioem, consecrationem & coronam Imperii, de sanctissimis manibus vestris nobis impendendam loco & tempore opportunis; ac faciendi omnia & alia & singula, quæ circa hujusmodi nostra & Imperii negotia tractanda, explicanda, exercenda, promittenda fuerint seu etiam facienda; quæ secundum Deum & honestatem viderint expedire, & quæ ad nos promovendum ad Romanum imperium

imperium fuerint facienda; ac etiam requirenda & cætera facienda, quæ regalis excellentia nostra faceret & facere possent, etiam in iis quæ mandatum exigunt speciale, & perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in præsentî procuratorio specialiter denotati; promittentes nos ratum, gratum & firmum perpetuis temporibus habituros, quicquid in præmissis aut circa præmissa per dictos nuncios & procuratores nostros omnes vel majorem partem eorum, qui præsentés fuerint, expositum, peti- tum, impetratum, promissum, juratum seu factum fuerit aut quomodolibet procuratum.

2. Volumus insuper salvis præmissis, quod prædicti procuratores & nuntii nostri possint omnes insimul vel major pars eorum facere procuratorium iurium, quam fieri poterit, nomine nostro, in persona nostra sub sigillis eorum ad prædicta facienda, si defectus aliquis fuerit in prædictis. Testes hujus rei sunt venerabilis Ludovicus Moguntinensis Archiepiscopus sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, illustris Wenceslaus Dux Saxonie sacri Imperii Archimarescallus, venerabilis Joannes Pragensis Archiepiscopus Legatus sedis Apostolicæ, nec non illustris Jodocus Marchio Moravie, Henricus Bregens; & Bunzalus [f. Bunzlaus seu Boleslaus] Lignicentis, Duces: Nobiles Petrus de Wartemberg Imperialis curiæ magister, Themotheus de Koldicz Imperialis cameræ magister, & quam plures alii nostri & imperii sacri fideles dilecti, quos præsentés esse volumus. In testimonium præmissorum præsentium sub regiæ Boemie majestatis nostræ sigillo testimonio literarum. Dat. & actum Frankenturt anno Domini M. CCC. LXXVI. indictione XIV. IV. id. Junii Pontificatus vestri anno VI. regni verò nostri Boemie VI.


L. (h) *Litera Wenceslai Regis Romanorum, quibus certos constituit Procuratores & Nuntios suos ad Papam Gregorium XI. ratione Electionis sue.*

 Enceslaus Dei gratia Rex Romanorum electus semper Augustus & Boemie Rex: venerabili Ekharδο Wormacensi Episcopo Principi Consiliario; & illustribus Amadeo Comiti Sabaudie, Raymundo de Baucio Principi Aurascensi; spectabilibus Guillelmo Vicecomiti Turenne, Petro Gebennensi, Ludovico Valenciensi, Everharδο de Katzenelbogen Comitibus, nec non honorabili Conrado de Geisenheim Decano Spirensi, suis dilectis, gratiam suam & omne bonum. De vestrorum fide, legalitate & circumspectionis industria firmam fiduciam obtinentes, vobis omnibus tanquam nunciis, procuratoribus & ambassiatoribus nostris ad hoc specialiter destinatis, vel aliquibus ex vobis absentibus seu aliis legitime expeditis, vobis dictis Ekharδο Wormacensi Episcopo, Eberharδο Comiti de Katzenelbogen, Conrado Decano Spirensi cum uno vel pluribus ex prædictis, damus præsentibus plenum & expressum mandatum ac omnimodam potestatem tanquam electi Romanorum Regis nomine à sanctissimo in Christo patre Domino nostro Domino Gregorio digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici petendi nobis sue sanctitatis favores & gratias exhiberi, nec non post obitum serenissimi Principis Domini & genitoris nostri carissimi Domini Kazoli Romanorum Imperatoris semper Augusti, quem omnipotens Deus conservare felici longævitate dignetur, vel eo Romanorum renuntiante imperio, inunctionem & consecrationem per apostolicas manus impendi, nosque imperiali diademate coronari loco & tempore opportunis; & nihilominus in animam

animam nostram eidem sanctissimo Domino nostro Papæ vel ei cui hoc sua sanctitas duxerit committendum promittendi & *juramentum* præstandi nos velut Romanorum Regem omnia & singula promissuros, pollicituros & juratos, ac etiam facturos & impleturos, *quæ dictus serenissimus ac invictissimus Princeps Dominus Karolus Romanorum Imperator genitor noster carissimus & divæ memoriæ quondam Imperator Romanorum Henricus avus ejus, dum in Romanorum Regem electi fuerunt, Romanis Pontificibus & apostolica sedi se facturos & impleturos promiserunt & etiam juraverunt*, nec non etiam omnia & singula alia in animam nostram promittendi & jurandi quæ in præmissis, eorum quolibet, & circa ea necessaria fuerint aut etiam opportuna, etiamsi mandatum exigant speciale; quæ etiam promissa & juramenta faciemus & renovabimus corporaliter cum per dictum Dominum nostrum Papam vel nuntios suos, ad hoc mandatum habentes desuper, fuerimus requisiti; rarum & gratum tenere & firmiter obîervare spondentes quicquid per vos nuntios, procuratores & ambasatores nostros, sicut præmittitur, in præmissis actum, factum & promissum fuerit aut juratum. Præsentium sub regniæ Boemiæ majestatis nostræ sigillo testimonio litterarum. Datum Frankenfurd anno Domini M. CCC. LXXVI. Indictione XIV. IV. Idus Junii, regnorum nostrorum Romanorum primo, Boemiæ verò XIII.

2. Aliud procuratorium est sufficientius sub data in oppido Preska Pragenfis diocesis anno Domini M. CCC. LXXVII. X. Kal. Octobris, regnorum nostrorum Boemiæ anno XV. Romanorum verò secundo.

L. (i) *Prima Gregorii XI. epistola ad Karolum IV. Imperatorem de Electiõne Wenceslai filii ejus in Regem Romanorum.*

 Arissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto. Serenissime Princeps & in Christo filii carissime, significato jam dudum tuæ celsitudini per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Spoletanum sedis apostolicæ Nuntium ad tuam præsentiam destinatum, quod in facto approbationis electionis carissimi in Christo filii Regis Boemiæ illustris nati tui in Regem Romanorum ob sinceræ dilectionis affectum, quam ad personam & domum tuam semper gesimus ab antiquo, prout gerimus continûe per augmentum, prompti eramus procedere gratiõe, servatis tamen & impletis eis juramentis & aliis per te & dictum natum tuum, quæ ante consensum nostrum habitum in electione prædicta certis nostris atque tuis nuntiis referentibus nobis fuere promissa & quæ tumet ipse in tua promotione ad eundem apicem hæctenus præstitisti; mirari cogimur nullis ex inde nec de ejusdem Episcopi progressibus adhuc certis rumoribus inrellctis: serenitatem tuam nihilominus certam reddentes, quod præmissis impletis, quæ de jure negari non possunt, adhuc tuæ contemplationis intuitu parati sumus procedere in approbatione prædicta & dependentibus ab eadem. Ceterum tua noverit celsitudo, quod nunquam per nos stetit neque stat, quin cum Florentinis vera pax fuerit reformata. Ad hoc enim ad partes has accessimus, ad hoc totalis mens nostra vertatur, ut omnem Italiam pacificare possimus Sed ne benignis tuis in auribus detractoriè Florentini verba valeant insufflare mendosa, prout Principes alios orthodoxos delramentis fallacibus & exquisitis fictionibus inficere more solito moluntur; ecce causas per quas inter cetera tractatus concordia nuper cum ambasiatoribus eorundem agitarus in Curia ruptus fuit. Ipsi nempe circa statuta ne tandissima & iniqua *contra inquisitionis hereticæ pravitatis officium & ecclesiasticam libertatem* edicta in eorum civitate nullo modo revocare volebant imò

veluti hæreticorum fautores manifesti quendam tenent hæreticum notorium perversa dogmata & errores manifestos in impugnatione fidei catholicæ palam & publicè in ipsa Civitate docentem. Nolebant insuper de bonis Ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & præsertim immobilibus, quæ venditioni exponendo suis detestandis usibus applicaverunt & damnabiliter distraxerunt, restitutionem facere, condecensentem. Et licet in favorem concordiæ ad multa vellemus condescendere evidentè irrationabilia & minus honesta, ista tamen, quæ nunquam aliàs in quocunque tractatu, sive cum quondam Frederico, sive cum Bernabone, Galeatio vel alio Ecclesiam persequente, denegata fuerunt, omnino facere recusarunt; ut de multis aliis taceamus. Et hæc est mera facti veritas, quam in ambaxiatorum ipsorum conspectibus præsentè multitudine copiosa, assistentibus ferè omnibus fratribus nostris Cardinalibus in curia nostra residentibus, fecimus per tractatores solemniter publicari, ut coram Deo & hominibus eorum perversa foeteret impietas, totusque mundus nostram agnosceret æquitatem, quibus agnitis Christi fideles catholici compaterentur sincerius super tantis injuriis matri suæ. Unde, fili carissime, cum præ cæteris mundi Principibus tu sis Romanæ Ecclesiæ Principalis advocatus ac defensor, ad cujus protectionem contra omnes impugnatores ipsius, præstito etiam in coronatione tua speciali juramento, teneris, mirandum est, quòd adversus pestilentes viros hujusmodi, sceleratos hæreticos, Sodomitas, usurarios & tot ac tantis & enormibus viriis irretitos, cum te non lateant eorum graves excessus, processus tuos imperiales tamdiu diffiras promulgare, & matrem tuam tot & tantis læssitiam oppressionibus per proprios imperii subditos inrogaris tam diuturno tempore inadjutam relinquis. Quo circa serenitatem Cæsaream viscerosè rogamus ab intimis obsecrantes ut cum, sicut accepimus, *tu & carissimus in Christo filius Carolus Rex Francorum illustrissimus debeatis super certis negotiis convenire*, vos, qui principales & potentiores totius Christianitatis Principes existitis, & quorum progenitores incliti & protexerunt Ecclesiam & fidem catholicam totis semper conatibus exaltarunt, nunc circa relevamen- ipsius Ecclesiæ aliquem ordinem reperire & opportunum remedium adhibere velitis; non permittentes eam & fidem prædictam veitris in conspectibus sub impiorum prædictorum pedibus sic turpiter conculcari; prædictis insuper tuis processibus non ultra neglectis. Præterea serenitatem augustam obnixè rogamus, quatenus electo Maguntino, quem ad tuarum precum instantiam ad eandem Ecclesiam promovimus, præbere digneris auxilium & favorem, quibus mediantibus possessionem ipsius Ecclesiæ valeat adipisci. Cedit autem nostrum & apostolicæ sedis dedecus & contemptum, quòd ipsa Ecclesia tamdiu per violentiam occupatur. De Vratislaviensi autem disponere huc usque distulimus, semper sperantes de dicto electo, tuo mediante præsidio, favorabiliter gratos audire rumores, & ut ea mediante, factum Maguntinum, pacificare possemus. Super quibus omnibus dilecto filio magistro Petro Ojoleno Bouzonis Imperiali Secretario lucidiùs aperuimus mentem nostram tuæ Celsitudini detegendam. Datum Romæ die quarta mensis Decembris.

L. (k) *Secunda Gregorii XI. epistola ad Karolum IV. Imperatorem de electione Wenceslai filii ejus in Regem Romanorum.*

Carissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto. Serenissime Princeps & fili in Christo carissime, ad nosram nuper revertens præsentiam venerabilis frater noster Episcopus Spoletanus, cui multa in suo reditu propter intemperiem aeris æquorivæ procellas impedimentorum discrimina occurrerunt, quàm honorificè eum suscepisti pariter & tractasti, quòdque favorem sincerum in factis Romanæ Ecclesiæ velut ejus peculiaris filius, defensor & advocatus impendere sollicitis studiis continuè non desistis, nobis fideliter exposuit oraculo vivæ vocis. Et quamvis affectio tua ad nos & ipsam Ecclesiam non latuerit in abditis temporibus retroactis, constantiam tamen & perseverantiæ puritatem tui pectoris ejusdem Episcopi adhuc fida nobis relatio liquidius patefecit, inde tuæ referentes celsitudinè quàm uberiora valemus mærita gratiarum. Sane missis per te tuis litteris super facto approbationis carissimi in Christo filii Regis Boemiæ nati tui, in Regem Romanorum electi, parte nostra quaesitis, mirari cogimur, quòd idem electus petitas sui literas non miserit super inde; quibus tamen non obstantibus, ex singulari confidentia quam de te gerimus, vicem etiam gratitudinis rependentes, ad factum approbationis hujusmodi procedemus cum solemnitatibus opportunis, retenturi tamen consuetas superinde literas donec illas dicti nati tui parte nostra petitas, de quibus dictus Episcopus specialem fecit tibi, sicut asserit, mentionem, & quæ forte retardatæ fuerunt propter ejusdem nati absentiam, habeamus. Quare Serenitati tuæ placeat eas nobis quantocius destinare & tuæ statum, utinam semper prosperum & jocundum, significare personæ & quævis tui beneplacita confidenter. Gaudenter autem accepimus quòd in Francia cum Rege fuisti; sperantes in Christo quòd tanti Principes, qui præ cæteris dominantibus in potentia & nitore Christianæ fidei præpollentis, multa toti mundo & utilia tractavistis invicem, non immemores anxietatum inexplicabilium & injuriarum Ecclesiæ matris vestræ. Præterea, fili peramantissime, de mutuata nobis pecunia quam dictus Episcopus usque Venetias secum portavit, perimmentas gratiarum tibi ex præcordiorum intimis rependimus actiones, apertè noscentes quòd in necessitatibus nostris nobis non deficias, prout nec facies in posterum, ut speramus, infinitis anxietatibus, injuriis & offensis, quas sine culpa nostra patimur, devota benignaque meditatione pensatis. Datum Romæ die . . . Februarii.

LI. *Quædam circa Angliæ jura, & speciètim de antiqua prætensione Domini Directi in Scotiam*

(a) *Ancienne Forme de traicté, s'intituler & escrire par les Roys d'Angleterre avec les autres Roys, Princes & Respubliques, suivant les Reflexions d'un Ministre François.*

Chapitre I.

Que les Roys d'Angleterre sont en possession de pouvoir traiter avec nos Roys en Latin & d'envoyer leurs Instructions en la mesme Langue.

LE Greffier du Tillet escript au Receuil des Traictez d'entre les Roys de France & d'Angleterre au Chapitre du Roy Charles VI. que en l'an 1411, à l'assemblée de Lenlinghen, les Deputez du dict Roy Charles protesterent, que ce, qu'en la dicte assemblée ils avoient parlé ou escript, parleroient ou escriroient en Latin, ne fut tiré en consequence, ne fust nouvelleté au prejudice de la maniere auparavant observée aux Assemblées, faictes pour traiter entre les Roys de France & d'Angleterre; de la quelle maniere les dictz Ambassadeurs de France n'entendoient se departir, ne abstraire d'eux ou autres Ambassadeurs de France, qui seroient au futur Envoyez parler ou escrire en Latin; advertissans ceux d'Angleterre ne prendre ou porter doresnavant leurs Instructions Latines. Car il pourroit advenir, que le Roy de France commanderoit, comme par plus grande raison il pouvoit faire, à ses Ambassadeurs garder l'ancienne façon, & faudroit que l'assemblée se separât sans rien faire. Il adjouste, que toutes nations puissantes tant qu'elle en peu, ont donné auctorité à leurs Langues & plus en Traictez faictz avec les autres Princes & Estats qu'en autres choses tant pour la preeminence par là signifiée qu'autres avantages qui y peuvent estre. Et que le Cardinal Bembe recire, que les Turcs ont par Loy, que ce, qui n'est escript en leur Langue, ores qu'il est contracté, ne les oblige.

2. Ce non obstant depuis ce temps on voit, que tous les Roys, Princes & Republiques de la Chrestienté ont traité avec nos Roys le plus souvent en Latin: ce qui est fondé en raison, par ce que nostre Langue leur estant estrangere & non entendue d'eulx; ils ont eu sujet de desirer, que les Traictez se fissent, si non en leur langue, du moins en langue Latine; qui est la langue commune entre la plus part de Princes & Estats Chrestiens de l'Europe.

3. Et parriculièrement pour ce qui est des Roys d'Angleterre, les Traictez avec les Roys Henry VII. Henry VIII. & la Royne Elizabeth a Boulongne en l'an 1497. au Champ proche du Village de Camp entre Ardres & Giusnes l'an 1546. au Chasteau en Cambresis l'an 1559. & à Blois l'an 1574. ont esté mis en Latin, & ny a que ceux de Paris l'an 1606. & de Londres l'an 1610. avec Jacques Roy de la grand Bretagne. qui ayent esté mis en François; Encores le dict Traicté de l'an 1606. fut faict double l'un en Latin & l'autre en François.

Chapitre II.

Que les Roys d'Angleterre, traictans avec nos Roys, ou leur escrivans, ont accoustumé de prendre le Tiltre de Roys de France avec celuy d'Angleterre: & ne laissent pour cela de donner le Tiltre de Roys des François ou de Roys de France, à nos Roys,

Cela se voit par les Traictés sus alleguez, & assavoir par celuy de l'an mil quatre cens quatre vingts dix sept, auquel le Roy Henry VII. s'appelle Roy de France, & appelle le Roy Charles VIII. Roy des François. Et au renouvellement du dict Traicté en l'an 1498. Il appelle le dict Roy Charles, & le Roy Louys XII. Roys de France.

2. De mesmes par le Traicté de l'an mil cinq cens quarante six, le Roy Henry huitiesme s'intitule, Roy de France, & nomme le Roy François premier, Roy des François.

3. Comme aussi pour ceux de l'an mil cinq cens cinquante neuf, mil cinq cens soixante quatre, & mil cinq cens soixante douze, la Royne Elizabeth s'intitule, Royne de France, & intitule les Roys Henry III. & Charles IX. Roys des François.

4. Et à leur imitation Jacques Roy de la Grand Bretagne, par sa Procuration, inserée au Traicté de l'an 1606. le nomme Roy de France & intitule le Roy Henry le Grand, Roy des François.

5. Mais au texte du dict Traicté, comme en celuy de l'an 1610. le dict Jacques est seulement intitulé, Roy de la Grande Breragne & d'Irlande, ou le dict Roy Henry & son fils le Roy Louys XIII. à present Regnant, sont nommez & intitulez, Roys de France & de Navarre seulement, Roys tres Chrestiens.

Chapitre III.

Que les Roys & Princes ayans quelques pretensions sur aucuns Royaumes & Seigneuries, retienne les Tiltres des Royaumes & Seigneuries, traitans avec les Roys, Princes, Republicques, qui les possedent, & que les uns & les autres à cause de ses Tiltres pretendus ne font pour cela difficulté de traicter ensemble de paix ou d'alliance.

LES mesmes Traictés que dessus & plusieurs autres nous apprennent assez, que nos Roys n'ont fait aucune difficulté de traicter avec les Roys d'Angleterre: encores que les dictés Roys y aient pris le tiltre de Roys de France. Et par les Traictés, que les Roys Louys XII. François I. Henry II. Henry le Grand ont fait à Cambray, Madrid, Crespy, Chasteau en Cambrelin & Veruns, és années 1508. 1516. 1529. 1544. 1559. & mil cinq cens quatre vingts dix huit, & par plusieurs autres faités par les Empereurs Maximilian premier & Charles V. Philippes II. Roy d'Espagne, & autres Princes, de la Maison d'Autriche, ils ont dissimulé, qu'ils aient pris le Tiltre de Ducs de Bourgogne.

2. Pareillement les Cantons des Suisses & les Estats des Provinces unies des Bas pays, par les Traictés de paix, ou d'alliance avec les Princes de la dicté Maison d'Autriche, leur ont souffert les Tiltres des Comtez de Hapsburg, de Kiburg, Hollande, Zeelande & autres Seigneuries, ores quelz soient tenues par les Cantons & Estats des Provinces unies.

3. Et ne fault pas doubter, que le Roy de Polongne, qui regne à present, ne prenne à cause de ses pretensions, le Tiltre de Roy de Suede, lors qu'il traicté de Treve ou autrement avec les Roys de Suede.

4. Nuls Princes ne renoncent facilement à telles pretensions, s'ils ny sont contraints par armes & signalées victoires, obtenues sur eux.

5. Tout ce que nos Roys peuvent faire, c'est sur les Remonstrances & advertissemens de leurs Secretzires d'Etat, ou de leurs Procureurs generaux, en attendant une meilleure occasion de faire voyer sur les Traictez avec les Roys d'Angleterre le tiltre, qu'ils prennent de Roys de France, comme il s'est autres fois pratiqué es Traictez, qu'ils ont fait avec les Ducs de Lorraine, qui s'intituloient, Comtes de Provence.

Chapitre IV.

Que anciennement les Roys s'escrivoient les uns aux autres, & prefoient à leurs noms & Tiltres de Royaumes & Seigneuries, les noms & Tiltres de ceux, aux quels ils escrivoient; & comme le contraire s'observe à present.

L'Auteur du Formulaire des Secretaires du Roy, mis par escrit du temps du Roy Louys onzieme, Partie premiere fol. 46. 47. & 57. inferé aux meslanges Historiques de Camusat, imprimées à Troyes l'an 1619. remarque, que nos Roys escrivans aux Roys d'Espagne & autres Roys de moindre qualiré & dignité, mettoient les noms & Tiltres des dictz Roys, ausquels ils escrivoient, premiers avant les leurs.

2. Et quand Emanuel, Jean & Gustave premier, Roys de Portogal, de Dannemarck & Suede & autres Roys ont escript es années mil quatre cens quatre vingz dix huit, mil cinq cens sept, mil cinq cens dix & de vant, ou apres, aux Roys Louys XII. Francois I. & autres Roys de France; ils ont tousjours mis les noms & tiltres de leurs Royaulmes, apres ceux de France, ainsy qu'il se lit dans l'histoire du Roy Louys XII. imprimée l'an 1615. pag. 137. & 362. & en l'histoire du mesme Roy Louys par Jean de saint Gelais, imprimée l'an 1622. pag. 314.

3. Au lieu que depuis quelques années les Roys de Dannemarck Polongne, Suede & autres mettent les noms & Tiltres de leurs Royaumes & Seigneuries premier, & au dessus des noms & tiltres des Roys de France es lettres, qu'ils leurs rescriuent. Ce qui provient de l'ignorance ou adulation des Secretaires, (*) qui preferent les noms & tiltres de leurs Princes à ceux, qui sont de plus haulre dignité. Et ores que leurs Royaumes soient plus anciens & nobles, d'y est ce que par courtoisie les Roys escrivans à ceux, qui sont de moindre dignité, avec les quels ils desirent s'entretenir en amitié & bonne correspondance, leur doibuent bailler quelque avantage & prerogative d'honneur, tout ainsy que les plus grands Princes doient la preference à ceux, qui les viennent visiter en leurs Royaumes, & se trouvent chez eux.

Ll. (b) *Ancien Memoire pour monstrier que le Royaume d'Escofe est Feudataire de celui d'Angleterre.*

Remiers est contenu en un Instrument, qui fut fait l'an mil deux cens quatre vingz douze, ou mois de Novembre, que Jean Bailuel Roy d'Escofe promet, qu'il seroit fealls [feal] à son souverain Seigneur, le Roy d'Angleterre, & l'y fit feauté de tout le Royaume d'Escofe, & recogneut, qu'il le renoit d'ou Roy de Engleterre.

2. Apres est contenu en un autre Instrument fait en ce mesme an, environ seize jours plus tard, quel'y devant dictz Roys d'Escofe deuint homs liges d'ou Roy de Engleterre de tout le Reaume d'Escofe & des appartenances.

3. Et

(*) Tout le monde n'approuvera pas ce jugement.

3. Et apres en un autre Instrument, faißt l'an mil deux cens quatre vingts seize, le septiesme jour de Julet, est contenu, que l'y Roy d'Escose confessa, que par sa foie, par male suggestion d'autruy, contre le serment & l'hommage, qu'il avoit faißt à son Seigneur le Roy d'Angleterre, il avoit faißt alliances au Roy & à aucuns des Barons de France, dolens & repentans de ce il rappela & annulla tant en son nom, comme au nom de son fis les dictes alliances.

4. Apres ce meisme an le dixiesme Jour d'ou mois de Julet, le dict Roy d'Escose sousmit l'y son Reaume & tout le peuple de son Reaume à la voulenté d'ou Roy de Engleterre & li rendit le Reaume d'Escose, tout le peuple d'iceli Reaume & son feel, sa vie & ses membres sans prison.

5. Apres ce meismes iours Jehans Comtes de Bouchan, Dovenans Comtes de Mar, Alixandre de Bailluel, Jeans Comyn de Badenach Lainsne & Herbers de Magnés Walle s'y comme il est contenu, ou dict Instrument rapelerent & annullerent toutes alliances, s'aucunes en avoient faißtes au Roy de France & firent feauté ou Roy de Engleterre & l'en baillerent lor lettres chacuns par foy.

6. Apres le Communitéz des Villes de Aberden & Elgyn, & les Evesques de Aberden, de Candecasse & Glaseu rapelirent toutes alliances, & firent feauté. Apres les Comtes Malis de Statheen, Jeans Comyn de Bouchan, Dovenans de Mar, Alixandre de Menetheth, Malcomes de Levenans, Wilaumes de Huthelande, Jean Comyn l'aisné, Jacques de Senelchous, Jeans de Srmelin, Jeans de Morena, Dom de Botouille, Alixandre Comyn, Breau Alain, Regnard le Checín, Guillaume de Hala, Nicalas Cambel, Philips de la Laye, Jean de Balentir, André de Montchar, Alex. Fresel, Philips de Lyndeseye, Jean de Cantelou & Alex. de Lyndeseye, Barons & Chevaliers revocquerent toutes aliances & firent foy & hommage.

7. Apres dix huit Abbez, sept Prieurs, trois Prieures & quatre Abbeses font pareille fidelité, Communitas de Perth, Comunitas de Srmelin, Comunitas de Edneb. & Rock, Comunitas de Lintiseon & de Monros, Comunitas de Hadanthon Comunitas de Jeddeworts Comunitas de Enneketein Comunitas de Pebbles, fidelitatem præitare & servire promittunt. Prior de Rostinot fidelitatem facit & servire promittit.

LI. (c) *Instrumentum obligationis Domini Joannis de Baliolo, dicti Regis Scotia, de parendo nuncio Papa propter causam pertinentem ad ipsum & Eduardum Regem Anglia. a quo fuerat intercessione sedis Apostolica ipse Joannes liberatus 8. Jul. 1291.*

IN nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die decima octava mensis Julii, Pontificatus Domini Bonifacii Papæ VIII. anno quinto; in præsentia reverendi Patris Domini R. Dei gratia Episcopi Vicentini Apostolica sedis Nuntii, præsentibus Venerabili patre Domino Joanne Episcopo Carcaffonenli & Magnifico viro Domino Jacobo de Castellione, Domino de Leulsa & de Condeto ac Domino Perro de Bellapertica Canonico Bituricensi nunciis excellentissimi Domini Philippi Regis Francie illustris; nec non in præsentia mei notarii & testium subscriptorum constitutus [fuit] Magnificus vir Dominus Joannes de Baliolo dictus Rex Scotiæ asserens se liberum & liberè assignatum ob reverentiam sanctissimi patris Domini Bonifacii summi Pontificis ex parte excellentissimi Domini Eduardi Regis Angliæ illustris, in manibus, potestate & arbitrio dicti Domini Episcopi Vicentini, vel alterius ab ipso Domino
Papa

Papa super hoc mandatū habentis. & ire cum dicto Episcopo Vicentino vel cum alio vel aliis, prout dictus Dominus Episcopus Vicentinus ordinabit eidem semel & pluries, ac stare & manere in loco seu locis in quo vel quibus dictus dominus Episcopus Vicentinus eum manere ac stare duxerit ordinandum; & non recedere aliquo modo vel causa ab ipso Domino Episcopo Vicentino vel ab alio seu aliis, vel à loco seu locis, in quo vel quibus positus esset per eum vel alium sibi mandaretur, quod staret, sine speciali ejusdem Domini Episcopi Vicentini licentia & assensu vel alterius, qui si per hoc haberet cum vera bulla dicti Domini Papæ speciale mandatum, donec dictus Dominus Papa de persona ipsius aliter duxerit ordinandum.

2. Pro quibus omnibus & singulis firmiter observandis & adimplendis dictus Dominus Joannes dictus Rex Scotiae, *in manibus dicti Domini Episcopi Vicentini, recipientis, ut dictum est, submisit & obligavit sponte & liberè personam suam & omnia bona sua, jura & actiones, praesentia & futura, ubicunque sunt vel esse possent, specialiter Romanae Ecclesiae & dicto Domino Papæ; ita quod si praedicta omnia & singula non fecerit & non observaverit plene, ut dictum est, nomine poenae omnia bona sua ubicunque sunt vel essent, deveniant ipso facto in jus & potestatem dicti Domini Papæ; & sint Romanae Ecclesiae confiscata; & contra personam suam procedatur, & procedi possit tanquam contra perjurum, contumacem & inobedientem Romanae Ecclesiae & dicti Domini Papæ. Insuper ad majorem firmitatem omnium praemissorum dictus Dominus Joannes, dictus Rex Scotiae, *juravit* ad sancta Dei Evangelia omnia & singula supra scripta, ut dictum est, facere & inviolabiliter observare. Actum apud Wissant de regno Franciae supra Mare in hospitio Joannis Stevari &c.*

[Hinc videtur postea Bonifacius Papa jus quæstum prætentisse in Regnum Scotiae, de quo ad Regem Angliae scripsit, quemadmodum sequitur.]

LI. (d) *Bonifacius VIII. ad Robertum Archiepiscopum Cantuariensem, ut praesentet Regi Literas quas sibi mittit pro Scottis, Anagnina 4. Kal. Julii anno 1299.*



Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi salutem & apostolicam benedictionem.

2. Frequens & inculcata fide dignorum assertio ac famæ divulgantis eloquium, nostro patefecerunt auditui excessus, molestias, turbationem, damna, injurias & jacturas, per carissimum in Christo filium nostrum Eadwardum Regem Angliae illustrem & officiales ac gentem ipsius, contra Regnum Scotiae ac Praelatos & clericos & personas ecclesiasticas, religiosas & seculares nec non Ecclesias, monasteria & alia religiosa loca, & habitatores & incolas dicti Regni, & bona eorum etiam, attentata. Nosque nolentes, sicut nec debemus, talia sub dissimulatione transire, regem ipsum per literas nostras, quas tibi mittimus per te praesentandas eidem, seriosas hortamur, ut episcopos, clericos & personas ecclesiasticas dicti Regni, quos adhuc tenere dicitur captivos, restitui faciat pristinae libertati, & officiales revocet, quos in eodem regno assertitur posuisse, atque ad praesentiam nostram suos mittat procuratores & nuncios, cum omnibus juribus & munimentis suis, si crediderit in praefato regno, vel aliqua ejus parte, jus aliquod se habere. Nihilominus lites, quaestiones & controversias quaslibet, inter ipsum regem & praelibatum regnum Scotiae, ac praelatos, clericos & personas saeculares ejusdem regni subortas, & quae possunt in posterum ex quibuscumque causis praeteritis exoriri, torum-
que

que negotium ad decisionem & determinationem sedis apostolicæ, per dictas nostras reducimus litteras, & etiam reservamus: ac decernimus irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter a quodam in hac parte contigerit attentari. Quo circa fraternitati tuæ per Apostolicæ scripta in virtute obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab administratione spiritualium & temporalium dillicite præcipiendo mandamus, quatenus præfatas litteras nostras eidem regi, sublato dilationis obstaculo, repræsentes: ac ipsum ad ea, quæ sibi scribimus, ut in exhortationibus acquiescat, efficaciter animes & inducas. Diem quoque, quo sibi prædictas præsentaveris litteras, & quidquid feceris, quidve ipse responderit & fecerit in hac parte, nobis per tuas litteras petentes, harum seriem continentes, fideliter & seriofius intimare procures. Datum Anagninæ, quarto Kalendas Julii, pontificatus nostri anno quinto.

Li. (c) *Ponifacius VIII. ad Eadwardum I. Angliæ Regem. Quod Regnum Scotiæ pertineat ad Ecclesiam Romanam Anagninæ 5. Kal. Julii 1299.*

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Eadwardo Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem. Scimus, fili, & longo jam temporis spatio magistra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem Ecclesiam, quæ te gerit in visceribus caritatis, regiæ devotionis affectus exuberat, reverentiæ zelus viget, quodque promptus sedis ejus verbis obtemperas, & beneplacitis acquiescis. Quamobrem firmam spem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus, quod regalis sublimitas verba nostra benigne recipiat, diligenter intelligat, efficaciter prosequatur. Sane ad celsitudinem regiam potuit pervenisse, & in tuæ libro memoriæ nequaquam ambigimus contineri, qualiter ab antiquis temporibus regnum Scotiæ pleno jure pertinuit & adhuc pertinere dignoscitur ad ecclesiam supradictam: quodque illud, sicut accepimus, progenitoribus tuis Regni Angliæ Regibus, sive tibi, feudale non extirrit, nec extirrit. Qualiter etiam claræ memoriæ *Henricus Rex Angliæ, pater tuus*, tempore discordiæ sive belli inter ipsum & quemdam *Simonem de Monteforti* suosque fautores & complices suscitata à recolendæ memoriæ *Alexandro ejusdem Scotiæ Rege, ac ipsius Henrici genero*, auxilium sibi petiri exhiberi. Et ne hujusmodi auxilium jure cujushbet subjectionis aut debiri petatum seu præstitum notaretur: præfatus Henricus eidem Regi Scotiæ suas parentes duxit litteras concedendas, per eas firmiter recognoscens, prædictum auxilium recepisse, vel le recepturum dumtaxat de gratia speciali. Præterea cum successu temporis, præfati Regis Scotiæ, tui sororii, tunc viventis, in tuæ coronationis solemnibus habere præsentiam affectares: sibi per tuas patentes tenere litteras curasti, quod in ipsis solemnibus ejus habere præsentiam non ex debito, sed tantum de gratia intendebas. Et cum etiam Rex ipse pro *Tindalie ac de Poynerre terris, in regno Angliæ positis*, se ad tuam præsentiam personaliter contulisset, tibi fidelitatem solitam impensurus: idem in præfatione fidelitatis hujusmodi, multis tunc præsentibus, vivæ vocis oraculo publicè declaravit, quod pro terris eisdem, sitis tantum in Angliæ, non ut Rex Scotiæ, neque pro Scotiæ Regno, fidelitatem exhibebat eandem; quinimo palam extirrit protelatus, quod pro regno ipso tibi fidelitatem præstare seu facere aliquatenus non debebat, propterea tibi petitus non subiecto. Tuque sic oblatam fidelitatem hujusmodi admifisti. Et tua quoque non creditur excidisse memoria, qualiter eodem

Rege Scotiae de medio quondam sublato, *Margareta puella, nepte tua*, tunc minoris aetatis, herede sibi relicta, non ad te *velut ad dominum* pervenit *custodia regni memorati*: sed certi ejudem Regni proceres ad ejus custodiam exiterunt electi. Quodque postmodum dispensatione ab apostolica sede obtenta, super matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum Edwardum norum tuum, & Margaretam praedictam, dum viveret, si ad id procerum dicti Regni accederet vel haberetur assensus: tu eisdem proceribus per tua scripta cavisse dignosceris, priusquam vellent hujusmodi matrimonio consentire, quod regnum ipsum penitus liberum, nullique subiectum, seu quovis modo submissum, in perpetuum remaneret, quodque in pristinum seu talem ipsius statum restitueretur omnino, si ex hujusmodi matrimonio contrahendo liberos non extare contingeret, ac nomen & honorem ut prius pariter retineret, tam in suis sibi servandis legibus & praeficiendis officialibus dicti regni, quam parliamentis tenendis, tractandis causis in ipso, & nullis ejus incolis extra illud ad iudicium evocandis. Et quod in tuis paternis litteris inde confectis haec plenius & seriosius contineri noscuntur. Praefata insuper Margareta de praesente luce substracta, & tandem super successione dicti regni Scotiae suborta dissensionis materia inter partes, ipsius Regni proceres merentes, sibi dictoque regno posse occasione hujusmodi praedictum generari, non aliter ad tuam praesentiam extra ipsius accedere limites voluerunt, nisi per te patienti scripto caveretur eisdem, quod id non fiebat ex debito, sed ex gratia speciali: quod nulum exinde ipsius regni libertatibus posset dispendium imminere. Et licet (ut dicitur) super statu ejusdem regni Scotiae, ac ejus prius habita libertate, regno ipso tunc carente praesidio defensoris, *per ipsius regni proceres*, tunc velut acephalos, & duos vel auriæ* suffragium non habentes, sive *per illum, cui praefati regni regimen, licet indebite, diceris commississe*, contra morem solitum aliqua fuerint haec innovata: ea tamen, upote per vim & metum, quae cadere poterant in constantem, elicta, nequaquam debent de jure subsistere, aut in ejusdem regni praedictum redundare. Caeterum nobis nullatenus venit in dubium, quin potius certi sumus, quod cum apostolicae sedis praecellens auctoritas per suas litteras in Angliae & Scotiae regnis simul alicui legationis committit officium exequendum, vel pro quavis causa, quam rationabilem reputat, decimae solutionem indicit, hujusmodi apostolicae litterae ad praefatum Scotiae regnum se aliquatenus non extendunt, speciali praedictae sedis privilegio Scotis indulto penitus obstantes, prout tempore felicitis recordationis *Hadriani Papae praedecessoris nostri, sunc S. Hadriani iliaconi Cardinalis*, & per ipsius sedis litteras simul in regnis ipsis legati, cum quo familiariter tunc eramus, contigit evidenter. Nam legatus ipse ad praefatum regnum Scotiae aliquatenus admissus non exitit, donec per litteras speciales apostolicas sibi legationis fuit commissum officium in eodem. Praeterea noscere potest regia celsitudo, qualiter *regnum ipsum per beati Andreae apostoli veneranda reliquias*, non sine superni numinis grandi dono, *acquisitum & conversum existit ad fidei catholicae unitatem*: qualiter etiam antiquis temporibus *Eboracensis Archiepiscopus*, qui tunc erat, mota per eum *super jure metropolitico adversus praelatos Scotiae* quaestione, in qua dictum antiquitus fuisse commemoras, *memento, quod sumus tui*, ut caetera, quae inde sequuntur, silentio relinquamus, pro se sententiam obtinere nequivit: quamvis alia plura & varia, quae in hac parte rationabiliter proponenda se offerunt, ex quibus ad haec tibi scribenda movemur, praetereat calamus, ne inde forsitan sensibus regiis raedium generetur. Haec profecto, fili carissime, infra claustra pectoris sollicitè considerare te convenit, & attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat, regnum Scotiae praelibatum ad praefatam

statam Romanam Ecclesiam pertinere, quod tibi nec licet, nec licuit, in ipsius Ecclesie ac multorum præjudicium, per violentiam subjungere, tuæque subjicere ditioni. Cum autem, sicut habet fide digna & nostris jam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus divulgatur, tu præmissa, ut debueras, non attendens, neque debita consideratione discutiens, & ad occupandum & subjugandum ditioni regie regnum ipsum, tunc regis auxilio destitutum, vehementer aspirans & tandem ad id exercens potentie tuæ vires, venerabilibus fratribus nostris *Roberto Glasguensi*, & *Marco Sodorensi* episcopis, & nonnullis clericis, & aliis personis ecclesiasticis dicti regni, ut dicitur, captis & carceralibus vinculis traditis; quorum aliquos, sicut asseritur, squalor carceris violentus extrinxit: ac etiam occupatis castris, & (prout fertur) monasteriis, aliisque religiosis locis quamplurimis dirutis, seu destructis, ac damnis gravibus ejusdem regni habitatoribus irrogatis, in ejusdem regni partibus officiales regios posuisti, qui prælatos, cæteros clericos & ecclesiasticas ac etiam seculares dicti regni personas, multimodis perturbare molestiis & afflictionibus variis & diversis imperere non verentur, in divinæ majestatis offensam, sedis memoratæ contemptum, regie salutis & famæ dispendium, juris injuriam, & grave scandalum fidelium plurimorum. Regalem itaque magnificentiam rogamus & hortamur attente, ac obsecramus in eo, qui est omnium vera salus, quatenus solerter attendens, quod ex debito pastoralis officii nostris humeris incumbendis, ad conservanda & gubernanda sollicitè bona juraque omnia Ecclesie supra dictæ tenemur, quodque homini plusquam Deo deferre non possumus nec debemus, prædictos Episcopos, clericos & personas ecclesiasticas, quos adhuc carcer regius tenet inclusos, pro divinæ & apostolicæ sedis ac nostra reverentia (sublato difficultatis & dilacionis objectu) benigne restitui facias pristinæ libertati, dictosque officiales de regno Scotiæ revoces memorato. Sic te in his, prout speramus & cupimus, promptis & efficacibus studiis habiturum, ut apud coelestem Regem, pro minimis grandia rependentem, non immerito reddaris acceptior, gratior habearis & præter laudis humanæ præconium tibi proinde proventurum, apostolicæ sedis favorem & gratiam possis uberius promereri. Si vero in eodem Regno Scotiæ, vel aliqua ejus parte, jus aliquod habere te asseris: volumus, quod tuos procuratores & nuncios ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus juribus & munimentis tuis, hujusmodi negotium contingentibus, *infra sex menses* à receptione præsentium numerandos, ad nostram præsentiam intrare non omittas: cum parati simus tibi tamquam dilecto filio plene super præmissis exhibere justitiæ complementum, & jura, si quæ habes, inviolabiliter observare. Nos enim nihilominus ex tunc lites, quæstiones & controversias quaslibet, inter redeniæ & regnum Scotiæ, ac prælatos, clericos & personas seculares ejusdem libertas & quæ possunt in posterum ex quibusdam causis prædictis exoriri, totumque negotium prædicta contingens, aut aliquid eorundem, ad cognitionem & determinationem sedis ejusdem, præsentium tenore reducimus, & etiam reservamus: decernentes irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter à quoquam in hac parte contigerit attentari. Datum Anagninæ V. Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

LI. (f) *Epistola Roberti Archiepiscopi Cantuariensis ad Bonifacium Papam VIII. qua continetur Certificatio Archiepiscopi Domino Papa missa super negotiis Scotia 8. id. Octob. 1300.*



Anctissimo in Christo patri & Domino suo reverendo, si placet, domino *Bonifacio* Divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac uni-

versalis Ecclesiæ summo Pontifici, suus filius devotus *Robertus*, permissione divina Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis, pedum oscula beatorum, cum promptitudine juxta parenti mandatis papalibus ac præceptis.

2. Mandatum sanctæ & reverendæ paternitatis vestræ sub bulla plumbea nuper recepi, tenorem continens infra scriptum: Bonifacius Episcopus, &c. Frequens & inculcata fide dignorum, &c. | *De verbo ad verbum recitando totam bullam proximè præcedentem.* | Cujus delator quasdam alias literas apostolicas nobili principi Domino Eaduardo Dei gratia Regi Angliæ illustri directas, & per me ex injuncto paternitatis vestræ præsentanda, in continenti exhibuit, quasi sub eodem contextu. Quo quidem mandato vestro, una cum literis suprascriptis reverenter admissis, ac itatim coram me recitato, præparavi sarcinunculas, vesturas & sumptus ex tunc de die in diem, & familiam ordinavi ad veniendum pro expositione & expeditione eorum, quæ mihi per vos mandabantur ad ipsum Dominum Regem, qui tunc agebat in remotioribus partibus Regni sui, versus Scotiam, distantibus à loco ubi mandatum vestrum receperam per viginti vel circiter moderatas dietas. Et antequam venirem continuatis dietis cum omni festinatione ad civitatem *Carleolum*, quæ est in *Marchia Scotia*, ingressus fuit idem Rex cum exercitu suo partem Regni Scotiæ, quæ vocatur *Galvedia*, cumque diligenter explorando recepissem a viris fide dignis, secularibus & religiosis, ipsius patriæ notitiam habentibus, quod ad Regem, usque ad *Kriandbright* in arctissimis locis *Galvedia* progressum, mihi tutus non patebat acclivus: tamen propter Scotos sine capitis regimine exilentes, & alios latronum prædas & sanguinem Anglorum sitientes, qui cum duce exercitus eorundem occupaverant media loca inter *Carleolum* & ipsum Dominum Regem, distantem ab eadem civitate fere per quadraginta milliaria, cum propter victus & hospitii defectum, qui in itinere medio, vastata tota patria reperiri vel per eam asportari nequibant: per obedientiæ necessitatem ex parte una, & per tanta pericula in tam longinquis partibus de mea dioecesi & provinciâ, quæ ex altera nimium nos urgebant, arctatus, maxime non invento inter seculares vel religiosos quoquam, qui adventus mei causam ipsi Scotis verbotenus vel per litteras meas, propter mortis periculum, auderet deferre & mihi securum conductum petere ab eisdem: aliud remedium, prout potui, exquirens, direxi duos ex familiaribus meis ad Dominum Regem prædictum, cum literis meis, navigio per quosdam periculosos transitus maris; significans sibi per eandem adventum meum & ejus causam, & petens quod propter reverentiam sedis apostolicæ, cujus eram nuncius, sibi significaret, ubi, qualiter & quando ad eum turè accedere possem propter viarum discrimina, quæ sibi per easdem meas literas nunciavi. Cujus responso ab eisdem nunciis, non minima pericula in mari & itinere eundo & redeundo evasis, per literas regias mihi delato, quibus continebatur, quod ipse Dominus Rex nihil securi pro me scivit ad vitanda dicta pericula, quam quod cum Domina Regina uxore sua, pro qua miserat, venire ad partem *Gerewikes*, ad locum ubi disposuit eidem Domine obviare, deficiente navigio, quo unâ cum equis & familiaribus meis necessariis vehi possem per mare. Quo dum nuncii mei transierunt tam periculose versus Regem, ventis etiam quasi continue validis & contrariis existentibus, morabar in confiniis Scotiæ, quaerendo de loco in locum victus sufficientiam potius quam abundantiam, circa sex septimanas securioris progressus ad Regem opportunitatem non tam dispendiose quam anxie expectando. Denique cum audirem diligentius explorando, quod idem Dominus Rex cum exercitu suo in redeundo versus castrum de *Caerlandrok*, quod prius ceperat, in *Scotia* fixisset teutoria, juxta novam abbatiam *Duzquer* in *Galvedia*, malens periculo me, meos ac mea exponere,

quam

quam in tam longinquis partibus, quodammodo vacuis, extra meam dio-
cesim & provinciam diutius sic languere: latitans in quibusdam locis se-
cretis juxta mare, quod dividit Angliam & Galvediam, captata temporis
opportunitate, in refluxu maris, ductus ab his, quos non oportebat viae trans-
firus ignorasse, transivi per quatuor meatus aquarum maritimos cum equis
& phaleris, nomine magis (ratione profunditatis aquarum) quam litoris &
vivorum fabulorum. introitu & exitu periculosos, & quasi inopinatè veni die
Veneris proximo post festum sancti Bartholomæi Apostoli ultimo jam trans-
acto ad dictum dominum regem, in medio exercitu suo tunc in prandio exi-
stentem: & quia non potuit, ut dicebat, eo die vacare, mandavit mihi illo
die in sero, per duos de majoribus Comitibus, qui tunc assistebant ei, quod
in crastino, videlicet sabbatho sequente, audiret me benigne. Adventante
igitur ipso die Sabbathi, coram devotissimo juvene Domino Eadwardo filio
dicti Regis, Comitibus, Baronibus & aliis miliribus sui exercitus in magna
multitudine confluentibus, ac dicto Domino Regi assistentibus, recitatio
mandato vestro prædicto mihi transmissio, litteras sanctæ paternitatis vestræ
præfato Domino Regi directas, auctoritate ejusdem mandati, præsentavi ei-
dem: quas ipse Dominus Rex reverenter recipiens, eas publice legi coram
omnibus, & in Gallica lingua fecerat patenter exponi. Quibus auditis pa-
tienter a singulis, animavi ipsum & induxi modis, quibus potui & scivi, quod
vestris exhortationibus, quoad ea quæ in dictis literis exponebantur, pareret
in omnibus reverenter. Postmodum me secedente ab eo cum clericis meis
ad mandatum suum, dum deliberaret super his cum dictis proceribus suis,
ac demum revocato, respondit mihi coram eisdem per interpositam perso-
nam sub hac forma.

LI. (g) *Responsio data Archiepiscopo Cantuariensi ad litteras A-*
postolicas. Apud Otteforti 8. Idus Octobr. 1300.

Domine Archiepiscope, fecistis ex parte superioris & reveren-
di patris Domini Papæ quamdam monitionem, contingentem
statum & jus Regni Scotiæ. Verùm quia *Consuetudo est Regni*
Angliæ, quòd in negotiis contingentibus statum ejusdem Regni
requiratur consilium omnium, quos res tangit; ac insitans nego-
tium Regni Scotiæ tangit statum & jus Regni Angliæ, pluresque sunt Præ-
lati, Comites, Barones & alii Regni Angliæ proceres absentes, qui non sunt
nec fuerunt in isto exercitu, quos dictum contingit negotium, quibus etiam
inconsultis responderi non poterit dicto summo patri nostro, aut vobis fi-
naliter: in hac parte intendit Dominus noster Rex super contentis in litteris
dicti patris, quam citius poterit comodo, eosdem absentes & nunc præsen-
tes simul consulere, & cum eisdem deliberatius tractare, ac per nuntios pro-
prio eisdem summo pontifici super his de comuni eorum consilio respondere.

2. Quod quidem Responsum idem Dominus Rex sic in sua præsen-
tia nomine suo factum ratificavit, ac etiam expresse approbavit. Dum igitur
cum tali responso, coram tanta multitudine magnatum & aliorum fide
dignorum mihi facto, licentiatius divertissem ab eo, & versus propria rever-
tissem, audivi quòd idem Dominus Rex, statim infra quatrimum post
recessum meum, rediit cum exercitu suo ad partes Angliæ: & singulis qua-
si de exercitu suo ad propria cum equis & armis remeantibus, idem Domi-
nus Rex exercitu sic disperso, paucis eum comitantibus & secum rententis
perendinare disposuit, ut dicebatur communiter, apud quamdam *abbatiam,*
quæ vocatur Holmecltran, in confiniis Scotiæ supra mare. Et sic mandatum
vestrum

vestrum cum omni qua potui diligentia sum reverenter in omnibus executus. Valeat semper & crescat in Domino ad suæ Ecclesiæ Regimen apostolica celsitudo vestra. Datum apud Ottefort, octavo Idus Octobris anno Domini millesimo trecentesimo.

LI. (h) *Epistola Edwardi Regis Angliæ ad Bonifacium Papam VIII. Respondet super Scotia negotiis. Apud Kynardesey Id. Maii anno 1301.*



Sanctissimo in Christo patri Domino Bonifacio, divina &c. Edwardus, &c. Intra scripta, non in forma nec in figura iudicii, sed omnia extra iudicium, pro servanda sanctæ paternitatis vestræ constantia, vobis transmittimus exhibenda.

2. Altissimus inspector cordium vestræ scrinio memoræ indelebili stylo novit inscribi, quod antecessores & progenitores nostri Reges Angliæ, *iure superioris & directi Domini*, ab antiquissimis retro temporibus, regno Scotiæ & omnibus ipsius Regibus & temporibus annexis præfuerint, & ab eisdem pro Regno Scotiæ & ejusdem proceribus, à quibus habere volebant, *legalia homagia* receperunt. Nos juris & Domini possessionem continuantes hujusmodi, pro tempore nostro, eadem juramenta accepimus tam à Rege Scotiæ, quam ipsius Regni proceribus. Quinimo tantum juris & Domini prærogativa super Regnum Scotiæ & ejusdem Reges gaudebant, quod Regnum ipsum fidelibus suis conferebant. Reges etiam ex justis causis amovebant, & instituerunt sub se loco ipsorum alios regnuros. Quæ procul dubio ab antiquo notoria fuisse & esse creduntur apud omnes, licet aliud fortan paternis vestris auribus per pacis æmulos & rebellionis filios, fallâ insinuatione suggestum fuerit: à quorum imaginosis & imaginariis figmentis, ut vestræ Sanctitatis oculus avertatur, suppliciter quæsumus & paternam clementiam & excellentiam devotis affectibus exoramus. Ut brevitaris causa, gestis antiquorum temporum salvis, quiddam exempli causa tangamus: *sub temporibus itaque Heli & Samuelis Propbetarum* vir quidam strenuus & insignis *Brutus* nomine, *de genere Trojanorum*, post excidium urbis Trojane cum multis nobilibus Trojanorum applicuit in quandam insulam tunc Albion vocatam, à gigantibus inhabitatam, quibus sua & suorum seductis [subactis] potentia & occisis, eam nomine suo Britanniam, sociosque suos Britannos appellavit & ædificavit civitatem, quam *Trinovantum* nuncupavit, quæ modo *Londinum* nuncupatur. Et postea Regnum suum *tribus filiis suis* dimisit, scilicet *Lochrino* primogenito illam Britanniæ partem, quæ nunc Angliæ dicitur, & *Albanacto* filio secundo nato illam partem, quæ tunc *Albania* à nomine Albanacti, nunc vero Scotia nuncupatur; & *Cambro* filio juniori partem illam nomine suo tunc *Cambriam* vocatam, quæ nunc *Wallia* vocatur, reservata *Lochrino* Regia dignitate. Itaque biennio post mortem *Bruti* applicuit in *Albania* quidam *Rex Hunnorum*, nomine *Humber*, & *Albanactum* fratrem *Lochrini* occidit. Quo audito *Lochrinus* Rex Britonum persecutus est eum. Qui fugiens submersus est *in flumine*, quod de nomine suo *Humberus* vocatur: & sic *Albania* revertitur ad illum *Lochrinum*. Item *Dunwallio* Rex Britonum *Scatarum Regem Scotia* sibi rebellem occidit, & terram ejus in deditionem recepit. Item duo filii *Dunwallionis*, scilicet *Belinus* & *Brennius*, inter se Regnum patris sui diviserunt: ita quod *Belinus* senior *Dia-*
dema insulæ cum *Britania*, *Wallia* & *Cornubia* possideret; *Brennius* vero sub eo regnaturus, *Scotiam* acciperet. Petebat enim *Trojana* consuetudo, quod dignitas hæreditatis primogenito perveniret. Item *Arturus* Rex
Britonum

Britonum famosissimus Scotiam sibi rebellem subjecit, & pene totam gentem delevit. Et postea quendam nomine *Anselmum Regem Scotiae praefecit*. Et cum postea idem Rex *Arthurus* apud civitatem *Legionum* bellum faceret celeberrimum, interfuerunt ibi omnes Reges sibi subiecti: inter quos *Anselmus* Rex *Scotiae* servitium pro Regno *Scotiae* exhibens debicum, *gladium Regis Arthuri* detulit ante ipsum. Et successivè omnes Reges *Scotiae* omnibus Regibus *Britonum* tuerunt subiecti, succedentibus autem Regibus *Angliae* in praedicta Insula, & ipsius *Monarchiam* & *Dominium* obrinentibus subsequenter.

3. Anno gratiae 907. *Eadwardus* senior *Alfridi* Regis filius dictus filiolus *Chifodi* Regis *Angliae* *Scotorum*, *Cumbrorum* & *Stregewallorum* Reges, tanquam superiori dominio, subiectos habuit & submissos. Anno gratiae 131. *Aethelstanus* Rex *Angliae*, *Constantinum* Regem *Scotiae* sub se regnaturum constituit, dicens gloriolius esse regem facere, quam regem esse. Et est memoria, quod item *Aethelstanus* intercedente sancto *Jobaune de Beuerlaco*, quondam Episcopo *Eboracensi*, *Scotos* rebellantes ei devicit: qui gratias Deo devotè agens, deum exoravit, petens ut interveniente Beato *Johanne*, ei aliquid signum evidens ostenderetur, quomodo succedentes quam praecedentes cognoscere possent *Scotos* jure subjugari regno *Anglorum*, & videns quosdam *scopulos* juxta quendam locum de *Dumbar* in *Scotia* praeminere extracto gladio de vagina percussit in silicem, qui lapis ad ictum gladii Dei virtute ita cavarur, ut mensura ulnae posset longitudini coaequari. Et hujus rei haecenus evidens signum apparet in *Beverlaceusi Ecclesia* [&] in *Legenda Beati Johannis* quasi singulis hebdomadis per annum ad laudem & honorem sancti *Johannis* pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria tam in *Anglia* quam in *Scotia* usque in diem praesentem. Item *Constantinus* Rex *Scotorum*, & *Euganus* Rex *Cumbrorum* ad praedictum Regem *Angliae* *Aethelstanum*, post aliquam disensionem inter eos habitam venientes, se cum Regnis suis eidem *Aethelstano* dederunt. Cujus facti gratia filium *Constantini* ipse *Aethelstanus* de sacro fonte suscepit. Anno gratiae 948. *Eadredo* Regi *Angliae* *Scoti* sine bello se subdiderunt, & eidem Regi *Eadredo* tanquam Domino fidelitatem juraverunt. Item anno gratiae 974. cum *Eadgarus* Rex *Angliae* Regem *Scotorum* *Kinadium*, & *Cumbrorum* *Malcolmum* regesque plurimarum *Insularum*, scilicet *Maccum* aliosque quinque regulos subjugasset, videlicet *Dunwal*, *Siferth*, *Huwal*, *Jacob*, *Inchel*, & remigando per flumen *Deva*, in quadam navi prope proram sedisset, ferrur ipsum dixisse, successores suos posse gloriari se Reges *Anglorum* esse, cum tanta honoris prerogativa fruarentur, quod subiectam haberent tot Regum potentiam. Post dictum *Eadgarum* successivè regnaverunt Reges *Angliae*: dominus *Eadwardus* martyr, *Aethelredus* frater ejus, *Eadmundus* dictus *Ironsyde* filius *Aethelredi*, & *Cnurus* anno gratiae 1017. qui eorum temporibus regnum *Scotiae* in sua subiectione pacifice tenuerunt, hoc duntaxat excepto quod 15. anno praedicti *Cnuti* idem *Cnutus* *Scotos* rebellantes expeditione illuc ducta, & Regem *Scotiae* *Malcolmum* parvo subegit negotio, subditusque est eidem praedictus *Malcolmus*. Quibus *Haraldus* filius *Cnuti* & *Hardecnurus* frater ejus, unus post alium Reges *Angliae* successerunt, qui sibi sic regnantibus subiectionem regni *Scotiae* pacificam habuerunt. Anno gratiae 1054. sanctus *Eadwardus* Rex *Angliae* regnum *Scotiae* *Malcolmo* filio Regis *Cumbrorum* de se dedit tenendum. Item anno gratiae 1071. *Guibelmus Bastardus* Rex *Angliae* cognatus dicti *Eadwardi*, à *Malcolmo* Rege *Scotiae*, tanquam à suo homine sibi subdito recepit homagium. Anno gratiae 1191. *Guibelmus Ruso* Regi *Angliae* praedictus *Malcolmus* Rex *Scotiarum* juramento fidelitatis subiectus fuit. Anno gratiae 1092. praedictus *Guibelmus Dunevaldum* de regno *Scotiae* ex justis causis amovit, & *Duncanum* filium *Malcolmi* regno *Scotiae* praefecit, & recepit ab eo fidelitatem & juramentum

mentum, dictoque Duncano dolose perempto, dictus Rex praefatum Duncaldum, qui iterum regnum Scotiae invaserat, amovit ab eodem & *Fadgarum filium Malcolmi* regem Scotiae constituit, & eidem regnum illud donavit. Cui successit *Alexander frater Eadgari* consensu Regis Angliae *Henrici Primi*, fratris dicti Regis Gulihelmi Ruffi. Anno gratiae 1116. *Matildi Imperatrici* filiae & haeredi *Henrici Regis praedicti*, *David Rex Scotiae* fecit homagium & fidelitatem. Item *Regi Angliae Stephano Henricus filius dicti Regis David* fecit homagium. Item *Gulihelmus Rex Scotiae* pro Regno Scotiae & *David filius ejus*, Comites & Barones Regni Scotiae devenerunt homines *Henrici filii Regis Henrici Secundi* in crastino coronationis praedicti *Henrici filii Regis Henrici* Patre adhuc vivente, & fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines salva fidelitate debita Patri viventi. Anno vero 20. regni Regis *Henrici secundi* praedicti, dictus *Gulihelmus Rex Scotorum* rebellare incipiens venit in Northumbriam cum exercitu magno & exercuit in populo stragem magnam, cui occurrentes milites Comitatus Eboracensis apud Alnewyke ipsi m ceperunt, & Domino Regi Angliae reddiderunt Anno (1175.) sequenti quintodecimo Kalend. Martii est idem Rex Gulihelmus permisso liberè abire, postea vero apud Eboracum anno eodem septimo Kalendas Septembris, idem Gulihelmus Rex Scotorum de consensu Praelatorum Comitum & Baronum, procerum & aliorum Magnatum Regni Scotiae, domino suo Regi Angliae *Henrico filio Mathildis Imperatricis* praedictae, suis *litteris patentibus* cavisse noscitur, quod ipse & haeredes & successores sui Reges Scotiae, de quibus Dominus *Henricus* habere voluerit, facient Regibus Angliae homagium fidelitatem & ligeanciam, ut *Ligis Domino* contra omnem hominem; & in signum subjectionis hujus idem Gulihelmus Rex Scotorum capulum, lanceam & cellam suam super altare *S. Petri Eboraci* obrulit, quae in eadem Ecclesia usque in hodiernum diem remanent & servantur. Item *Episcopi, Comites & Barones dicti Regni Scotiae* conventionaverunt, ut verbis ejusdem conventionis uterentur Domino Regi Angliae & *Henrico filio suo* praedictis. Quod si Rex Scotiae aliquo casu a fidelitate Regis Angliae & conventionione praedicta recederet, ipsi cum Domino Rege Angliae tenebunt sicut cum *Ligeo Domino suo contra Regem Scotiae*, quousque ad fidelitatem Regis Angliae redeat. Quam quidem compositionem felicis recordationis *Gregorius Papa Nonus* in diversis scriptis Regibus Angliae & Scotiae directis, mandavit firmiter observari, continentibus etiam inter caetera, quod *Gulihelmus & Alexander*, Reges Scotiae, Regibus Angliae *Johanni, & Henrico* Ligeum Homagium & fidelitatem fecerunt: quae tenentur successores eorum, Comites & Barones Regni Scotiae ipsis & suis successoribus exhibere. Item quod idem Rex Scotiae homo ligius sit ipsius *Henrico Regis Angliae* & eidem fidelitatis praestitit juramentum, quo se principaliter astrinxit, quod in ipsius regni & Regis Angliae detrimentum nihil debeat penitus attemperare. Et *Papa Clemens* scribens Regi Angliae pro *Johanne Episcopo S. Andreae*, expulso ab Episcopatu suo per Regem Scotiae, inter caetera rogavit, ut Gulihelmum Scotiae moveret & induceret, & si necessarium fuerit, distractione regali, qua ei pater [lego: parti] praeminet, & concessa suae Regiae Celsitudini potestate compelleret, ut ipse Episcopo omnem rancorem animi remitteret, & Episcopatum suum eum habere in pace permetteret. Et post conventionem praedictam in Ecclesia *S. Petri Eborac.* coram praedictis Regibus Angliae & Scotiae & *Davide fratre suo*, & universo populo. Episcopi, Comites & Barones & milites terrae regni Scotiae juraverunt Domino Regi Angliae & *Henrico filio suo*, & haeredibus eorum, fidelitatem contra omnem hominem, sicut *Legiis Dominis*. Anno 1194. idem Gulihelmus Rex Scotiae ad mandatum *Henrici Regis praedicti* venit apud Northampton ad Parliamentum Domini sui, adducens secum omnes Episcopos, Abbates & priores

priores totius regni sui. Et venit etiam ad mandatum ejusdem Regis in Normanniam. Et idem Rex Scotorum Gulihelmus post decessum Regis Henrici veniens Cantuariam Richardo Regi Angliæ filio & hæredi dicti Henrici fecit homagium. Quo Richardo viam universæ carnis ingresso, præfatus Gulihelmus Johanni Regi Angliæ, fratri & hæredi prædicti Richardi, extra civitatem Lincoln. in conspectu totius populi super quandam montem fecit homagium & juravit ei fidelitatem super cruce[m] Huberti, tunc Cantuariensis Archiepiscopi, & eidem Johanni Domino suo concessit per chartam suam, quod Alexandrum filium suum, sicut hominem ligium suum maritaret, promittendo firmiter in charta eadem, quod idem Gulihelmus Rex Scotiæ & Alexand. filius suus Henrico filio Johannis Regis Angliæ, tanquam Ligio Domino suo contra omnes mortales fidem & fidelitatem tenerent. A quo quidem Gulihelmo Rege Scotiæ postmodum pro eo, quod desponderat filiam suam Comiti Bologniæ præter Regis Johannis Domini sui assensum, & pro transgressione & temeraria præsumptione hujus debiram satisfactionem suscepit. Item *Alexander Rex Scotiæ sororius noster*, Regi Angliæ *Henrico* patri nostro pro Regno Scotiæ, & postea nobis fecit homagium. Vacante deinde Regno Scotiæ per mortem *Alexandri* illius, & subsequenter per mortem *Margarete* ejusdem Scotiæ Reginæ & Dominiæ pronepris nostræ; Episcopi, Abbates, Priores, Comites & Barones, proceres & cæteri nobiles & communitates totius regni Scotiæ ad nos tanquam ad *ligium defensorem*, ducem, *aurigam*, capiraneum, & *dominum capitalem* ejusdem Regni Scotiæ sic vacantis, gratis & spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus nostrum, progenitorum & antecessorum nostrorum ac possessionem superioris & directi domini in regno eodem, & ipsius regni subjectionem ex certa scientia, purè, simpliciter & absolute recognoverunt, & præstitis ab eis nobis, tanquam *superiori & directo domino* Scotiæ, debitis & conluetis fidelitatis juramentis ac civitatibus, burgis, villis & cæteris munitionibus in manu nostra traditis ad custodiam ejusdem regni certos jure nostro regio officiales & ministros deputavimus, quibus ipsi tempore vacationis hujus concorditer fuerunt obedientes, & intendentes regni nostris præceptis & mandatis. (Anno 1291.) postmodum autem diversæ personæ super successione in dictum Scotiæ regnum jure hæreditario in se contententes, ad nos tanquam ad superiorem dominum regni Scotiæ accesserunt, petentes super successione regni prædicti sibi per nos exhiberi in regnum prædictum justitiæ complementum; volentes & expresse consentientes coram nobis tanquam coram superiori & directo Domino regni Scotiæ in omnibus ordinandis itare & obtemperare. Ac demum judicialiter propositis & sufficienter auditis, rimatis, examinatis & diligenter intellectis partium juribus, finaliter & in præsentia omnium prælatorum & nobilium quasi totius regni Scotiæ, & de voluntate & consensu expresso eorundem procedentes. *Johannem de Balliolo debite præfecimus in Regem Scotorum*, quem tunc successivè in ejusdem regni hæredis jura invenimus habere potiora. Qui quidem Prælati, Comites & Barones, communitates ac cæteri incolæ regni ipsius sententiam nostram expresse audierunt, acceptaverunt & approbaverunt, & ipsum Johannem de mandato, virtute hujus judicii, in regem suum admiserunt.

4. Ac idem Johannes, rex Scotiæ, pro regno suo prædicto nobis homagium debitum & consuetum fecit & fidelitatis juramentum præstitit, & ex tunc tam in *Parliamentis quam Consiliis nostris*, mandato nostro ventens, tanquam subditus noster, sicut alii de regno nostro, intertuit. Et nostri tanquam domini sui superioris beneplacitis & mandatis

In omnibus obediens & intendens extitit. Quousque idem Johannes rex Scotiæ & Prælati, Comites & Barones, nobiles, communitates, ac ceteri incolæ majores ejusdem regni ex præconcepta malitia, ac prolocuta [præmeditata] & præordinata prodicione, communicato consilio tunc cum inimicis nostris capitalibus notoriis amicitias copularunt; ac paciones, conspirationes & conjurationes, in exhæredationem nostram & hæredum nostrorum, ac regni nostri contra debitum homagium, in crimen læsæ majestatis nequiter incidendo, [contra] fidei iurisjuramentum inierunt cum eisdem. Verum cum præmissa, relatione & fama publica consentiente, ad aures nostras devenissent, volentes futuris periculis præcavere, quæ ex his & aliis possint nobis, regno nostro & regni nostri incolis verisimiliter provenire; pro assécuracione regni nostri accessimus ad confinium regni utriusque pluries mandantes eidem Johanni, tunc Regi Scotiæ, ut ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet, super præmissis & aliis assécuracionis istarum, tranquillitatem & pacem regni utriusque contingentibus, tractaretur. Qui spreis mandatis nostris, in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus cum Episcopis, Prælati, Comitibus & Baronibus regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conductitis contra nos, regnum nostrum & regni incolas hostiliter se convertens accinxit, & ad hostiles aggressus & incursum procedens, regnum nostrum invasit, & quasdam villas regni nostri Angliæ per se & suos deprædatus est, eas vastavit incendio, homines nostros interfecit, & nonnullis nautis nostris per eos peremptis, naves hominum nostrorum regni Angliæ comburi fecit & è vestigio aggredi: denegatisque nobis homagio & fidelitate, tam pro se quam pro aliis quibuscunque regni sui incolis per literas ejusdem regis, verba offensionum exprimentes, & inter alia, verba diffidationis continentes, Comitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ & Westmerlandiæ regni nostri Angliæ, congregato exercitu ingenti hostiliter per se & suos invasit, stragem innumeram hominum nostrorum, incendia monasteriorum, Ecclesiarum & villarum inhumane perperrando, & patriam undique depopulando, infantes in cunabulis, mulieres in puerperio decubantes gladio trucidarunt, & quod auditu horrendum est, à nonnullis mulieribus mammæ atrociter absciderunt, parvos clericulos primam tonsuram habentes & grammaticam addiscentes, ad numerum circiter ducentorum, in Scholis exilientes obstructis ostiis scholarum, igne supposito cremaverunt. Nos quoque cernentes tot damna, opprobria, facinora & injurias, in exhæredationem nostram & destructionem populi nostri prodicionaliter; nolentes ratione juramenti, quoad conservationem jurum coronæ regni nostri sumus adstricti, præmissa facinora ulterius concealare, nec jura nostra relinquere indefensa: cum per leges ipsum Johannem tunc regem Scotiæ gentemque suam nobis subditam justificare possemus, nec ipsum regnum Scotiæ, quod a longissimis temporibus, sicut superius exprimitur, nobis & progenitoribus nostris feudale extitit: * in causis præmissis contra dictum Johannem gentemque Scotorum vires potentie nostræ extendimus, prout de jure nobis licuit, & processimus contra ipsos, tanquam hostes nostros & proditores. Subiecto itaque regno Scotiæ & jure proprietatis ditioni nostræ subactò, præfactus Johannes, *quondam rex Scotiæ, ipsam regnum Scotiæ, quatenus id factò tenuit, sponte, purè & absolute reddidit in manus nostras* prodiciones & scelera memorata coram nobis & proceribus nostris publicè recognoscens. Quo peractò, præfati Comites & Barones, nobiles & communitates regni Scotiæ, quos ad pacem nostram regiam suscepimus, subsequenter homagia & fidelitatem nobis tanquam immediato domino & proprio ejusdem

ejusdem regni Scotiæ fecerunt. Ac etiam redditis nobis ejusdem regni civitatibus, villis, castris, monitionibus ac cæteris locis omnibus, ad dictum regnum spectantibus officiales nostros & ministros ad regimen ejusdem regni Scotiæ præfecimus jure nostro. Et cum jure pleno domini in possessione ejusdem regni existere dinoscamur, non possumus nec debemus, quin insolentiam subditorum nostrorum rebellium, si quos invenerimus, præ eminentia regia, prout expedire viderimus, reprimamus. Quia vero ex præmissis & aliis constat evidenter, & notorium existit, prælibatum regnum Scotiæ, tam possessionis quam proprietatis ad nos pertinere pleno jure, nec quicquam fecimus vel * caverimus, scripto vel facto, sicut nec possemus, per quæ juri aut possessioni prædictis debeat aliquo modo derogari; Sanctuarii vestræ humiliter supplicamus, quatenus præmissa provida præmeditatione pensantes ex illius [illis] vestri animi motu [motus] dignemini informare, suggestionibus contrariis æmulum in hac parte fidem nequaquam adhibendo, quinimo statum nostrum & jura nostra regia prædicta habere velitis, si placet, paternis affectibus commendata. Conserveatur Paternitas vestra ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva. Datum apud Kynardesley Idibus Maii, anno 1301. & regni nostri 19.

5. Quantum vero ad hoc, quod petivit Papa, quod si rex Angliæ jus haberet in regno Scotiæ, vel in aliqua ejus parte, procuratores & instructos mitteret, & fieret ei justitiæ complementum; Rex per se noluit, sed hoc commisit Comitibus, & aliis terræ proceribus, qui super hæc domino Papæ hujus tenoris literas rescripserunt.

LI. (i) *Litera, quas Comites & Barones Angliæ miserunt domino Papæ, super negotio Scotorum. Lincolnia anno 1301.*

Sanctissimo in Christo patri, domino Bonifacio, divina providentia sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo pontifici, sui devoti filii Johannes Comes Warren. Thomas Comes Lancastriæ, Radulphus de Monte Hermeti Comes Glocestriæ & Hertfordiæ. Humfridus de Bohun Comes Hereford. & Essex. & Constabularius Angliæ, Rogerus Bigot, Comes Norf. & Marscallus Angliæ; Guido Comes Warwic. &c. devota pedum oscula beatorum &c. Sancta Romana Mater Ecclesiæ per ejus ministerium fides catholica [f. conservatur] in suis actibus, cum ea, ut firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, quæ nulli præjudicare, sed singulorum jura conservare velit illa. Sane convocato nuper per Serenissimum dominum nostrum Eadwardum, Dei gratia, regem Angliæ illustrem, Parlamento apud Lincolniam generali, idem dominus postea quasdam literas Apostolicas, quas super certis negotiis conditionem & statum regni ex nostra [f. vestra] parte receperat in medio exhiberi, acteriose nobis fecit exponi. Quibus auditis & diligentius intellectis tam sensibus nostris admiranda quam hactenus inaudita in eis audivimus contineri. Scimus enim pater sanctissime & est notorium in partibus nostris, ac nonnullis aliis non ignoto, quod a prima institutione regni Angliæ, reges ejusdem regni, tam temporibus Britonum quam Anglorum, superius & directum dominum regni Scotiæ habuerunt in possessione, vel capitanei superioritatis, & rectitudinis [lego: recti Domini, id est Domini directi] ipsius Scotiæ successivis temporibus extiterunt: *neque ullis temporibus ipsum regnum in temporalibus pervenit vel pertinet, quovis jure, ad Ecclesiam vestram prædictam.* Quinimo idem regnum Scotiæ progenitoribus dicti regis nostri, regibus Angliæ, arque sibi, feudale extitit ab antiquo; nec etiam reges Scotorum, & regnum aliis, quam

regibus Angliæ, subfuerunt vel subijci consueverunt. *Neque reges Angliæ super juribus suis in regno prædicto aut aliis suis temporalibus, coram aliquo iudice Ecclesiastico vel seculari ex præ eminentia status sue regie dignitatis & consuetudinis, cunctis temporibus irre fragabiliter observata, responderunt, aut respondere debebant.* Unde habito tractatu & deliberatione diligenti super contentis in literis vestris memoratis; communis, concors, & unanims omnium nostrum & singulorum consensus fuit, est, & erit in concussæ, Deo propitio, in futurum; quod præfatus dominus noster rex super juribus regni Scotiæ, aut aliis suis temporalibus nullatenus respondeat judicialiter coram vobis, nec iudicium lubeat quoquo modo, aut jura sua prædicta in dubium questionis deducat, nec ad præsentiam vestram procuratores aut nuncios ad hoc mittat, præcipue cum præmissa cederent manifeste in exheredationem juris Coronæ regni Angliæ, & regie dignitatis ac subversionem Itatus ejusdem regni notoriam nec non in præjudicium libertatis, consuetudinum & legum paternatum; ad quarum observationem & defensionem ex debito, præstiti juramenti zstringimur. Et quæ in manu tenebimus toto posse, totisque viribus cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam per mittimus, nec aqualiter permittemus, sicut non possumus nec debemus, præmissa tam insolita indebita, præjudicialia, & alias in audita prælibatum dominum nostrum regem, etiam si vellet, facere, seu modo quolibet attemptare. Quo circa, sanctitati vestræ reverenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem dominum nostrum Regem, qui inter alios principes orbis terræ, catholicum se exhibet, & Romanæ Ecclesiæ devotum, jura sua & libertates, & consuetudines & leges prædictas, absque diminutione & in quietudine pacifice possidere ac illibata persistere [s. percipere] benignius permittatis. In cujus rei testimonium sigilla nostra, tam pro nobis quam pro tota communitate prædicti regni Angliæ, præsentibus sunt appensa. Datis & actis Lincolnæ anno domini 1301.

LII. *Fasciculus actorum pertinentium ad Controversiam inter Bonifacium VIII. Papam & Philippum Regem Galliæ.*

(a) *Responsiones nomine Philippi Regis ad bullam Bonifacii P. P. VIII. datam Anagnia XI. Kal. Octobr. Pontificatus anno secundo A.C. 1296.*

Antequam essent clerici, Rex Francia habebat custodiam Regni sui, & poterat statuta facere, quibus ab inimicorum insidiis & nocu- mentis sibi & Regno præcaveret, & per quæ inimicis subtraheret omnimoda subsidia. quibus ipsum & Regnum possent gravius impugnare. Hac decaussa dominus Rex, qui nunc est, equos, arma, pecunias, & similia generali edicto prohibuit extrahi de Regno suo, ne forsan talia per malignorum fraudulentiam ad manus inimicorum in domini Regis & Regni præjudicium devenirent: nec hoc simpliciter prohibuit, sed adiecit hoc non debere fieri absque ejus licentia speciali, super hoc habens rectam intentionem, quod quando sibi constaret pro certo, quod talia sic ad ipso prohibita essent bona Clericorum, & quod extrahi de Regno, sibi & Regno nonobessent nec inimicis prodesse, nulli sic petenti, & præmissa probanti, licentiam denegaret. Et videtur

videtur factis mirabile, quòd carissimus filius Papæ, [f. Rex Angliæ] non solum clericorum bona, sed etiam personas derinet violenter, nec propter hoc dominus Papa ipsum denunciât sententiam excommunicationis incurrisse. Sancta Mater Ecclesia, sponsa Christi non solum est ex Clericis sed etiam ex laicis: inò sacra testantur scriptura. sicut est unus Dominus, una fides, unum baptisma, sic à primo iusto ulque ad ultimum ex omnibus Christi fidelibus, una est Ecclesia ipsi Christo, cœlesti sponso, annulo fidei desponsata, quam ipse à servitute & iugo veteris legis, ac dominio hostis antiqui, per mortem suam misericorditer liberavit: qua libertate gaudere voluit omnes illos, tam laicos, quàm clericos, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, iis videlicet, qui credunt in nomen ejus & susceperunt Christianæ fidei Sacramenta. Nunquid solum pro clericis, Christus mortuus est, & resurrexit? absit. Nunquid est personarum acceptio apud Dominum, ut solum clerici in hoc mundo gratiam, & in futuro gloriam consequantur? absit. Sed per indifferentiam, omni credenti, operanti bonum, per fidem & dilectionem æternæ retributionis præmium repromisit: & quia Clerici in Ecclesia, ut patet per prædicta, sunt & merito & numero potiores, non debent, nec possunt, nisi forsitan per abusum, sibi appropriare, quasi alios excludendo, Ecclesiasticam libertatem, loquendo de libertate qua Christus nos sua gratia liberavit. Multæ verò sunt libertates singulares, non universalis Ecclesiæ, ipsius Christi sed solum ejus ministrorum, qui cultui divino ad ædificationem populi sunt, & esse debent spiritualibus deputati quæ pridem libertates per statuta Rom. Pontificum de benignitate, vel saltem permissione Principum sæcularium, sunt concessa; quæ quidem libertates sic concessæ vel permixtæ ipsis Regibus regnorum suorum gubernationem ac defensionem auferre non possunt; nec ea quæ dictæ gubernationi & defensionem necessaria, seu expedientia; & deliberato bonorum ac prudentium consilio, judicantur, dicente Domino Pontificibus Templi, *Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari, & que sunt Dei Deo.* Et quia turpis est pars, quæ suo non congruit universo, & membrum inutile, & quasi paralyticum, quod corpori suo subsidium ferre recusat; quicumque sive Clerici sive laici, sive nobiles, sive ignobiles, qui Capiti suo, vel corpori, hoc est domino Regi & regno, imò etiam sibi, auxilium ferre recusant, semet ipsos, partes incongruas & membra inutilia, & quasi paralytica esse demonstrant: unde si à talibus pro rata sua subventionum auxilia requiruntur, non exactiones, vel extorsiones, vel gravamina dici debent: sed potius capiti, & corpori & membris, debita subsidia; sed & pro defensoribus & pugilibus ipsorum, quibus non licet, vel qui non possunt, pugnare per se ipsos, stipendia præparata. Nemo siquidem teneretur pro aliis propriis stipendiis militare: & quòd si inimicorum rabies invalesceret contra Regnum, constar quòd bona Clericorum penitus dissiparentur; quare, multo plus aliis indigent ab hostili impugnatione defendi: Ideo que in naturalis juris injuriam esse videtur, prohibere cuicumque servo, vel libero, vel Clerico, vel laico, nobili vel ignobili, clypeum defensionis obicere contra hostilem gladium, aut stipendia solvere defensori. Nonne meritò Deus tales tradidit in reprobum sensum, qui jus naturale & antiquum nuntur subvertere, pro sua libito voluntatis? & quis sapiens & intelligens hæc, non incidit in vehementem stuporem, audiens Vicarium Jesu Christi prohibentem tributum dari Cesari, & sub anathemate fulminantem, ne Clerici, contra itaque & injustæ persecutionis in cursum, domino Regi & Regno, imò sibi metipsis, pro rata sua, manum porrigant adjutricem? Dare verò histrionibus, & amicis carnalibus, & neglectis pauperibus expensas facere super suas in robis, equitativis comitativis, comestationibus, & aliis pompis sæcularibus, permittitur eisdem, imò conceditur, ad perniciosæ imitationis exemplum. Hoc enim natura & ratio, jus divinum &

humanum pariter deestantur ad illicita fræna laxare, & licita, imò necessaria, cohibere. Quis enim sanæ mentis judicaret licitum & honestum sub anathemate cohibere, ne clerici, ex devotione Principum incrassati, pro modulo suo eisdem Principibus assistant, contra ingruentes injustarum persecutionum adversitates quocunque colore excogitato, doni vel murri, vel subventionis, pro se ipsis, pro Rege & Regno pugnantibus, & resistentibus inimicis vi armorum, alimenta præbendo, vel stipendia persolvendo? Non enim prudenter attendunt, qui talia prohibent, vel renuunt, quòd hoc nihil aliud est, quàm inimicos juvare, & crimen læsæ Majestatis incurrere, & quasi velle prodere ipsum Reip. defensorem: ad quod crimen puniendum intendimus plus solito volente Deo oculos aperire. Deum siquidem fide & devotione colimus, & Ecclesiam Catholicam ac ministros ejus multipliciter veneramus in terris, sicut & omnes patres nostri: sed hominum minas minus rationabiles & injustas, minimè reformidamus: nam coram Deo, faciente ejus clementia, semper iustitia invenietur in nobis. Nonne *Rex Angliæ* quondam homo noster ligius vocatus ad iudicium coram nobis, cum omni solemnitate, quâ decuit, ad imperium domini sui venire contempsit? Quare necesse habuimus terras, quas à nobis tenebat, ad manum nostram trahere, iudicio & iustitia mediante. cuius occasione dictus *Rex Angliæ homagio & fidelitati, quibus nobis adstringebatur ratione terrarum, quas à nobis tenebat in feudum, renunciavit expresse, & postea contra nos insurgens crudeliter, prædictas terras nisus est sibi acquirere non tam vi armorum, quàm dolo: via iustitiæ & rationis & consuetudinis approbatæ penitus prætermissa. Quis Rex, quisve Princeps terras feudales: sic à vassallo suo dimissas, & tam multipliciter forefactas, ad se non traheret, & non defenderet, tanquam suas? Nec super hoc debetur ab aliquo increpari, sed potius de contrario reprehendi. Et Regi Theutoniæ quid potuit, vel debuit plus offerri, quod esset rationis & pacis, quàm quòd quatuor viri eligerentur idonei, duo pro nobis & duo pro ipso, qui de limitibus Regni & Imperii cognoscerent & tractarent, & quicquid super hoc ordinarent, ipsi possent eligere quintum, qui eorum discordiam ad concordiam revocaret? Et si dictus *Rex Theutoniæ de Comitatu Burgundiæ* conqueratur, sua querimonia nulla ratione fulcitur. Nam notorium est omnibus, quòd post *guerram apertam, & dissidationem superbam, à dicto Rege nobis factam, dictum Comitatum nobis duximus acquirendum.* Nam in dissidatione sua contra nos graviora facere minabatur, & jam forsitan fecisset, si ad hæc sibi se obtulisset facultas. Nonne sanctæ *Matri Ecclesiæ* nos, & antecessores nostri multa grata servitia ab antiquo & immensa beneficia contulimus, quibus ministri eiusdem multò pinguius, & gloriosius, quàm in alijs regnis temporalibus exaltantur? Super quo velit Deus, quòd ingrati tudinis vitium non incurrant: non enim debent debitas subventiones negare, sed ultro quicquid habent offerre; præsertim cum videant manifestè, quòd *prædicti Reges injustè, & sine causa rationabili nos impugnant.* Quare non odò non fuisset ab Ecclesia amplioribus injuriis provocandi, sed potius ab ea, tanquam à pia matre, fovendi & placandi, & à malis imminenti bus efficaciter consolandi. [*Hactenus in Regio Cod.*]*

LII, (b) *Instrumentum Legatorum a Latere Bonifacii VIII, de treugis seu induciis à Papa indictis & Regis Philippi protestatione de non observando, salva obedientia quam debeat Paps quoad animam 13. Kal. Maii, 1297.*

VNiversis præsentis litterarum inspecturis, miseratione divina B. Albanensis, & S. Prenestinensis Episcopi, salutem in Domino. Notum facimus quod cum nos exposuissemus oraculo vivæ vocis excellenti Principi Domino Philippo Francorum Regi Illustri, *treugas per Sanctissimum patrem & Dominum nostrum, Dominum Bonifacium Papam VIII.* Litteris suis patentibus jam dudum *indictas*, usque ad festum Nativitatis Beati Joannis Baptistæ proximo jam elapsum, ipsi Regi ac Romanorum & Angliæ Regibus Illustribus, super guerris instigante Diabolo suscitatis *inter Romanorum & Angliæ Reges prædictos*, seu quemlibet eorundem ex una parte & prædictum Franciæ Regem ex altera, quas treugas publicare, & dictas litteras præsentare Francorum & Angliæ Regibus ipsis distuleramus ex causa; nec non nec non & ad *prorogationem dictarum treugarum*, ante tempus earum finitum, litteris suis patentibus per dictum Dominum nostrum factam, a dicto Festo B. Joannis Baptistæ proximo præterito usque ad biennium percompletum; ac etiam usque ad dictum tempus *treugas de novo indictas*, sententias infuper excommunicationis in contravenientes laticas per ipsum Papam, prout in dictis litteris plenius continentur: *Cumque dictas litteras præsentarem* dicto Regi Franciæ legendas, idem Rex in continentis antequam eadem litteræ legerentur nomine suo, & se præfente fecit exprimi, & mandavit in nostra præsentia protestationes hujusmodi, & alia, quæ sequuntur: Videlicet, regimen temporalitatis Regni sui ad ipsum Regem solum & neminem alium pertinere, seque in eo neminem superiorem recognoscere, nec habere, nec se intendere, supponere vel subicere modo quocunque viventi alicui super rebus pertinentibus ad temporale regimen regni, sed potius se intendere Feoda sua justitiare, Regnum suum defendere continere, jusque regni per omnia prosequi cum subditis suis, amicis & valitoribus, prout hæc Dominus ministrabit: maxime cum dictarum treugarum indictionis virtus, vel indictionis intentio, ipsum Regem aliquatenus non impediat in præmissis vel aliquo eorundem, ut dicebat; nec aliquem obicem contrarietatis opponat: sed dicti Regis Regnique sui turbatores, & æmulos arctius reprimat, illorum compescat audaciam, ausus frænet, ac excommunicationis sententias, si contra treugarum tenorem ipsarum venire præsumperint, ipso Rege dictoque Regno suo remanentibus non ligatis, juxta declarationem per dictum Dominum Papam factam litteris suis patentibus ipsi Regi directis: à quibus declaratione & protestationibus verbo vel facto, nunc vel in futurum idem Rex non intendit recedere, ut dicebat. *Quatenus autem ipsius Regis tangit animam, & ad spiritualitatem attinet*, idem Rex prædecessorum suorum sequens vestigia, *paratus est, monitionibus & præceptis sedis Apostolicæ devotè ac humiliter obedire, in quantum tenetur & debet*, & tanquam verus & devotus filius sedis ipsius, & sanctæ Matris Ecclesiæ reverentiam observare. Quibus præmissis, nos ad publicationem dictarum treugarum & earum prorogationis ac sententiarum processimus, dictasque litteras Apostolicas & earum tenorem legi & seriatim exprimi facimus Regi prædicto. In quorum testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Credulii Bellovacensis Dioecesis, decimo tertio Kalend. Maii, anno millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, Pontificatus prædicti Domini Bonifacii Papæ VIII. anno tertio. Sigillatum duobus sigillis dictorum Cardinalium.

LII. (c) *Exemplar litterarum indictionis Jubilei, 1300. à Bonifacio VIII. instituti per Sylvestrum ejusdem Papæ a Secretis missarum ad Ecclesiam Amalfitanam.*

Universis Christi fidelibus præsentibus ac futuris, Sylvester Domini
 Papæ scriptor, pacem corporum & salutem perpetuam animarum.
 Miranda nostris sensibus intonuit nuper e cælo novi rumoris vene-
 randa festivitas & celebris in urbe fama totum divulganda per or-
 bem, non immerito recolenda concrevit super quibus tanta est relocatoribus
 fides certior exhibenda, quando facti qualitas & series rei gestæ, verisimiliora
 videntur habuisse primordia & auctorizabiliores in tanto ministerio paratro-
 res. Sane olim sicut habet antiquorum fida relatio, & in lege Mosaica ple-
 nius dicitur haberi, priusquam mundo sacræ doctrinæ lumen Apostolicæ
 rutilaret, mos erat Judæis inviolabiliter observandus, quod omnis annus quin-
 quagesimus, numerandus à die septimo, in quo requievit Dominus ab omni
 opere, quod pararat, diceret non immerito jubileus. In humana multis an-
 guistiis circumducta conditio, & nonnunquam pro diversitate temporum, quo-
 niam variis molestiis fatigata, in amplæ gratiæ donum, & magnæ reveren-
 tiæ signum Dominicæ potestatis, jubilationibus insistenti, & vacando solatiis
 à labore quiesceret, & in pacis otio refloresceret. Illo amplius potissime or-
 dinato, quod mancipari carceribus, debitis obligari, destituti propriis, &
 cuique suppositi gratia servitutis, eodem anno plenam consequerentur & in-
 tegram commissorum absolutionem facinorum, debitorum relaxationem,
 bonorum restitutionem in integrum, & pristinam libertatem. Quod sanctis-
 simi patres, qui fuerunt pro tempore summi Pontifices, perspicaci studio re-
 colentes ac volentes exemplo simili animarum salutem adinvenire fide-
 lium & procurare quietem, & quos contingeret irretiri laqueo peccatorum,
 aut hostis humani generis versutis, cupientes autoritate iis tradita, & de
 concessæ potestatis plenitudine de manu inferi liberare; ut fideles ipsi ad
 bonorum invitationem operum, eo se studiosius animarent & cessarent a
 malis, quo exinde de spiritualium largitione bonorum dona recipere cha-
 riora sentirent ad honorem Dei, & reverentiam Apostolorum principis S.
 Petri, à quo cuncti successores Pontifices summi coronam obtinent præsu-
 latus; dicuntur in ejusdem anni Jubilei figuram, in honorabili Basilica S.
 Petri de urbe, anno Centesimo quolibet, à Nativitate Domini tempore in
 signum clavium & salutis eorum, qui præfatæ Basilicæ limina visiterent,
 multas & magnas remissiones & amplas peccatorum indulgentias verisimi-
 liter concessisse. De quibus indulgentiis sic obtentis, licet scripta non ap-
 pareant manifesta; quæ si fuerint tantæ forte gratiæ, manus rapuit invida,
 vel dolosa lingua subtrahit, aut barbaræ nationis impietas, quæ dicitur Basili-
 cam ipsam sæpe exposuisse jacturis & ipsius spoliis exultasse frequentius,
 forsitan laceravit. Ex nonnullorum tamen testimonio, qui nunc, faciente
 domino, super vivunt & aliis ex multis, qui se illud ex progenitoribus asserunt
 accepisse, aliqualis habetur credibilis certitudo. Propter quod sanctissimus Pa-
 ter ac Dominus D. Bonifacius divina providentia Papa VIII. iis in magna
 cordis deliberatione auditis, habitisque super hoc intra se meditatione solli-
 citis & cum sacro DD. Cardinalium cœtu deliberatione solenni, velut pa-
 stor bonus, ad ovile Domini congregans vigilantius gregem suum, & tam-
 quam doctus puppis Apostolicæ remex, portum quietis desiderans parare
 fidelibus & salutem; attendens quoque dignum fore BB. Petri & Pauli Apo-
 stolorum de urbe Basilicis (qui caput fuerunt fidei & Ecclesiæ præcipui
 fundatores) similiter honoris & reverentiæ prærogativa gaudere, & eidem
 Apostoli eo amplius honorentur, quo eadem Basilicæ, ubi eorum sancta
 requiescunt corpora, devotius fuerint fidelibus frequentatæ, ad illudque fi-
 deles ipsi tanto ferventius aminentur, quanto exinde majora noscuntur iis-
 dem, supernæ dono gratiæ, munera provenire; præfatas remissiones & indul-
 gentias omnes & singulas raras habendo & gratas, eas autoritate Apосто-
 lica

lica confirmavit, approbavit & suo patrocinio communivit, eisdem auctoritate & plenitudine potestatis omnibus in presentis anno M. CCC. a festo Natalis Domini præterito proxime inchoato, & in quolibet centeno securo anno, ad præfatas Basilicas accedentibus reverenter, vere pœnitentibus & confessis, vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur in huiusmodi presentis & quolibet centesimo securo anno, nos tantum plenam & largiorem imo plenissimam omnium suorum peccatorum veniam misericorditer concedendo, quam quidem indulgentiam, facta de ipsa ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum privilegio speciali die festo Cathedralis S. Petri in eisdem Sanctâ Basilicâ de Urbe idem summus Pontifex celebrando, more solito publicavit & prædicavit eandem, innumerabili ad hoc fidelium multitudine congregata. Adhuc expressius statuendo, quatenus qui huiusmodi indulgentiæ ab eo concessæ, ut prædicatur, voluerint esse participes & Romani fuerint, ad minus XXX. diebus continuis vel interpolatis, & saltem semel in die, si vero torenses fuerint vel peregrini modo simili quindecim diebus ad easdem Basilicas accedere teneantur. Ecclesiæ tamen Romanæ rebellibus, & fautoribus eorundem, nec non portantibus mercimonia prohibita Saracenis, indulgentiæ huiusmodi gratiâ penitus inderdicti. Quâ ex re cunctæ fidelium nationes exultare debent in domino & grandiori cumulo gaudere, quo ex hoc se consequi majora persentiunt: quoniam multis nostris usque suspensa primævis munera gratiarum.

2. Tenemur quoque fratres charissimi Domino Deo nostro (qui non fecit taliter omni nationi, nec talia manifestavit iis, continua in laudibus exolvere vota precum, quod ætatis nostræ temporibus, tantæ gratiæ plenitudo ad salutem perpetuam, nostris oculis miseratione pietatis illuxit ac pro eisdem D. Papæ prosperâ cum longitudine dierum vitâ (quam tribuat tibi Deus) debemus ei supplicius exorare, quo manifestius per suæ sanctitatis clementiam, novellam regenerationem huiusmodi perpendimus suscepisse. Igitur hac die, quam fecit Dominus exultantes & lætantes in eam redemptionem quam misit Dominus populo suo, in æternû pulvis procul torporibus, surgamus omnes ocyus, humiliter suscepturi, ut qui que sacratissimi huius anni tempore, horis psallimus in quietis donis & ipte munere in beatis. Eia ergo vocati, accingite lumbos vestros, pellite vecordiam, evacuare curas, tollite moras, accelerate cursum pœnitentiam agentes, in orationib⁹ vigilantes. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis, quærite igitur dum inveniri potest, quoniam prope est vestrarum remedium animarum. Ac continuatis dieterim pasibus ampliatis, ad præfatas Basilicas quantoocius maturetis accessum tam dulcis læ gratiæ potaturi. Ut undâ remissionis huiusmodi ablati vestrorum sordibus peccatorum, de presentis vitæ subducti miseria, ad repromissam divinæ beatitudinis gloriam ascendere Dei pietate mereamur æternum. Datum Romæ 8. Cal. Mart. Pontificatus prædicti D. Papæ anno VI. *Ipsò dein Bonifacii diplomate inserto, subjungebatur.*

LII. (d) Tenor indictionis prima Jubilæi. Roma 8. Kalend. Martii 1300.

Bonifacius, &c. ad certitudinem presentium & memoriam futurorum.
 1. Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum de Urbe concessæ sunt remissiones magnæ & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui juxta officium nostrum

noſtri debitum ſalutem appetimus & procuramus libentius ſingularum, hujusmodi remiſſiones & indulgentias omnes & ſingulas raras & gratas habentes. ipſes auctoritate apoſtolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innovamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ut tamen beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli eo amplius honorentur quo ipſorum Baſilicæ de Urbe devotius fuerint à fidelibus frequentata, & fideles ſibi ſpecialium largitione munerum ex hujusmodi frequentatione magis ſibi ſe reſectos; nos de omnipotentis Dei miſericordia & eorundem Apoſtolorum ejus meritis & auctoritate conſili de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis omnibus in præſenti anno milleſimo trecentefimo à feſto natiuitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti præterito proxime inchoato & in quolibet anno centefimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reverenter, verè pœnitentibus & confeſſis; vel qui verè pœnitebunt & confeſſebuntur, in hujusmodi præſenti & quolibet centefimo ſecuturo annis, non ſolum plenam & largiorem immo pleniffimam omnium ſuorum concedimus ventam peccatorum: ſtatuentes ut qui voluerint hujusmodi indulgentiæ à nobis conceſſæ fore participes, ſi fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis vel interpolatis & ſalem ſemel in die, ſi vero peregrini fuerint aut forenſes modo ſimili diebus quindecim ad baſilicas eaſdem accedant. Unusquiſque tamen plus merebitur & indulgentiam efficacius conſequetur qui baſilicas ipſas amplius & devotius frequentabit. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum VIII. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno VI.

Subſequentur deinde hæc verba:

Annus Centenus Romæ ſemper jubileus
Crimina laxantur; cui pœnitet, iſta donantur;
Hoc declaravit Bonifacius & roboravit.

Anno CCC. in quo pleniffima indulgentia data fuit per ſummum Pontificem Bonifacium D. Andreas de Alarico civitatis hujus Amalthæ, venerabilis Archiepiſcopus Amalitanus fecit reponi hanc ſcripturam in Archiepifcopio Amalitanæ Eccleſiæ, ad memoriam futuram.

III. (c) *Bonifacii Epiftoſa admonitoria ad Philippum Regem, ut reſipiſcat, in aliena jura non involet & in auxilium terra ſancta intendat. Lateran. non. Decembr. anno 1301.*



Bonifacius Epifcopus ſervus, ſervorum Dei &c. Chariffimo in Chriſto filio Philippo Francorum Regi illuſtri. Auſcultæ, fili chariffime, præcepta patris & ad doctrinam magiſtri, qui gerit illius vices in terris, qui ſolus eſt magiſter ac dominus, aurem tui cordis inclina, viſcerofæ ſanctæ matris Eccleſiæ admonitionem libenter excipe & cura efficaciter adimplere; ut in corde concepto ad Deum reverenter redeas, à quo per deſidium vel depravatus conſilio noſceris reſeſſiſſe; ac ejus ac noſtris beneplacitiis te devore conformes. Ad te igitur ſermo noſter dirigitur, tibi paternus amor exprimitur & dulcia matris ubera exponuntur. Campum ſiquidem humanæ mortalitatis ingreſſus, renatus ſacri fonte Baptiſmaris, renuncians diabolo & pompis ejus, non quaſi hoſpes & advena, ſed jam domesticus fidei & civis ſanctorum effectus, ovile dominicum intraſti collaſtaturus non ſolum adverſus carnem & languinem, ſed etiam contra aéreas poteſtates, mundique Reſtoris præſentium [Principis] tenebrarum. Sic veri Noë es arcam ingreſſus, extra quam nemo ſalvatur, catholicam videlicet Eccleſiam, unam columbam

imma-

maculatam, unici Christi sponsam, quæ in Christo Vicario, Petrique successoræ primatum noscitur obrinere. Qui collatis clavibus regni Cælorum, iudex a Deo, vivorum & mortuorum constitutus agnoscitur, ad quem sedentem iudicii solio, dissipare pertinet suo intuitu omne malum. Hujus proiecto sponsæ quæ de Cælo descendit a Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo, Romanus Pontifex caput exilit, nec habet plura capita monstruosa, cum sit sine macula, sine ruga, nec habens aliquod inhonestum. Sane, Fili, cur ista dixerimus & imminente necessitate, & urgente conscientia expressius aperuimus, accipe. Constituit enim nos Deus licet insufficientibus meritis super Reges ac regna, imposito nobis jugo apostolicæ servitutis, ad evellendum, destruentium & dissipandum, dissipandum, rectificandum atque plantandum sub eius nomine & doctrina. Et uti gregem pascentes dominicum, consolidemus infirma, sanemus ægrota, alligemus fracta & reducamus abjecta, vinumque infundamus & oleum vulneribus sauciatis. Quare, fili charissime, nemo tibi suadeat, quod superiorem non habes, & non subis summo Hierarchiæ ecclesiasticæ Hierarchiæ; nam deliripit, qui sic sapit, & inaniter hæc affirmans convincitur infidelis, nec est intra boni pastoris ovile. Et licet de lingulis Regibus & Principibus sub fide militantibus, pro eorum salute sollicitè cogitemus, erga te tamen officii nostri debitum eo amplius, eoque charitius & attentius dirigere debemus & exequi; quo majori personam tuam paternam & maternam charitate complectimur. Et non solum te, sed progenitores, domum & regna tua in diversis nostris statibus plena & pura sumus benevolentia persecuti. Nec possumus, cum non debeamus, silentio præterire, quin ea, per quæ oculos divinæ maiestatis offendis, nos perturbas, graves subditas Ecclesiis & ecclesiasticas secularesve personas opprimis & affligis, nec non Pares, Comites, Barones [nobiles] aliosque domesticos, & nos tibi suggerant; te opportunis studiis, & temporibus inducendum, ut errata corrigeres, emendares excessus, Regnum tuum in pacis dulcedine & tranquillitate disponeres, ac clerici ac populi gravaminibus abstineres; inoque jure contentus, in aliorum injuriam occupatrices non extenderes manus tuas; Sed quòd te correxeris, quòd in te salutis semina sara, ut vellemus, fructificaverint, non videmus. Quinimo delinquendi licentiam & multiplicandi peccata, videris, proh dolor! in consuetudinem protulisse.

2. Et ut aliqua explicabiliter inferamus, ecce quòd licet pateat manifestum, ac explorati juris existat, quòd in Ecclesiasticis dignitatibus, personatibus & beneficiis, canonicatibus, & præbendis vacantibus, in curia vel extra curiam Romanus Pontifex summam & potiorem obineat potestatem, ad te tamen [sensus: & idè ad te] hujusmodi Ecclesiarum, dignitatum, personatum, beneficiorum, canonicatum collatio non potest quomodolibet pertinere, nec pertinere; nec per tuam collationem ipsis vel eorum aliquo, potest alicuius acquiri, sine autoritate & consensu apostolicæ sedis, tacitis vel expressis; quas qui accipit & denegar se accepisse, iis propter Ingratitudinem est privandus, & etiam ille, qui permissa vel concessa abutitur potestate; & qui contrarium tibi suadet, est contrarius veritati: Nihilominus in terminos tuos positos irreverenter excedens, ac factus impariens super hoc injuriotè obvias ipsi sedi, ejusque collationes canonicè factas executioni mandare non sustines, sed impugnas, quamvis tuæ qualitercumque factæ procedere dignoscantur. Et cum in iudicio esse debeat distinctio personarum: Tu tamen in propria causa jus tibi dicere vis, ut non in communi, sed in proprio iudicio partes actoris & iudicis sortiaris. Et si quempiam injuriari reputas, contemnis de ipso conqueri coram competente iudice, seu etiam coram nobis, quantumque [quantum vis] injuriaris sit persona ecclesiastica vel mundana, de regno tuo vel extra. Et de illatis per te, vel tuos injuriis atque damnis, ac de tuis actorum excessibus,

sibus, recusas per aliquem judicare; & ad surripienda & occupanda ecclesiastica bona & jura, prohibito voluntatis, occupatrices manus extendis, in casibus tibi non concessis ab homine vel à jure.

3. Prælatos insuper & alias Ecclesiasticas personas, tam religiosas, quam sæculares Regni tui, *etiam super personalibus actionibus, juribus & immobilibus bonis, quæ à te non tenentur in feudum*, ad tuum judicium protrahis & coarctas, & *inquestas fieri facis & detineri*; licet in clericos & personas ecclesiasticas nulla sit laicis attributa potestas. Præterea contra injuriatores & molestatores Prælatorum & personarum Ecclesiasticarum, eos uti spirituali gladio, qui iis competit, liberè non permittis; nec jurisdictionem iis competentem in monasteriis seu locis ecclesiasticis, quorum recipis *Guardiam vel custodiam*, vel à prædecessoribus tuis receptam supponis, pateris exercere; quin potius sententias seu processus, per dictos prælatos ac personas ecclesiasticas licitè promulgatos & latus, si tibi non placent, directe vel indirecte revocare compellis.

4. Et quod tacere nolumus, *Lugdunensem Ecclesiam, tam nobilem, tam famosam, tam claram, in prædictæ sedis pectore constitutam, qua in temporalibus, & spiritualibus reflorebat, tu ac tui injuriosis gravaminibus & recessibus, ad tantam inopiam, & oppressionis angustiam deduxistis, quod vix adjicere poterit ut resurgat, quam constat non esse infra limites regni tui. Nosque, qui quandoque Canonici fuimus in eadem Ecclesia, ejusque libertatum, privilegiorum, & jurium notitiam plenam habemus, non revocamus in dubium, quod injuriose tractas eandem. Vacantium etiam regni tui Ecclesiarum redditus, & proventus, quos tu ac tui appellatis Regalia per abusum; tu ac ipsi tui, non moderate percipitis, sed immoderate consumitis. Sic fit, ut quorum custodia fuit ab initio regibus pro conservatione commissa, nunc ad consumptionis noxam discriminole perveniant, & discriminosis abutibus exponantur. Quod enim custodiendum est, rapitur, & quod conservandum, illicitè devoratur, & custodes sunt lupi rapaces effecti; & sub prætextu custodiæ status Ecclesiarum dispendia perfert, damna sustinet & miserabiles fortitur eventus, promeritæ conservationis spe utique defraudatur. Et quidem Prælati, & ecclesiasticæ personæ, nedum hi quos Regni tui continent incolatùs, sed per illud alienigenæ transeuntes, *bona propria mobilia de regno ipso nequaquam extrahere permittuntur*, ex quo diversa patiuntur incommoda, & qui super hoc libero uti debent arbitrio, servitutis quasi jugo premuntur.*

5. Atque uti de *mutatione monetæ*, aliisque gravaminibus & injuriosis processibus per te ac tuos magnis ac parvis Regni ejusdem incolis irrogatis, ac habitis contra eos, quæ processu temporis explicari poterunt, taceamus ad præfens; qualiter in præmissis & aliis libertas ecclesiastica & immunitas tuis sunt enervatæ temporibus, qualiter sacris & piis, providis & maturis progenitorum tuorum vestigiis, quæ per universa mundi climata mittebant illustrissimos radios claritatum, degenerasse noscaris, nempe multorum ad nos infinuatio clamosa perducit, ac nedum in Regno ipso, sed & in diversis mundi partibus innotescit. Et Ecclesiæ dicti Regni, quæ solebant hæcenus libertatibus & quiete vigere, nunc factæ sunt sub tributo, sicut luctuosus clamor earum sub intolerabili persecutione testatur. Nec ignoras, quod super iis & consimilibus, ad Deum nec non ad te sæpius nedum clamavimus, & exaltavimus vocem nostram, annuntiavimus scelera, delicta deteximus, sperantes te ad pœnitentiam revocare; & adeo desudavimus in clamando, quod rauce factæ sunt fauces nostræ. Sed tu velut aspis surda obrurasti aures tuas & nostra salubria monita non audisti, nec recipisti ea veluti medicamenta curandis. Verum licet ex præmissis contra te, sumere arma, pharetram atque arcum, non indiguè, nec injustè possemus, ut te tanto revocare-

revocaremus in vivo, ad semitam reducendo salutis; adhuc nihilominus, dum tamen filialiter metuas, hæc tibi significare decrevimus; ut saniori ductus consilio à facie arcus inflexibilis sententiæ potius, immo protinus effugias, quàm expectes debitæ judicium ultionis; cum tutius dignoscatur ante casum occurrere, quam remedium quærere post tuinam.

6. Cùm autem nos debitum pastoralis officii urgeat, & publicæ utilitatis intersit, ut qui nec Deum timent, nec deferunt Ecclesiæ; neque censuram canonum reverentur, & quasi descendentes in profundum malorum, contemnunt; quamvis iis displiceat, ad salutem etiam trahamus invitos: Nos volentes, ne ex dissimulatione tam longâ, Nos tua culpa reddat obnoxios, ne si vel te, quod ablit, incorrectum Deus de hac vita subtraheret, anima tua de manibus nostris; equiratur; neve tui custodia, quam suscepimus in commisso nobis officio apostolicæ servitutis nostrum cedat periculum, & discrimen, ac perditionem multorum, dissimulando talia, & diutius tolerando: Ecce amore paterno commoti, qui omnem vincit affectum, ex affluentiâ maternæ sollicitudinis excitati ad providendum, ne perdat cum impiis Deus animam tuam, neve tua & tam amari regni claritas, malis artibus ac detestandis insolentis denigretur; cum fratribus nostris pleniori super hoc habito consilio, venerabiles *fratres* nostros Archiepiscopos, Episcopos, ac dilectos *filios*, Electos, & Cisterciensis, Cluniacensis, & Præmonstratensis, nec non sancti Dionysii in Francia Parisiensis Dioecesis, majoris Turonensis ordinis S. Benedicti Monasteriorum, Abbates ac Capirula Ecclesiarum cathedralium regni tui, ac magistros in Theologia, ac in jure canonico & civili, & alias personas ecclesiasticas oriundas de regno prædicto per alias nostras patentes literas certo modo ad nostram præsentiam evocamus: Mandantes iisdem quod in Calend. Novembrib. futuris proxime, quas iis pro peremptorio termino assignamus, nostra se conspectui repræsentent. Ut apud te ac alios subblata repentina exceptione consilii, quinimo maturiori cautela servata, & frustratoriis objectionibus amputatis, super præmissis & aliis deliberatè consulamus eosdem, cum quibus sicut cum personis apud te suspitione carentibus, quin potius acceptis & gratis, ac diligentibus nomen tuum, & affectantibus prosperum statum regni tui, tractare consuleris, & ordinare salubrius valeamus, quæ ad præmissorum emendationem, tuamque directiorem, quietem atque salutem ac bonum ac prosperum regimen ipsius Regni videbimus expedire. Si tuam itaque rem agi putaveris, eodem tempore, per te vel per fideles viros & providos, tuæ conscientios voluntatis ac diligenter instructos, de quibus plene valeas habere fiduciam, iis poteris interesse. Alioquin tuam vel ipsorum *absentiam* divina replente *presentia*; in præmissis, & ea contingentibus, ac aliis, prout superna nobis ministraverit gratia & expedire videbitur, procedemus. Tu autem audies, quid in nobis loquetur Dominus Deus noster; in quibus tamen sine offensa Dei, scandalo & periculo Ecclesiæ, offensione iustitiæ & utilitatis publicæ læsione & honoris tui, poterimus minorationis vitare dispendia, deferre tibi disponimus; & tui etiam culminis salubria comoda promovere, si te correxeris & habilitaveris ad gratiam promerendam.

7. Cæterum licet super præmissis & similibus, & * excusandas excusationes in peccatis, te aliqui excusare nitantur, non tantum ea tibi, quantum & tuis pravis Consiliariis imputando, in hoc tamen tu inexcusabilis comprobaris, quod tales Consiliarios, honoris tui utique destructores tuæque salutis & famæ falsos & implos consumptores assumis & retines, iisque regiam præstas assensum; qui ad tam enormia & detestabilia te inducunt. Hi sunt quasi falsi Prophetæ, suadentes tibi falsa & stulta, qui non viderunt à Domino visionem. Ergo fraudulentis detractionibus & subversionibus

ralium, sub adulationis & falsi consilii utique velamento consistis, minime quæsumus, acquiescas, quia in vastitate quadam hostili devorant incolas regni tui & non tibi, sed iis mellificarunt apes.

8. Isti sunt secretiora ostia, per quæ ministri Bel sacrificia, quæ superimponeretur à Rege, baculo asportabant. Hi sub umbra tua & aliorum bona diripiunt & sub obtentu justitiæ palliari opprimunt, Ecclesias gravant & reditus alienos violenter invadunt, pupillo & viduæ non intendunt, sed impinguntur lachrymis pauperum & divitum oppressorum. Discordias suscitant & fovent, guerras nutriunt ac pacem de regno tollere pravis operationibus non verentur. Verumtamen cadit in hæc illa prava dissimulatio Judæorum, qui [dum] linguis crucifigentes Dominum, dicentes tamen, iis non licere interficere quemquam, tradebant eum occidendum militibus, ut ab iis culpa in alienos transferretur. Tantam namque prudentiam Deus tibi ministrat ex alto, tantum vides & audis in illis, quorum potes exemplo doceri, totque tibi meminimus salubria consilia destinasse; quod si tuâ studia converteres solerter ad bonum; talium te curares consiliatorum juvenine communitate, qui te in stultum finem nequaquam impingerent, sed ad incrementa salutis & utilitatis publicæ prudentius animarent. Sed timemus, ne apud te, cujus interiores oculi putantur illicitis excæcari, vilescat sermo dominicus & verba ædificativa vitæ, productiva salutis, amoris defectui ascribantur. Ad hoc, ne *Terra sanctæ negotium*, quod nostris ac tuis ac aliorum fidelium deber ætius insidere præcordiis, nos pures oblivioni dedisse; memorare fili ac discute, quod progenitores tui Christianissimi Principes, quorum debes laudanda vestigia solerti studio & claris operibus imitari, exposuerunt olim personas ac bona in subsidium dictæ terræ, sed Saracenorum invalescente perfidia & Christianorum ac tua ac aliorum Regum ac Principum devotione solita tepescente, terra eadem tuis utique temporibus heu perdita noscitur & prostrata. Quis itaque canticum Domini cantet in ea? Quis assurgit in ejus subsidium & recuperationis opportunitatis juvenem adversus impios Saracenos magnificentantes & operantes iniquitatem, & debachantes in illa? Ad ejus quippe succursum, arma bellica periisse videntur & abjecti sunt clypei fortium, qui contra hostes fidei dimicare solebant. Enses & gladii evaginantur in domesticos fidei & seviunt in effusionem sanguinis Christiani. Et nisi a populo Dei domesticæ insolentiæ succidantur & pax ei perveniat salutaris; terra illa jactura actibus malignorum, à periculo desolationis & miseriæ per ejusdem populi ministerium non resurget.

9. Si hæc & similia benevola mente revolvās, invenies, quod obscuratum est aurum & color optimus immutatus est. An non ignominia, & confusio magna tibi & aliis Regibus & Principibus Christianis adesse dignoscitur, quod versa est ad alienos hæreditas Christi & sepulchrum ejus ad extraneos devolutum? Qualem ergo retributionis gratiam merebuntur apud Deum Reges & Principes & cæteri Christiani, in quibus terra quæ rit respirare prædicta, si non est, qui sustentet eam, ex omnibus quos nutrit? Clamat enim ad Dei filios civitas Hierusalem & suas exponit angustias & in remedium doloris ejus filiorum Dei implorat affectus. Si ergo filius Dei es, dolores ejus excipias; tristare & dolo cum ipsa, si diligis bonum ejus. Tartari quidem pagani & alii infideles eidem terræ succurrunt, & ei non subveniunt Christi pretioso sanguine redempti; nec est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Hoc à disidiis privatis obvenit, dum utilitas publica utilitatis ardore consumitur, nonnullis, quæ sua sunt quærentibus, non quæ Christi: quorum peccata Deus ultionum dominus non solum in ipsis vindicat, sed etiam in progenies eorundem.

10. Tremenda itaque sunt Dei judicia & metuenda, ante quæ, non parantes justitiam, damnabuntur. Justus autem de angustia liberabitur & cedit impius in laqueum, quem tetendit. Tu vero, fili, communiens in tribus temporibus vitam tuam, ordinando præsentia & commemorando præterita, sic te præpares in præmissis & aliis sic reformes, quo ad judicium Dei & nostrum ab illo dependens, non damnandus accedas, sed in præsentem gratiam & in futuro salvationis ac retributionis æternæ gloriam merearis. Datum Laterani nonis Decembris; Pontificatus nostri anno VII.

LII. (f) *Bonifacius VIII. suspendit privilegia Philippo Regi Francia & membris stricci consilii ejus concessa. Laterani 2. non. Decembr. anno 1301.*

Bonifacius VIII. ad perpetuam rei memoriam. Salvator Mundi secundum ordinatissimam dispensationem temporum, naturæ primum, post durum Mosaicæ, [Legis] & tandem Evangelicæ gratiæ suave jugum imposuit. Et ideo non mirandum, si ejus Vicarius Petricus successit, secundum varietatem temporum, personarum & locorum qualitate pensata, statuta, privilegia, indulgentias, concessionēs & gratias, quæ a sedē apostolica pro tempore conceduntur, credente ipsa conjectura prodesse, aut necessitate urgente, vel utilitate publica suadente; postquam experimento inutilia comprobantur, suspendit, revocat & immutat. Præsertim propter ingrætitudinem vel abusum eorum, quibus hujusmodi gratiæ & privilegia ac indulgentiæ sunt concessæ, & tendit ad noxam, quod concessum fuerat ad medelam. Ejus quoque, quod ex causa conceditur, ea cessante, cessare deberet effectus. Jureque pater pariter & exemplo, quod permissa vel concessa revocantur postmodum rationabiliter & mutantur. Nec Romanus Pontifex in concedendis gratiis suæ plenitudinem potestatis astringit ita, quin possit eas, cum decet & expedit, revocare.

2. Nos igitur attendentes, quod nonnulla privilegia, indulgentias & gratias, charissimo in Christo filio nostro Philippo Francorum Regi illustri; ejusque successoribus, specialiter pro defensione regni sui, sub certis formis duximus concedenda; & gratiosè aliqua concessimus clericis & laicis, qui de suo & successorum suorum Stricci Consilio fuerint, vel majori parti eorum; quorum privilegiorum, gratiarum & concessionum prætensione, per abusum, Ecclesiis & Ecclesiarum Prælatiis & personis religiosis & sæcularibus dicti Regni, magna gravamina & dispendia sunt illata, & gravia scandala sunt exorta & inantea possunt oriri: & præcaventis ne tali prætextu, supradicti Ecclesiæ prælati aut personæ ecclesiasticæ plus graventur; providimus super hoc salubre remedium adhibere. Unde illa omnia, quantum ad omnem ipsorum effectum, de fratrum nostrorum consensu usque ad prædictæ sedis beneplacitum duximus suspendenda; illa maximè, quæ tempore guerrarum, quibus dicti Regni status pacificus turbabatur, fuere concessa. Nec considerationem nostram pertransit, quod divina faventē clementia per ministerium nostrum, inter ipsos & charissimum in Christo filium nostrum Regem Angliæ est pacis reformatio subsequuta; & saltem non est tanta necessitas defensionis hujusmodi, cum tanto onere aliorum. Aliàs si quæ sit aut esse dignoscitur, culpa sua. Insuper quicquid prælati & personis ecclesiasticis & regularibus & sæcularibus dicti Regni sub titulo decimæ vel cuiusvis subsidii quocumque nomine censetur; impositum fuerit, petrum & requisitum ab iis, etiamsi ad illud solvendum Prælati & personæ prædictæ assensum præstiterint, vel ad hoc se duxerint obligandos;

nec

nec adhuc exactum fuerit vel solutum; absque sedis ejusdem speciali mandato decernimus non solvendum. *Executoribus* super præmissis, vel aliquo præmissurum à dicta sede concessis, districtè mandantes, ut contra hujusmodi suspensionem & decretum nostra, aliquis non aggravent vel molestant, aut contra eos hujusmodi occasione, aut causa modo aliquo procedant. Et si secus fecerint, illud decernimus irritum & inane, & nullius volumus existere firmitatis. Cæterum quiaabilis est humana memoria, & ipsi regi se corrigenti & habiliranti ad gratiam promerendam, libenter quantum cum Deo possumus, absque multorum scandalo complacemus, dictis & suspensione & decreto in sua firmitate manentibus, Calendas Novembris proxime venturi pro peremptorio assignamus, ut omnia privilegia, gratiæ, indulgentiæ & concessiones, quæ dicto Regi ac successoribus suis, & clericis & laicis de ipsorum consilio, illa præfertim, quæ; dum in urbe veteri vel Anagninæ cum nostrâ moraremur curia, sub quavis forma noscitur concessisse, dictæ sedis conspectui præsententur & ad nostrum & ipsius notitiam deducantur, ut considerari ipsis & visis provideri possit, si dicta suspensio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. Datum Laterani 2. non. Decemb. Pontificatus nostri an. VII.

LII. (g) *Lettre envoyée par tous les Barons des Royaume de France au College des Cardinaux, quand le Roy appella contre Boniface Pape. Paris 10. Avril 1302.*

A Honorables peres lors chiers & anciens amis, tout le Colliege, & à chacun des Cardinaux de la sainte Eglise de Rome, li Duc, li Comte, li Baron & li Noble, tuit du Royaume de France, salut & continuel accroissement de charité, d'amours, & de toutes bonnes aventures à leur desir. *Seigneurs*, vos espicialement sçavez, & seait chacun qui a sain entendement, comment l' Eglise de Rome, & li Royaume de France, li Rois, li Baron, li Clergié & li peuples d'iceluy Royaume, ont d'ancien-
neté & continuellement de coutume esté conjoints ensemble par terme & vraye amour & charité; & les grans miseres, les peines & les travaux que nos antecessours, & li plusieurs de nous & des nostres ont souffert, souffrent & souffriront tousjours en l'honneur de celuy qui pour nous souffrit passion & mort, pour soustenir & eslaucier [exhauller] la loy, & la foy Chrestienne & sainte Eglise, pour la quelle plusieurs d'eux ont mairtes-
 fois souffert moult de griefves peines & travaux, & estés pris & naurés à mort, & les grans cures que la divine Eglise a mises pour le bon estat du Royaume. *Et pource que* trop griefve chose seroit à nous, se celle vraye unité qui si longuement a dure entre nous, se demenuisoit & defailloit maintenant par la male volenté & par l'ennemirié longuement nourrie sous l'ombre d'amitié, & par les torcionnieres & defrenables entrepries de ce-
 luy, qui en present est au siege du gouvernement de l' Eglise; nous vous certifi-
 ons par la tenour de ces lettres aucunes mauvaises & outrageuses nouvele-
 tes, que il a de nouvel entrepries à faire à nostre treschier & redsuré Soignieur, Phelippe par la grace de Dieu Roy de France, & à tout le Royau-
 me; lesquelles nostre Sire li Roy fit exposer entendiblement par devant nous, & tous les Prelats, les Abbés & les Priours, les Doyens, les Prevosts, les Procureurs des Chapitres & des Convents, des Collieges, des Universitez & des communautéz des villes de son Royaume, presens devant luy; pour les
 quels seils par sa desordenée volenté estoient poursuivies, l'unitéz & l'amitié
 devant dites, se deseroient & desjoindroient entre la dite Eglise & le Roy
 & le Royaume & nous; car nous ne le pourrions, ne le vourrions souffrir

en nulle maniere, pour peine, perte, ne meschief que souffrir en deussiens, en personnes, en enfans, en heritages, ne en autres biens.

2. Premiers entre les autres choses que audit Roy nostre sire furent envoyées par messages & par lettres, il est contenu, que du Royaume de France, que nostre sire li Roy, & li habitans du Royaume, ont tousiours dit estre soubjet en temporalité de Dieu tant seulement, si comme c'est chose notoire à tout le monde; il en deuroit estre soubjet à luy temporellement, & ne luy [l. & de luy] le deuoit & doit tenir: & plus que il encores avec ce a fait appeller les Prelats; les Docteurs en diuinité, les Maîtres en Canon & en Loix dudit Royaume de France, pour auander & corriger les excés, les griefs, les oppressions & les dommages, que il dit par sa volenté, estre faits par nostre Sire li Roy, par ses Menistres & par ses Baillifs, as Prelats, as Eglise, as personnes de Eglises, à nous, aux Uniuersitez & au suable du dit Royaume: jaçoit ce que nous ne les uniuersitez ne li peuples du dit Royaume ne requirons, ne ne voulions auoir, ne correction, ne amende sur les choses deuant dites par luy, ne par s'authorité, ne par son pouuoir, ne par autre, fors que par ledit nostre Sire le Roy: & ja auoit pourueu li Roy nostre Sire à mettre remede à griefs, s' aucun en y eust; mais pour ce a retardé, puisque ces nouvelles sont venues à luy; que il ne veult mie que il appere, que il le face par cremeur [treneur] ou par commandement, ou par correction de luy ou d'autrui. Par laquelle convocation ainsi faite li Royaume demourroit en grand péril et en grand deconfort, se il se vuidoit de si precieus joyaux & thésors, ausquels nuls ne se comparent; & que l'en doit mettre auant toutes forces, & [avant] toutes armes, c'est à Scavoir, le sens des Prelats et des autres saiges, par qui conseil, par qui sens, & par qui pourueance, le gouvernement du Royaume est adreciez & mainrens, la foy est tenue & eslaucée en fermeté, li sacremens de sainte Eglise sont amenistrez & tenus, & justice faite & gardée en celuy Royaume.

3. Pour les quieux choses & pour autres, lesquelles trop longe chose seroit à escrire, & pour ce especieusement, que cil qui à present siet au siege du gouvernement de l'Eglise, a fait & fait encores chacun jour par ces ordenances de volenté, les confirmations & les collations des Archeuesques & des Euesques, & des autres nobles benefices du Royaume deuant dit, & y a mises par grandes quantitez & sommes d'argent, par quoy il les a grévées & chargées; si que il conuient que li menus peuples, qui leur est soubgez, soient greuez & tranconnez; car autrement ne pourroient payer les exactions, qui leur a faïres par personnes mecongneës, & aucunes susseconneës; & telles & plusieurs, si comme enfans & plusieurs autres, qui de nul benefice d'Eglise tenir ne sont dignes, & qui nulle residence ne sont es Eglises où ils ont benefices, ne ja n'y entrèrent; & ainsi les Eglises sont defraudées de leur seruices, & les volenté de ceux, qui les Eglises fonderent, sont aneanties; parquoy les aumosnes sont laissiées, pitié arriere mise, & les bienfaits soubstraits qui aux Eglises souloient estre faits, & les Eglises en sont ti abaisiées & décheuës, que à peine y a nuls qui les desseruent; ne li Prelats ne poënt donner leurs benefices aux nobles Clercs, & autres bien nez & bien lettrés de leurs Diocesses, de qui Antecessors les Eglises

font fondées ; par quoy maluais exemple est donner communement à tout le pueble ; & pour les pensions nouvelles, & les seruices outrageous & defacoutuméz, & les exactions & extorsions diuerses, elles domageuses nouuelletez, li generaux estats de l'Eglise & [l. est] du tout muez, & ostez à Souverains Prelats li puoirs de faire ce qui à eux de leur office appartient & est acoustumé de faire. Et encore, ne luy touffist ce mie, mais les collations des benefices, que nostre sire li Rois & nos Antecessours ont fondez, & à li & à nous appartiennent, & ont de tout temps appartenu à li & à nos deuanciers & est acoustumé à appartenir ; il nous empesche & les veur adjouster & traire deuers li par grand conuoitise, pour plus grans exactions, & plus grans seruices à traire à luy ; & lesquelles choses nous ne pourriens ne vourrions souffrir des ores en auant en nulle maniere, pour meschief nul qui nous puisse auenir : & se estoit ainsi que nous, ou aucuns de nous le voulsissent souffrir, ne les soufferoit mie li dits nostre sire li Rois, ne li commun peuples du dit Royaume.

4. Et à grand douleur, à grand meschief nous vous faisons à sçavoir par la teneur de ces lettres, que ce ne sont choses qui plaisent à Dieu, ne doiuent plaire à nul homme de bonne volenté ; ne oncques mes [mais] telles choses ne descendirent en cuer d'homme, ne ores ne furent, ne attendues advenir, *fors anecques Antechrist* : & jacoit ce que li die en ses lettres, que ce a - il fait du conseil de ses freres ; si sçauons nous certainement, ne autre chose ne voulons ne ne pourrions croire, que ce que nous desplaie, & que à telles nouuelletez si grans erreurs, & *Ji folles entreprises* vous donnissies vostre assentement, ne vos consens, ne ne voulsistiez que cete unite, que si longuement & si fermement a duré, à le honneur de Dieu, & à l'esfaucement de la foy Chrestienne, au grand bien & au profit & au bon estat de l'Eglise & du Royaume ; *par la perverse volenté, ou par la folle enviebie d'un tel homme*, se deffist & desjoinlist. Pourquoi nous vous prions & requerrons tant affectueusement, comme nous pouvons ; que comme vous soyés establis & appellés en partie ou gouvernement de l'Eglise & chacun de vous, en cete besoigne veilliez tel conseil mettre & tel remede, que ce qui est par si legier & par si desordenné mouvement commancié, soit mis à bon point, & à bon estat, si que l'amour, & li unitez qui a tousiours duré entre l'Eglise & le Royaume, puisse demourer & accroître ; & que li grieus esclandres, qui pour ce est meus & est appareillez d'eire si grans & si cruels, que la generale Eglise & toute la Chrestienté s'en pourroit douloir à tousiours, puissent par vostre vertu, bon conseil, & par vostre amendement cesier : & que l'en puissent entendre profitablement au saint voyage de oultremer, & as autres bonnes ceures, qui li bons Chrestiens du Royaume ont acoustuméz à faire, & à poursuivre ; & monstrier tel semblant, que li malices, qui est esmeus, loit arriere mis & anientis, & *que de ces excels qu'il a acoustuméz à faire, il soit chassiez* en telle maniere, que li estats de la Chrestienté soit & demeure en son bon point, & en son bon estat.

5. Et de ces choses nous faites à sçavoir par le porteur de ces lettres vostre volenté & vostre entention : car POUL
ce nous

ce nous l'envoyons especialement à vous, & bien voulons que vous soyés certain, que ne pour vie, ne pour mort, nous ne departirons, ne veons à departir de ce procès; & feust ores ainsi, que le Roi nostre Sire le voullist bien. Et pour ce que trop longue chose, & chargeans seroit, se chacun de nous mettroit seel en ces presentes lettres, faites de nostre commun assentement, nos Loys fils de Roy de France, Cuens de EreuX, Robert Cuens d'Artois, Robert Dux de Bourgoigne, Jean Dux de Bretagne, Ferry Dux de Lorraine, Jean Cuens de Hainaut & de Hollaude, Henry Cuens de Luxembourg, Guis Cuens de St. Pol, Jean Cuens de Dreux, Hugues Cuens de la Marche, Robert Cuens de Badoigne, Loys Couens de Niverns & de Retel, Jean Cuens d'Eu, Bernard Cuens de Comminges, Jean Cuens d'Aubemarle, Jean Cuens de Fores, Valeran Cuens de Perigors, Jean Cuens de Joigny, J. Cuens d'Auxerre, Aymars de Poitiers Cuens de Valentinois, Estenes Cuens de Sancerri, Renaut Cuens de Montbehart, Enjorant Sire de Coucy, Godefroy de Breban, Raou de Clermont *Constable de France*: Jean Sire de Chastiau-vilain, Jordain Sire de Lusse, Jean de Chalon Sire de Darlay, Guillaume de Chauvigny Sire de Chastiau-Raoul, Richars Sire de Beavien & Amaury Vicuens de Narbonne, avons mis à la requeste & en nom de nous, & pour tous les autres, nos seas en ces presentes lettres. Donné à Paris le 10, iour d'Auril, l'an de grace mil trois cents & deux.

LII. (h) *Responsio Cardinalium ad Literas Baronum Francia Magna 6. Kal. Julii 1302.*

Miseratione divina Episcopi, Presbyteri & Diaconi, *St. Romane Ecclesie Cardinales*, Nobilibus Viris, Ducibus, Comitibus, Baronibus & nobilibus Regni *Francia*, in vero salutari salutem. Recipimus [Recepimus] Literas vestras nobilitatis & nuntios, quas nobis per eisdem nuntios latrores presentium destinastis; quarum intellectus tenor nostros amaricavit animos & turbavit auditus. Vobis igitur presentibus respondemus, quod sanctissimus Pater & Dominus noster, Dominus Bonifacius, divina providentia sacrosanctae Romane ac universalis Ecclesiae summus Pontifex & nos ipsi vinculum charitatis & sinceritatis affectus, quae inter ipsum Dominum nostrum summum Pontificem, praedecessores ipsius Romanos Pontifices, & nos & praedecessores nostros d. R. Ecclesiae Cardinales, ac magnificum Principem Dominum Philippum Francie Regem illustrem ac praedecessores suos fuerunt ac viguerunt ab olim, manutinemus libenter, & ut firma & stabilia maneant promptis studiis laboramus, ad hoc etiam invenimus ipsum Dominum nostrum paratum & promptum. Inimicus tamen homo supereminavit zizanias, quae Deo auctore in fasciculos colligata erunt in combustionem & cibum ignis. Et volumus vos pro certo tenere, quod praedictus Dominus noster summus Pontifex nunquam scripsit Regi praedicto, quod de Regno suo sibi subesse temporaliter, illudque ab eo tenere deberet. Et providus vir Magister Jacobus Archidiaconus Narbonensis Notarius & Nuncius Domini nostri praedicti, sicut constanter affirmat, ipsi Domino Regi hoc ipsum vel simile nunquam verbaliter nunciavit aut scripto. Unde *propositio quam*

*fecit Petrus Flot in presentia dicti Domini Regis, Prælatorum & vestra & aliorum multorum, arenosum & salum habuit fundamentum, & ideo necesse est, quod eadem ædificetur, quod ædificabitur super illud. Prælati verò Doctores in Theologia & utriusque Juris Magistri vocati fuerunt ad ipsius Domini nostri præsentiam, certo eis preëmptorio termino assignato, ut cum eis super rebusendis posset deliberare consultius, sicut cum personis ipsi Domino Regi novissimis, acceptis & gratis ac diligentibus nomen ejus & affectantibus statum prosperum & tranquillam ipsorum Domini Regis & Regni. Nec est novum pro sedem Apostolicam pro qualitate temporum & necessitate causarum Concilia non solum particularia, sed etiam generalia convocari, quorum aliqua plurimum ex nobis temporibus congregata noscuntur. Detulit tamen dictus Dominus noster ipsi Domino Regi & regno, *generale Concilium non vocando*, in quo forsitan convenissent nonnulli nationum & Regnorum illorum, qui minus dilectionis ad dictos Regem & Regnum noscuntur habere. Et si ad eorundem Prælatorum & vestram pervenisset notitiam litterarum tenor, quas idem Archidiaconus dicto Domino Regi ex parte ipsius Domini nostri summi Pontificis præsentavit, & fuisset expositus diligenter, reddendæ fuissent Deo & Domino vestro gratiæ copiose super paternâ cura & maternâ dulcedine, quam ipse Dominus noster gessit & gerit, ut ipsi Rex & Regnum habeant iturum, prosperum & quietum, & ut tollantur gravamina, quæ Prælati, Ecclesiæ ac Monasteriis & nonnullis ex vobis & clero & populo sunt allatæ. Cum utique dictus Dominus noster summus Pontifex, si Ecclesiâ Gallicam gravavit, hoc fecit concedendo ipsi Domino Regi decimam plurimum Annorum Ecclesiasticorum proventuum Regni sui. *Et quod ad dictum ejus in qualibet Ecclesia Cathedrali & Collegiata Regni prædicti una persona imponeretur: nonnullis etiam dignitates & beneficia contulit consideratione Regis ejusdem, Prælatorum & aliquorum ex vobis.* Dispensationes quoque multas concessit & magnas, quæ non laent Regem ipsum & multos ex vobis, ex quibus per ingratitude non dilectionis & reverentiæ recipit idem Dominus noster debitam pensivam. *Ad hæc non venit in dubium homini sanæ mentis Romanum Pontificem obtinere primatum, & esse summam Hierarchiam in Ecclesiastica Hierarchia, ac posse omnem hominem arguere de peccato.* Nostre quoque memoriæ non occurrit, quod Cathedralibus Ecclesiis dicti Regni providerit de personis Italicis, nisi Bituricensi & Attrebatensi Ecclesiis, quibus de personis providit ipsi Regi non suspectis & Regno, quorum eminentis scientia laetè patet, nec sunt conditiones eorum incognitæ. Multis verò aliis Ecclesiis Cathedralibus providit de personis oriundis de Regno prædicto, nec Regi, nec Regno prædictis probabili ratione suspectis. Quis unquam prædecessorum suorum formas providendi pauperibus Clericis plus extendit, quibus per nonnullos ex Prælati non fiebat provitio & mendicare quodammodo cogebantur in opprobrium clericale? Exurgant enim ipso Domino Magistri in Theologia, quibus ipse in Parisiensi Ecclesia Canonicatus contulit & præbendas: Exurgant Magistri & alii literati, & in acie stent cum ipso, quin paupertate gravati multis sudoribus, multis vigiliis, in multis laboribus addepti sunt scientiæ margaritam, & dicant quomodo illorum pietas, ad quos beneficiorum collatio pertinebat, respexit eosdem: Inventis pro uno extraneo, cui est per ipsum Dominum in dicto Regno provitum fere certum, qui de prædicto Regno traxerunt originem, ab eo promissionis gratiam recepit. Et si de vacantibus beneficiis Regni prædicti aut vacaturis providit, nonne providit de personis oriundis de Regno eodem & familiaribus & Clericis Regis, Prælatorum Regni & vestris. Ad hæc, non taceamus vobis solitam veritatem, non decuit, inò sicut, nec etiam est e-*

et sic, sanctissimum Patrem & Dominum nostrum Dominum Bonifacium, divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summum Pontificem in literis vestris, quas nobis misistis, non nominare summum Pontificem; sed quod dolenter reterimus, omissis filialis & solite reverentiæ more ac stilo, ipsum nominatis per, quendam circumlocutionem indevotorum verborum & noviter inventorum. Hujusmodi autem literarum nostrarum placeat vobis habere, bonum interpretem & fidelem. Datum Anagninæ VI. Kal. Julii, Pontificatus vero præfati Domini nostri Domini Bonifacii Papæ octavi anno octavo. Sigill. 17. sigillis ceræ rubræ.

LII. (i) *Epistola Bonifacii VIII. ad Johannem Cardinalem Legatum suum in Galliam. Lateran. idibus April. 1303.*

Bonifacius Papa VIII. Dilecto filio *Johanni Sanctorum Marcellini & Petri presbitero Cardinali.* Literas tuas nuper accepimus inter cætera contingentes responsiones regias ad articulos, super quibus te duximus destinandum, quos ex parte nostra eidem Regi, in præsentia consiliariorum suorum, ut scripsisti, tua discreto præsentavit. Sed unam responsiones hujusmodi prædicti regis charitate, devotione, gratitudine plenæ forent, & vacuæ amaritudine & dolore, & constantiam fidei, bonorum operum abundantiam, & imitanda exempla laudabilia Prædecessorum suorum regum Franciæ redolerent, & darent suavitatem odoris. Si enim Rex ipse ad memoriam revocaret innumera beneficia & immensas gratias, quæ ab Apostolica Sedè, & à Nobis specialiter noscitur percepisse, & qualiter eum in beneficiis copiosis, Nos & Sedes ipsa munifice & large prævenimus, inventret profecto, unde spiritali Patri teneretur, nec bonum in malo præsumeret, nec odium in dilectione notaret, sed aperte cognosceret, quam paternis & maternis affectionibus & salubribus monitis Nos & sedes eadem ipsum profequimur, & sumus hæcenus profecuti. Nec adhuc ab incepto delinimus, quia noctes ducamus insomnes, labores voluntarios apponentes, ut ipsum à tanto devio retrahamus, & reducamus ad veritatis semitam & salutis & statum prosperum regni sui, & a damnis Ecclesiasticarum personarum cesseret, injuriis & oneribus subiectarum.

1. Sane dictarum responsionum seriem diligenter attendimus, ipsisquæ attentius perscuratis, & cum fratribus nostris consilio maturo discussis, non invenimus, quod responsionibus ipsis merito debeamus esse contenti. Ipsarum enim aliqua non consonant nec congruunt veritati: quinimo contradicunt certæ & indubitatae veritati, examinatae & discussæ per magnos Prælatos & Doctores in Theologia & in Jure Canonico & Civili, in præsentia nostra congregatos. Aliæ vero sub verborum solis involuta, defectiva, dubia, incertæ nec claræ noscuntur; quibus inniti nec possumus nec debemus. Sunt & aliæ, quæ dilationem sapiunt & nostrum animum in suspensio detinent sine fructu.

2. Hæc non sunt, quæ venerabilis frater noster *Autisiodorensis Episcopus, & dilectus filius nobilis vir Carolus d' Alanzon & Carnoti Comes, germanus Regis ejusdem intelligere dabant nobis; sperantes quod Rex ipse, super articulis ipsis sic acquiesceret votis nostris, quod possemus merito contentari.* Ad hoc, ut puritas nostra plenius elucescat & pateat, quod non ambulamus in tenebris, sed in luce, & ut etiam ab ipsis, qui foris sunt, testimonium habeamus, magnatibus scilicet dicti Regni & præsertim dilectorum nostrorum *Ducum Burgundiæ, & Britanniæ, verum & ejusdem Ecclesiæ de-*

votorum filiorum dicti Regis; libenter ipsorum requestis assensum & haberemus collationem cum iis, super articulis antedictis ipsorum sane & salubri consilio uteremur, prout cum honore dictæ sedis & nostro us possidemus. Non enim erubescimus ea in lucem diducere, *pro quibus, si opus esset, martyrium subiremus.* Gratium nobis esset, plurimum acceptum ac ipsius Ducibus magni meriti apud Deum, ut nostro se conspectui finaliter præfentarent, audituri arque intellecturi per mutuas collationes nostra motiva, & nos motiva intelligeremus ipsorum, quibus, ut præmisimus, libenter præstrarem assensum. Demum *super articulis contingentibus Ecclesiam Lugdunensem*, ad quæ essentialiter definimus, & apostolica auctoritate decernimus fore servanda, ac per te significamus ipsi Regi, volumus esse firma & inlibata servari nec super iis aliquid immutamus. Cæterum præsentium literarum tenorem ad regiam deducas notitiam, suo, si poteris, præsentem consilio festinanter, & iustis prudenter, ut responsiones suas sic corrigat, sic clarificet & emendet, quod exinde merito contentemur. Alioquin sibi ex parte nostra demeritis, quod cum non debeamus homini deferre plus quam Deo, *contra ipsum spiritualiter & temporaliter procedemus*, prout videbimus expedire. Et nihilominus ad nos celeriter redire procures, relaturus quidquid feceris in præmissis. Datum Lateranis Idibus April. anno IX.

III. (k) *Bonifacius Sc. Dilecto filio Johanni tituli SS. Maxellini & Petri Presbytero Cardinali. Lateran. ult. April. 1303.*

Per processus nostros præteritis diebus solennibus, secundum morem laudabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, publicæ factos, & præsentem copiosa fidelium multitudinem solenniter publicatos inter alia anathematis & excommunicationis sententias continentes, qui in archiviis ejusdem Ecclesiæ conservantur; *non revocamus in dubium*, sicut non potest nec debet aliquatenus revocari, *quin magnificus Princeps Philippus Francorum Rex dictis anathematis & excommunicationis sententias sit ligatus*, quantumvis Regali præfulgeat dignitate, non obstantibus quibuscumque privilegiis & indulgentiis, sub quavis forma vel tenore concessis, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possit; quæ omnia duximus revocanda; ad hoc, quod contra hujusmodi nostras sententias & processus, per ea nequeat se tueri, quo minus includatur in iis, ex eo quod ad sedem Apostolicam venientes & redeuntes ab ea fecit, ordinavit & statuit multipliciter impediri. Et specialiter nonnullos Ecclesiarum Prælatos & personas Ecclesiasticas regni sui, ad nostram præsentiam venire prohibuit sub gravibus pœnis & bannis, quos pro reformatione dicti Regni, utilitate populi, augmento Catholicæ fidei, conservatione Ecclesiæ libertatis, correctione districtorum excessuum, subsidio terræ sanctæ & ex rationalibus causis moti feceramus ad nostram præsentiam evocari; sicut pene totus orbis ad eandem & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum limina confluens affirmavit, & nonnulli Archiepiscopi & Episcopi Regni præfari, hæc & iis similia, per suas nobis literas intimarunt, & per procuratores suos ad eorum excusationem proponi fecerunt; quasi ex hoc legitimam causam habere non compendunt in præfatis iis termino coram Nobis; quamvis nonnulli Archiepiscopi & aliæ personæ Ecclesiasticæ propter hoc compariter commiserint, quasi obediendiæ filii & zelo devotionis accensi ad Nos & dictam Ecclesiam matrem suam. Quas quidem excusationes per procuratores ipsos propositas, tanquam frivolas non admittimus, sed repulimus publice & repellimus, ut debemus. Unde *Regem ipsum sic ligatum, à communicatione fidelium*

delium & sacramentorum perceptione nuntiamus exclusum, & per te seu alium vel alios præcipimus nuntiare. Nam cui Romanus Pontifex, vicarius Jesu Christi Petrique successor non communicare debet, aut ei sacramenta ecclesiastica ministrare. Eos vero cujuscunque fuerint præminentie, dignitatis, Ordinis, conditionis aut status, etiamsi Archiepiscopali, aut Episcopali dignitate præfulgeant, qui ejusmodi sacramenta aut eorum aliqua, dicto Regi ligato taliter ministrare, aut coram eo missam celebrare publice præsumperit, excommunicationis sententia innodamus, ipsiusque interdiciamus lectionis, prædicationis, administrationis sacramentorum, audiendi confessiones officium; Intimantes aperte, nos gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter processuros, prout expedire viderimus; præsertim cum Rex ipse oblarum per te impendendum absolutionis beneficium, juxta formam ecclesie, auctoritate nostra recipere contemserit; ex quo viderur, quod dolenter referimus, in sua malitia induratus. Quare sibi eadem auctoritate præcipias & injungas, ut quicquid fecerit, mandavit, ordinavit & statuit ad impediendum adeuntium ad dictam sedem, vel redeuntium ab eo revocare procuret, ac efficaciter corrigat & emendet. Præsentium autem literarum nostrarum tenorem deducas ad præfati Regis notitiam, & in locis, in quibus expedire videris, seu provinciis, facias solemniter publicari, ne quis per ignorantiam de contentis in ipsis literis, se valeat excusare, quod ad ejus notitiam non pervenerint, quod tam solemniter publicarum fuerit. Cæterum fratri Nicolao Ordinis Predicatorum olim confessori Regis ejusdem ex parte nostra districte præcipias, ut infra trium mensium spatium hujusmodi præceptum immediate sequentium, quod tibi pro peremptorio termino studeas assignare, personaliter nostro se conspectui representet, accepturus pro meritis, aut suam, si poterit, innocentiam ostensurus, ac pariturus nostris beneplacitis ac mandatis. Alioquin contra eum spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus. Datum Later. die ultimo Aprilis Pontif. anno IX.

III. (L) Articuli pro instructione dati Johanni Cardinali Legato à latere à Bonifacio VIII. in Galliam missi.

Super revocatione confiscationis, prohibitionis & præcepti & impedimenti cujuslibet prælatorum indirecte vel directe per magnificum Principem Philippum Francorum Regem illustrem, & per Seneschallos, balivos, officiales & familiares suos, venientibus ad Romanam Curiam, seu redeuntibus ab eadem, specialiter venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filiis electis Abbatibus & Capitulis Ecclesiarum cathedralium, & Magistris in Theologia, Jure canonico, ac Civili, & aliis personis Ecclesiasticis dicti regni, vocatis à nobis, quod in Calendis Novembribus proxime præteritis, nostro conspectui se præsentarent.

1. Et super amotione cujuslibet occupationis factæ per eum vel de mandato ejus aut aliquem prædictorum, & satisfactione plenaria impendenda; non obstantibus quibuscunque multis, comminationibus seu processibus per ipsum Regem factis, vel auctoritate ipsius.

2. Item ad denunciandum eidem, quod in quibuscunque ecclesiasticis beneficiis conferendis, vacantibus in curia vel extra curiam, Romanus Pontifex legitimam & majorem habet potestatem, & post collationem cujuslibet beneficii collati in ipsis vel eorum aliquo non potest alicui jus acquiri, sine auctoritate vel consensu apostolicæ sedis sacris vel expressis.

3. Item ad denunciandum vel declarandum eidem, quod Romanus Pontifex

Pontifex Legatos de latere ac nuntios mittere potest ad quavis Imperia Regna vel Loca, prout vult, absque petitione cujuslibet vel consensu; usu vel consuetudine contrariis nequaquam obstantibus.

5. Item quod Ecclesiasticorum bonorum, & proventuum administratione, non quibusvis Laicis, sed personis Ecclesiasticis noscitur attributa. Et quod summa potestas administrationis & dispensationis eorum ad Apostolicam sedem spectat: Et quod ipsa sedes nullorum requisitis assensibus de illis disponere potest, & nunc centesimam, nunc decimam seu quamvis quoram imponere, petere & exigere, prout viderit expedire.

6. Item quod ipsi Regi aut aliis principibus, seu Laicis quibuscunque, non licet censere, seu occupare bona Ecclesiastica, vel jura in casibus non concessis ab homine vel à jure, vel prælatos, seu alias Ecclesiasticas personas, super personalibus actionibus, juribus seu immobilibus bonis, *que ab eis non tenentur in feudum*, ad suum judicium trahere & arctare, aut inquisitiones fieri facere, aut quomodolibet detinere. Quomodo etiam impeditur spiritualis gladius prælatorum, ut eo libere uti non possint, & specialiter in monasteriis, seu locis quorum guardiam Rex ipse recipit, aut Prædecessores ipsius.

7. Item quod in *presentia dicti Regis*, nec sicut potuit prohibentis, multis præsentibus, *bullæ nostræ, & litteræ*, quibus erat appensa, cum imaginibus beatorum Petri & Pauli & nomine nostro sculpto in ipsa *combuste*, & destructæ fuerint, in dictæ sedis contumeliam & contentam; per Procuratorem idoneum, cum sufficienti mandato compareat coram nobis, suam si poterit innocentiam ostensurus, & nostris pariturus beneplacitis & mandatis. Et quomodo nos concepimus revocare omnia Privilegia bullata & Prædecessorum nostrorum, sibi, liberis, fratribus & posteris aut officialibus suis concessa, ut pœna tanti facinoris transeat posteris in exemplum.

8. Item guardia & custodia Ecclesiarum cathedralium vacantium, *quas vocant regalia per abusum*, non abutatur, nec vacationis tempore extendat manus *ad cedendas sylvas non ceduas* vel ad vacuanda seu destruenda vivaria, & ad alia illicita Ecclesiis ipsis damnata. Quodque habitationes, domus, *maueria* non deperiant, sed in statu congruo conserventur & *massarie* ovium & aliorum animalium debito teneantur in statu, & deductis expensis opportunis, necessariis & moderatis ad custodiam, seu guardiam, & perceptionem proventuum, quod in residuum fuerit, reservetur futuris prælati resignandum, & quod, qui secus fecerit, non solum coram competentis iudice, sed etiam tremendo iudicio cogetur reddere rationem.

9. Item de gladio spirituali reddendo Prælati & Ecclesiasticis personis, non obstantibus privilegiis tibi, liberis, fratribus & posteris suis, aut officialibus suis concessis & clausulis opporunitis.

10. Item aperiendi sunt oculi Regis super *mutatione monete*, bis à temporibus paucis facta, in magnum damnum Prælatorum, Ecclesiarum, Baronum & Ecclesiasticarum personarum & secularium, & quod faciet emendari.

11. Item revocanda, super suis & suorum malefactis & excessibus, de quibus fit mentio in literis nostris clausis, quas portavit dilectus filius Jacobus Nortmannus Notarius noster.

12. Item quod nos *testamur*, non tantum ut privata persona, sed etiam *popaliter* decernimus, hujus nostro dicto [nostri dicti] testimonio esse standum, *quod Civitas Lugdunensis, suburbia & contingentia edificia, sive borti, non sunt infra terminos & limites Regni Franciæ constituta*. Nec etiam Ecclesia & villa S. Irenei, nec etiam locus, qui dicitur S. Justus, supra seu prope Lugdunum, & quod prædicta civitas, castra, terræ, possessiones ad dictam Lugdunensem Ecclesiam pertinentia, merum & mixtum imperium, juris-

dictio

distio in istdem, sunt juris & proprietatis præfatæ Ecclesiæ Lugdunensis & pertinet ad eandem. Quod Rex ipse, & quilibet Reges Franciæ nec habent, nec habere debent in ipsis vel eorum aliquo jus aliquod vel rescriptum. Et quod dictæ civitatis universitas, communitas, sive ejus singulares, sive speciales personæ ipsius, nec merum nec mixtum imperium, nec jurisdictionem habent in Civitate, suburbiiis, hortis vel ædificiis contingentibus, aut in castris, possessionibus prædictis, nec etiam in Ecclesiis seu villis, vel locis S. Irenæ, vel S. Justi præfatis. Et quod per concessionem, vel *commissionem* qualitercumque ipsis, vel eorum alicui præfato Regi Franciæ factam, sub quavis forma vel conceptione verborum, aut etiam faciendam,mero aut mixto imperio ac jurisdictione in prædictis civitate suburbiiis, ædificiis contingentibus, territorio seu districtu, castris, villis, possessionibus, terris seu bonis aut ipsorum aliquibus, nullatenus uti possunt.

13. Ipsasque universitatem, communitatem, cives, singulares & speciales personas Lugdunenses, commissione vel concessione hujusmodi, vel quavis alia non posse, seu ipsa vel ipsorum aliqua vel ipsorum aliquid exercere. Quibus etiam omne jus, omnemque potestatem condendi ordinationes & statuta munitæ palia, nos penitus interdiximus, maxime cum speciales personæ civitatis ejusdem sint excommunicationis sententia innodata, & civitas ipsa ecclesiasticis supposita interdicto. Et quod Archidiacono, & Capitulo Lugdunensi, clericis & vassallis seu hominibus ipsorum de damnis & injuriis iis illatis, satisfactio plena fiat: nec impedimentum præsterur, quo minus autoritate Ecclesiæ Lugdunensis, merum & mixtum imperium & jurisdictione in dictis Civitate, suburbiiis, villis, castris, terris, possessionibus, bonis & locis valeat exercere.

14. Item expresse denunciandum est Regi per Cardinalem eundem, quod si Rex prædicta non correxerit, & emendaverit taliter infra certum tempus, quod & Nos & Apostolica sedes merito contentemur, quod a nobili viro Jacobo Andegaviæ Comite fratre ejus, & ab ejusdem Regis nuntiis datum est nobis intelligi: Ex tunc Nos & sedes eadem, super præmissis providebimus, statuendo, ordinando, declarando & procedendo spiritaliter & temporaliter, prout & quando videbimus expedire.

LII. (m) *Consensus Prælatorum Regni Franciæ pro Regis defensione, & appellatione ad Concilium 15. Junii 1303.*

UNIVERSIS præfentes litteras inspecturis, miseratione divina Nicolsiensis, Remensis, Senonensis, Narbonensis, & Turonensis, Archiepiscopi; Laudunensis, Beluacensis, Cathalaunen. Aurissiodorens. Meldens. Nivernens. Carnotens. Aurelianens. Ambianens. Morinens. Silvanens. Biretens. Andegaven. Abricenis. Constantiens. Ebroicenis. Lexovien. Sagien. Claromontens. Lemovicen. Ancien. & Mariscenens. Episcopi: Cluniacens. Præmonstraten. Majoris Monasterii Turonens. Sancti Dionisi in Francia, Compendiens. Sanctæ Genovefæ, Sancti Victoris Paris. Sancti Martini in Laudunens. Figiacens. & Belliloci in Lemovicinio, Abbates: Frater Hugo Visitator domorum Ordinis militiæ Templi ac sancti Joannis Hierosolymitani in Francia, ac sancti Martini de Campis Parisien. Priores; æternam in vero salutari salutem. Cum personam domini nostri Regis Franciæ, statum, honorem & jura defendere teneamur, eidem domino Regi promissimus, quod personam suam, dominæ Reginæ & filii sui heredis in regno, statum, honorem, jura & libertates ejusdem, totis viribus, quantum secundum

Deum poterimus, defendemus & in eorum tuitione sibi assistemus, contra quamcunque personam, quæ eum vellet impetere, itatum, honorem, & libertates ejus infringere aut etiam annullare, etiam contra dominum B. Papam octavum, qui multa contra eos & Regnum Franciæ dicitur comminatus fuisse. Nec nos ab eo unquam separabimus, in defensione prædicta, S. Sedis Apostolicæ reverentia semper salva; faciemusque de convocatione generalis Concilii, prout alias concessimus, prout in confessionibus nostris, in instrumētis inde confectis plenius continetur. Cumque tam dictus dominus Rex, quam nos, ac magnifici viri domini K. & Lud. fratres dicti Domini Regis, G. S. Pauli, & J. Drocen. Comites, & alii multi Barones & nobiles Regni, sub certis præmissis provocavimus & appellavimus & in scriptis, ne dictus dominus Papa comminatus occasione præmissorum, vel aliquorum ex eis, procederet contra ipsum dominum Regem, Regnum, Barones, nos & subditos, & nobis adherentes & adherere volentes, prout in instrumentis inde confectis plenius continetur; promittimus, quod si dictus Dominus Papa procedat quocunque quæsitio colore, occasione præmissarum appellationum, adhesionum, & quorumcumque aliorum convocationem dicti Concilii tangentium, excommunicando, interdicens, suspendendo, deponendo, absolvendo à juramento fidelitatis, homagii vel alterius cujuscunque obligationis, vel alias quocummodo procedendo contra Regem prædictos K. L. & Comites, aut magnificum virum R. Ducem Burgundiæ, qui appellationi prædictæ dicitur adherere, & alios adherentes & adherere volentes, qui se nobis sub forma, qua se Dominus Rex & alii prænominati nobis obligarunt, obligant & obligabunt, nos dicto Domine Regi & Baronibus, ac sibi assistentibus, assistemus, & secundum Deum pro viribus defendemus, nec nos separabimus ab eisdem, nec abolutionibus à juramentis fidelitatis, vel aliis quibuscunque relaxationibus, indultis & indulgentiis, impetratis vel impetrandis, vel ulro oblati vel offerendis, seu concessis seu concedendis, utemur; imo semper eidem Domino Regi, Baronibus & adherentibus adhereremus. Et hæc omnia & singula prædicta promissimus, voluimus & juravimus. *jure Romana Ecclesia nulloque, & Ecclesiarum nostrarum, in omnibus & per omnia semper salvo; & illicita conjuratione, seu conjuratione cessante. Nolentes quod idem Dominus Rex noster homagium seu juramentum acquirere in nobis & nostris Ecclesiis valeat in aliis per prædicta.* In cujus rei testimonium præsentibus literis nostra fecimus apponi sigilla. Datum Parisius die 15. Junii Anno Domini millesimo trecentesimo tertio sigillatæ 34. sigillis.

LII. (n^o) *Forma litterarum. Regis ad Communitates Regni circa convocationem Concilii contra Bonifacium VIII. & adherendum appellationi novæ, post Jo. Bapt. 1325.*

Iluppus Dei gratia Francorum Rex, discretis viris, dilectis nobis in Christo, Cathedralium, Collegiarum Ecclesiarum Decanis, & Capitulis, Prioribus, Prædicatorum, Guardianis, Minorum fratrum, aliorumque Religiosorum Conventibus; Nobilibus, Contibus, Civibus, aliisque personis Ecclesiasticis & secularibus Tholosanæ civitatis & diocesis, salutem & dilectionem in Domino. Nuper nobis, multisque Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, aliisque pluribus personis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsentibus Parisiæ, contra Bonifacium nunc sedi Apostolicæ præsentem, plura enormia & horribilia crimina, quorum aliqua immanem hæreticam continent manifestè, ex parte plurium illustrium personarum, quorundamque militum, fervore dilectionis sanctæ matris Ecclesiæ, ac zelo fidei Catholice accensorem, significata, dicta propositaque fuerant; juramentaque assertiva super ipsis criminibus præstita ab eisdem illustribus & nobilibus personis, ea proponentibus & significantibus; prout in instrumentis publicis super hæc confectis plenius continetur. Per quos proponentes & significantes ipsa crimina, instantè & pluries tam nos quam præfati Prælati, requisiti

requisiti & adjurati fuimus, ut ad honorem Dei, fidei Catholicæ & Ecclesiæ sanctæ matris, super convocatione generalis Concilii convocandi, per quos fuerit faciendum, ad veritatem inquirendam & sciendam, super ipsis loco, & tempore, & ubi decebit proponendis intenderemus, & operam daremus efficacem; quòd deliberatione diligenti præhabita necessario debere fieri visum fuit. Nihilominus ad cautelam, & ut posset malis obviari, per nos ipsos, Prælatos, Barones, Nobiles, Universitatem Parisiensem, Magistros in Theologia, Convenus Religiosorum & Capitula Ecclesiarum appellationes interpositæ fuerunt, prout in quibusdam instrumentorum super hæc confessorum videre poteritis. Quare ad vos dilectos & fideles Clericos nostros Archidiaconum Algiæ in Ecclesia Lexovien. & Magistrum Petrum de Larilliaco Canonicum Paris. & eorum quemlibet mittimus pro prædictis vobis aperiendis & clariùs significandis: vos vestrumque singulos ex affectu requirentes pro honore Dei, fidei Catholicæ & sanctæ matris Ecclesiæ, quatenus tamquam ipsius Ecclesiæ veri filii, cujus negotium agitur, convocationi Concilii generalis consentire, appellationibusque & provocationibus interpositis adherere velitis; nihilominusque ad tuitionem vestram expressiorem, quam sincero affectu procurare proponimus, de novo provocare & appellare secundum formam & modum, quos in præfatis instrumentis videbitis contineri; ac nobis super hoc patentes litteras, per ipsos vel eorum alterum, sigillis vestris mittere sigillatas. Actum Paris. die Jovis post festum nativitatæ beati Joannis Baptistæ, anno Domini millesimo trecentesimo tercio.

Les dites Lettres sont scellées sur double queue de parchemin, d'un seel de cire blanche pendant au reply.

LII. (o) *Declaratio Philippi Regis, quod consentiat petitioni universalis Concilii tenendi contra Papam Bonifacium. Paris. 1. Jul. 1303.*

Philippus Dei gratia Francorum Rex, universis præsentis litteras inspecturis, salutem. Et si Catholicæ fidei & universalis Ecclesiæ, matris fidelium, sponsæ Christi, negotium cunctos, quos ejusdem participatio fidei, & religio Christiana complectitur, principaliter & inmediate contingat, ac proprium interesse respiciat singulorum: Nos tamen & alios Reges & Principes orbis terræ, eo principalius arque per amplius tangit & respicit, & ad ipsius promotionem negotii cum causa deposcit, eo altissimi tenemur obnoxiius, quo exaltationem & augmentum ejusdem fidei, & defensionem Ecclesiæ & Ecclesiasticæ libertatis commissam suscepisse recognoscimus & fatemur, & traditam divinitus potestatem. Nuper siquidè nonnulli Comites, Barones, & milites Regni nostri, fide dignæ quidè & magnæ auctoritatis persone, moti, ut dicebant, fervore fidei, sinceræ devotionis affectu & zelo caritatis inducti, sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ matri suæ, quam *sub præsentia B. nunc ejusdem Ecclesiæ regimini præsentis* miserabiliter deprimi, ac deformationem enormem & perturbatam pati dicebant, comparentes ab inimicis ac Christianæ fidei, quas salus animarum consistit, & quæ suis temporibus, proh dolor & eo tristius & deperit, excidio condolentes; ad ipsius Ecclesiæ & totius Christianitatis salubre regimen & bonum statum, ac reparationem & exaltationem Catholicæ fidei, vocati, ut dicebant, ferventibus intendentes, maxime cum eidem Ecclesiæ fidei fundamemo, & animarum salutem summe expedia, ut Dominici gregis ovili non ovis veros & legitimos ac vere & legitime pastor præsit, & quòd ab eadem Ecclesia sponsa Christi, quæ non habet maculam neque regum, omnis & error, scandalum, iniquitas ac injustitia repellatur; ac toti mundo, quem ex perveris actibus, detestandis operibus & perniciosis exemplis dicti Bonifacii in gressis & teo cbris manere dicebat, salus, pax & tranquillitas, divina favente misericordia, procuratur, eoque dictum Bonifacium hæreticæ pravitate, & aliis diversis enormis, horribilis ac detestabilis criminis, quibus cum irrevocum esse dicebant, & super eo publice ac notorie diffamatum Nobis ac Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælati, ac Personis Ecclesiasticis, qui pro suis & Ecclesiarum suarum agendis convenerunt, ac Baronibus, Comitibus & aliis Nobilibus regni nostri præsentibus; asseruerunt proposuerunt, & obicerunt publice & patenter, præfatis ab eisdem objectoribus (ut vestram { nostram } in hac parte conscientiam informare, nostrumque ad exauditionem petitionis suæ

antimum facilius inclinarent) ad sancta Dei Evangelia tacta corporaliter, juramentis: quòd hujusmodi crimina credebant esse vera, & se posse probare; quòdque ipsa in generali Concilio, vel aliàs ubi, & eoràm quibus expedire viderint, & de jure fuerit faciendum, ad finem debitum prosequerentur. Petentes à nobis, tanquam fidei pugile, & ecclesiæ defensore; ac Archiepiscopis & Episcopis supradietis tanquam Ecclesiæ fideique columnis, ut pro declaratione veritatis hujusmodi, ut omnis error abscedat, ac periculis & scandalis, quæ universali Ecclesiæ imminet, occurratur, *convocationi* & congregationi dicti *Concili generalis*, ad laudem divini nominis, augmentum & exaltationem Catholicæ fidei, honorem & bonum statum universalis Ecclesiæ ac totius populi Christiani, opem daremus & operam efficaces; cum in talibus & similibus casibus semper directrix veritatis extiterit Regia domus nostra. Nos autem licet pudenda patris proprio libenter pallio tegeremus, ob specialis tamen devotionis & dilectionis zeum, quem ad præfatam Ecclesiæ, matrem fidelium, sponfam Christi, cuius tanquam Christianæ legis & Catholicæ fidei zelatores devotum nos filium profitemur, & defensorem recognoscimus specialem, progenitorum nostrorum insequendo vestigia, gerimus; præmissa nequeunt urgente conscientia, sub conniventia vel dissimulatione transire, præsertim cum super excidio fidei, nostra & aliorum quorumlibet & præcipue Regum & Principum orbis terræ deberet patientia reprobari; hujusmodi propositionibus, & objectionibus ac requisitionibus auditis, & plenius intellectis, ac super iis cum *Prelatis*, videlicet, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Universitate Parisiensis studii, ac *Magistris* in Theologica Facultate & in utroque jure *Doctoribus*, religiosis & aliis de regno nostro oriundis ac etiam aliunde, ac in regno ipso, & alibi Prælaturas & beneficia obtinentibus, nec non Baronibus, & aliis nobilibus, deliberatione & discussione habita, pleniori; convocationem & congregationem dicti Concilii ex præmissis & aliis justis & legitimis causis, utilem & salutrem, expedientem fidei negotiis & Ecclesiæ sanctæ Dei, & omninò necessariam reputantes; convocationi & congregationi hujusmodi faciendæ ut præfati B. innocentia clareat, sicut, teste conscientia exoptamus, aut de impositis sibi per Concilium discutatur, statuatur & fiat, quod præcipiunt & decernunt canonica sanctiones; deliberato consilio expressè consensus & proponentibus respondimus memoratis, quòd eisdem convocationi & congregationi opem libenter, & operam, prout ad nos pertinet, præberemus. Certis (ne idem B. ex iis provocatus, contra nos, Prælatos, Barones & personas prædictas, Ecclesias, terras, fideles & subditos nostros & eorum, aut nobis adhærentes vel adhærere volentes in hac parte procederet) ad prædictum Concilium, & ad futurum verum & legitimum summum Pontificem & ad illum vel ad illos, ad quos de jure fuerit appellandum, ex parte nostra, & ipsorum sub certis formis, provocationibus & appellationibus interjectis. Nos itaque ad petendum prædictum generale Concilium convocari & etiam congregari, & ad faciendum omnia & singula, quæ circa hac fuerint opportuna; dilectos & fideles Gulielmum de Chacenayo, & Hugonem de Cella milites nostros, exhibitores præsentium, & utrumque ipsorum in solidum procuratores nostros constituimus, & nuncios speciales, dantes eis & alteri ipsorum in solidum super præmissis omnibus & singulis, ac ea tangentibus vel dependentibus ab eisdem, plenam & liberam potestatem & speciale mandatum; ratum habituri & gratum quicquid per eos vel eorum alterum factum, gestum, vel procuratum fuerit in hac parte; in cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die 1. Julii, anno Domini 1302. *Ex seellé.*

LII. (p) *Bonifacius hæreses objecta crimen diluit, asseritque se præterita Philippi Regis Francorum appellatione ad futurum seu Pontificem seu Concilium, contra eundem processurum. Anagnia Cal. Sept. 1303.*

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Nuper ad audientiam nostram delatus rumor atulit: Quod in festo B. Joannis Baptiste proxime præterito, Philippo Regi Francie in præsentia multorum in jardino Regis ejusdem congregatorum, contra nos diversa crimina denunciata fuerunt; quodque eidem supplicatum extitit, quod ipse hujusmodi denuntiationi assentiret, & consilium super hoc apponeret; dando ad convocandum, & evocare faciendum Concilium generale, opem & operam efficaces: & quod hujusmodi denuntiationi, & requisitioni Rex idem, & prætari, qui ibidem erant, assenserunt: & ne nos contra eos ipsos Regem & Regnum suum, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles & alios procederemus in aliquo, ad ipsum generale Concilium, aut ad Papam nostrum successorem legitimum, vel ad sanctam Romanam Ecclesiam extitit appellatum in scriptis; & quod inultu hujusmodi appellationi adhæserunt: & inter Regem, Prælatos & adherentes iisdem certis confederationibus & colligationibus factis, districto mandato per Regem eundem fuit conclusum, quod nullis nostris literis, vel nobis in aliquo obediret, Stephano de Columna nostro & Ecclesie hoste in Regno suo, non sine gravium incurfu sententiarum, recepto.

2. Sane quã ad hæc sinceritate mentis conventicula hujusmodi, quã charitate, quo zelo processerit, qua temeritate id auferit, qui veritatem considerant, evidenter intelligunt, & qui sapiunt, manifestè cognoscunt. Intueantur blasphemias, quæsumus, maledictorum tempus inspiciant, videant Regii mandari iustitiam; non negligant, optamus, colligationem & confederationem; ipsius receptionem Stephani prudenter animadvertant, & nutantem Ecclesie sumorumque Pontificum statum, nisi tam fatua, tamque superba, eodem, quo processerunt impetu, comprimantur.

3. Attendant nihilominus diligenter: Nos, siquidem os suum ponentes in Cœlum, & linguæ eorum transentes super terram, bærelis mendacis mendaciter blasphemarunt, blasphemias aliisque confectis, quantum in his fuit, criminibus lacerarunt. Sed ubi auditum à sæculo est, quod hæretica fuerimus labe conspersi? quis nedum de cognatione nostra, immo de totâ Campaniâ, unde originem duximus, vocatur hoc nomine? Cerrè heri, & Nadius tertius apud eundem Regem, dum eum beneficiis mulcebamus; Catholicus fuimus, & nunc ab ipso blasphemamur totaliter. Sed quæ causa mutationis tam subitæ? quæ causa irreverentiæ filialis? vere sciant cuncti, quod increpationis pharmaco, quibus purgare peccatorum suorum volebamus vulnera, & pœnitentiæ acrimonia, qua omnia tergerentur peccata, eum ad continuandum [L. calumniarum] armaverunt dolos, & ad flammam infidelitatis separaverunt [inspiraverunt]. Majores Episcopo Mediolanensi sumus, & quam fuerit clarior Valentinianus Augustus, est Rex Franciæ minor; ille sicut humilis & Catholicus Princeps, non erubuit postferri se Mediolanensi Episcopo, cum, ut homo delinqueret, summisurus & necessario suscepturus medicamenta charitatis: hic autem sicut Senacherib, & . . . nos, & post tergum nostrum caput movit; sed paveat quod contra Senacherib dicitur; Cui exprobrasti, quem blasphemasti, contra quem exaltasti vocem & elevasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israël. Et ecce sanctus Israël est Dei Vicarius, hic est Petri successor, cui dictum est; *Paice oves*

mess. & : Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & portæ inferni non prævalebunt adversus eam, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in Cælis. Propter quod, qui in navi Petri non est, naufragio peribit, & qui in eâ est, oportet, ut gubernatoris gubernationi subsistat : Cum igitur de calumniâ objectoris, propter falsitatem hujusmodi objecti criminis, pateat, per consequens, quod calumniatur in objectis aliis, debet patere. Maledictorum, petimus, consideretur causa, tempusque mandatum continuum, quo mandavimus eum ex legitimis causis excommunicatum publicè nuntiari, & ex hoc contextu & celeritate actuum quis non jure præsumat eum non ad charitatis, sed ad vindictæ zelum, quis non cogitabit, ipsum ad tantæ temeritatis audaciam devenisse? Id præteriti temporis roborat conjecturâ; olim itaque dum capitula, in quibus excedebat nostris comprehensa literis quæ per dilectum filium Jacobum de Nortmannis Notarium nostrum transmisiimus, ægrè tulit & indignatus est, & in furiam versus *maledicere capit*, non veritus quòd scriptum est : *Principi populi sui non maledices*. Cum autem Nos cessare credidit, paulo ante Nos in Christo Patrem Sanctissimum humiliter dixit, & sic nos in suis litteris appellavit : nunc vero quia urgente conscientia ex debito Pastoralis officii ipsius correctionem omittere non valemus, dilatatus, impinguatus, incrassatus recalcitravit dilectus, & pejora prioribus addidit maledicta : Ex quibus ejus in iis malum convincimus zelum, iniquitatis in ipso fomitem comprobamus & dicere cum Propheta possumus : Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ ? Sed favente Domino, incidet in foveam quam fecit, & dolor ejus in verticem ipsius descendet : Hunc ejus animum mandati præmissi perversitas approbat directè, sicut etiam verba Canonum, *eum qui ab Episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspitione discesserit, manifestam manere censuram . . .* quam Clerici Simoniaci . . . qui ab eo etiam de hæresi accusato contra regulas ante tempus discesserunt, incurrisserint, nisi providentia Synodi actum fuisset misericorditer cum eisdem. Eundem zelum, & animum prædicta colligatio patefecit. Ad hæc receptario Stephani memorata non solum malum indicat zelum, sed Regem ipsum inimicum detegit, & Principis Apostolorum mandati etiam transgressorem. Ait enim de Clemente : Si inimicus est Clemens alicui pro actibus suis, cum illo nolite amici esse, sed avertite vos ab illo, cui ipsum sentitis adversum; si quis vero amicus fuerit iis, quibus ipse non loquitur, unus ex iis est, qui exterminare Ecclesiam Dei volunt. Qui enim inimicis alicujus suas amicitias copulant, ejus inimici censentur, & ideo faciliè mentuntur.

4. Nonne Ecclesiæ mutabitur status, & Romanorum Pontificum vilescet autoritas, si talis Regibus & Principibus, aliisque potentibus aperiatur via aditusque pandatur? Confestim enim Romanus Pontifex, & Petri successor, qui clara ipsius Petri voce omnibus præest, cum circa alicujus Principis, vel potentis volet correctionem intendere, & immittere manus; tunc dicitur hæreticus, vel notoriè cum scandalo criminiosus, ut sic fugiatur punitio, & suprema potestas penitus confundatur. Absit à secula nostrorum temporum tam perniciosum exemplum, absit à nobis tanta vecordia, tam damnablem negligentia, quòd talem errorem sinamus succrescere, quin apertius suum ortum succidamus. Num quid ergo si supra prædictis contra nos petatur à nobis, * sine quo congregari non potest Concilium generale, illud in exemplum tam detestabile; maxime, (ut omitramus ad præsens excommunicationem multiplicem, qua idem Rex tenetur astrictus,) calumniatori malo, ut ex superioribus patet, procedenti zelo, aut etiam inimico, aut sibi confederatis, quibus colligatus est, etiam concedimus, * taliterque fomentam dabimus huic pesti, quod in aliorum Prælatorum persona ex prædictis causis

secun-

secundum scita Canonum repellere deberemus, illud in nostra sine alicujus injuria, si nobis & fratribus nostris videbitur, poterimus merito refutare, ut nemo deinceps Rex, aut Princeps, aut alius Potens, Regis exemplo contra Romanorum Pontificem sic prorumpat in verba blasphemæ, nullus sic ejus correctionem evitet. An, ut raceamus de Rege Francorum à Zacharia Regno privato, divæ recordationis Theodosius Magnus ab Ambrosio Mediolanensi Episcopo extra Ecclesiam factus, contra eum exarit? An Lotharius gloriosus contra Nicolaum Papam sic erexit calcaneum, aut contra Innocentium Fridericus? An Rex Franciæ major est iis? An nos minores sumus prædictis fratribus nostris? An minus juste procedimus? Quippe trium horum non est aliquid verum; sed ii, uti debuerunt, sustinuerunt humiliter: ille item, ut Adonias cum Diis terræ contra Deum Abraham, quia contra nos ejus vices geremus in terris, vehementer, (ut si quod absit, perstiterit, ruat,) eleans est: Per hoc autem non credat aliquis, quod contenti sumus, quin non obstante huiusmodi fraude appellationis objectæ, que ad minorem, vel parem, sive mortalem aliquem non potuit interponi, super prædictis, & aliis inenarrabilibus casibus, ipsius Regis ejusque sequacium excessibus, prout exordiebamur, nisi se corrigant, & satisfactionis impendant debitum, ne eorum sanguis à nostris requiratur manibus, procedamus. Datum Angniæ Calend. Septemb. Pontificatus anno nono.

LII. (q) *Bonifacius Philippum Galliarum Regem, enarratis quæ ab eo gesta fuerunt, fidelitatem sibi sacrisque segregatum declarat. &c. Anagninæ 6. Idus Septemb. anno 1303.*

Bonifacius &c. super Petri solio, excelsio throno divina dispositione sedens, illius vices gerimus cui per Patrem dicitur: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postulate a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferreâ, & tanquam vas figuli confringes eos. Quo monemur ut intelligant Reges, distinctionem apprehendant, erudiantur judicantes terram, quod serviant domino cum timore, & exultent eum tremore, ne si irascatur aliquando, pereant, cum exarserit ira ejus. Ideoque magnum judicamus, ut parvum, quia ejus sumus vicarii, apud quem personarum acceptio indigna reperitur. Hoc veteris & novi Testamenti veritas habet; hoc venerandorum Conciliorum probat auctoritas: id sanctorum patrum tenet sententia, id etiam naturæ ratio manifestat. Sed licet tanta potentate sit prædita Petri sedes, utraq; placeat dignitate, ut plus pareat, severitatem mansuetudine temperantes ac lenientes a quietate rigorem, non ad confringendum, quanquam iuste possimus, ferream, sed ad dirigendum in viam salutis, directionis virgam in præteritarum assumimus, & correctionis ferulam amplectimur. Navim ad hoc nihil, prout neque grana de spicis excuti fecimus, nempe simpliciter judicantis vera fuerunt. Quinimo utentes denuntiatorum officio, nullas pœnas vel pro Franco Regi imponimus, sed ei propter excessus suos jam excommunicato notoriè, inflictas potius à jure intimamus.

2. Bonus itaque Medicus si quibusdam medicamenta morbis officiant, se de gratia vertit, non his statim duriora subjiciens, sed leniora, nisi morborum aliunde exoriat acuitas, administrans. Sic peccatorum ejusdem sauciati Regis vulnera prius palpavimus, exactis lenitatibus multimus, ipsumque pietate paternâ fovimus: imo lenimenta hujusmodi seminario contumaciæ fuerunt & odiorum, eum erexerunt in superbiam, & ad contemptum pertinaciter provocaverunt. Unde nos ad alias, non graves tamen, medelas con-

verti-

vertimus, ut saltem experiamur, utrum tactus leniter, non contractus, & non eriget, (sicut Nabuchodonosor præ ceteris terra Rex inclutus) quod operamus, ne oblitinatus in quem transfixit, videat, & cogamur ferro ablcindere vulnera, quæ fomenrorum medicina non sentiunt, pœnitentiam agat, an quod ablit, in profundam malorum demerfus, sordidus fordescat amplius, & veluti Pharaõ indurefeat.

3. Olim siquidem dum idem Rex peccaret graviter in diversis articulis in clerum & Ecclesiam Gallicanos, primum per ejusdem Regis nuntios & ad nos missos, ipsam super hujusmodi salubribus monuimus monitis, deinde ad eum dilectum filium Jacobum de Normannis Notarium nostrum, emittas deferentem literas, in quibus excedebat, capitula continentes, transmissimus: quanquam imprudenter, quanquam infrunito animo, & irreverenter tractaverit; (non adertens quod secundum Evangelicam veritatem, qui spernit missum, spernit mittentem; idem dignus sententia, quam dudum Constantinus Papa in Justinum Imperatorem Justiniani filium, ex simili causa salut) qui in vicino erat, evidentem cognoscunt, ac idem patitur de longinquo: nec considerans, quod antiquis est sancitum à sanctis patribus promulgatis canonibus, quod si quis Romam petentes rebus quas ferunt spoliare præsumserit, communione careat Christiana: quod ius ii, qui accedunt ad præsentiam Romani Pontificis, cum rebus suis, debeant esse sub protectione Apostolica securi; & parvi pendens excommunicationis sententiam, quam inhærentes velitis Romanorum Pontificum & præcipue Nicolai Papæ, prædecessorum nostrorum, qui dictorum canonum autoritate suffulti, contra tali facientes, ad excommunicationem hætenus processerunt, addito per Nicolaum eundem processibus ipsis, etiam si connitentes [committentes] imperiali, aut regali auctoritate radiant. Nos etiam, eodem privilegio excludo, in curiis etiam prædicta fulgeant dignitate, qui ad sedem Apostolicam venientes, vel recedentes ab ea capiunt, spoliant vel detinere præsumunt, aut impedimentum aliquod exhibent, quo minus ad eandem sedem libere, cum propriis bonis & rebus suis veniant, & recedant ab eâ *in die cane Domini* primo tractu non tali modo declarantes, etiam illos, qui per se, vel per suos officiales, vel Ministros, aut * incolis imperii, regnorum seu terrarum suarum, vel transiuntibus per ea, undecumque oriundis, ad sedem venientibus memoratis, vel recedentibus ab eadem; equitaturas limitant vel subtrahunt, quæ deferunt seu recipiunt pro suis opportunitatibus vel expensis, aut quasvis alias res & bona, *ive operantibus literas* vel auctoritate, seu taxant numerum, persequuntur, seu detinent, vel alias directe vel indirecte talibus venientibus vel recedentibus impedimentum vel obstaculum præstare præsumunt, & in hoc modo ad dictam sedem venientium & recedentium, & excommunicationis, & interdicti, & excommunicationis superdictam. Adeo nostris temporibus, sicut alibi, & in aliis partibus regni fines* in transgressores gravissimus interminati poenitentia, & castis basilicis armis archæ custodiæ deputat ablati contra dictam sententiam nostram non solum indigenis, sed etiam ad eandem sedem per regnum ipsius alibi de venientibus rebus suis, vel injuriosè taxatis, imo * autem omnino subtractis: ac literis, quas deferunt, apertis per custodes passuum, aut retentis, quod nullo libere ad prædictam sedem potest accedere: nec prælati Francia: per nos, ut super dictis deliberaremus cum iis, ad nostram præsentiam evocari potuerunt, sicut eorum hujusmodi per literas constat, quæ in archivo Romana Ecclesiæ facimus conservari. Sic & Noviomen: Constantien: Bituricen: Episcoporum nostrorum nuntios excusario, eodem impediente rege, venire: qua causa etiam Princeps quisquam fuerit, qui hoc prohibuerit, illum censet eorum communicatione privandum. Quis enim libere ad memoratam sedem præficii dicit, qui subtractatur, & quod retineatur, vel regnum permittatur exire (sub alterius potestate consistit? Certe nullus qui sane intelligat, & qui scripti juris [vim] in hoc cognoscat, habet aliquam veritatem.

4. Sed volentes, secundum sacrorum doctrinam canonum pacis servare vinculum, eum æquitate & firmitate portare, nec sic moti sumus. Immo evangelica dicta pensantes, conati sumus errantem ovem tam charam, tanquam nobis dilectam, quasi propriis humeris, ne periret, ad ovile reducere, in uberibus collocare pascuis, & dulcedinis pabulo confovere. Nam cogitantes secundum evangelii parabolam, quod qui Notarium spreverat, saltem nostrum vereretur filium, ad reducendum eum dilectum filium, nostrum Joannem & SS. Marcellini & Petri presbyterum Cardinalem de regno oriundum ipsius, qui tanquam amicus suus ejus zelabar salutem, curavimus destinare, offerentem inter cætera sibi ex parte nostrâ abolitionem ab excommunicationum sententiis, quibus erat notabiliter irretitus.

5. Verum frustra nos talis cogitatus arripuit, quia si erga prædictum Notarium se, ut præmittitur, gessit, *filium nostrum magis ignominiose compefecit*. Quia sicut ipse nobis Cardinalis retulit, oblatam abolitionem contempsit, eique *deputatis custodiis*, ne libere ire posset, quo vellet, nec recipere, qui venirent ad eum de regno suo, non reverferum sine suâ licentiâ; & sic quodammodo, ut ejusdem Cardinalis verbo utamur, regio banno suppositum protulit & efflavit eundem. Et etiam ultra parabolam ipse tandem Nos patremfamilias non dimisit intactos. sed iterum laceravit blasphemis & injuriis incessivir, oblitus, quod legitur, honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram; & quod filio semper honesta & sancta patris querela deberet videri, & taliter ejus non effici castigator: consæderationibus & colligationibus factis cum nonnullis prælaris & personis aliis regni sui, pacis vinculum, quod salvum esse totis affectibus nitebamur, rupit, perturbavit unitatem ecclesiasticam & inconsutilem domini tunicam, scindere non expavit, ac suæ appellationi frivole contra nos adhærere perperam coëgit & cogit invitos, & in ruinam secum perniciosè deducit. Sane parabolam timeat, ne vinea aliis locetur agricolis, qui suis temporibus fructus reddant. Paveat censuram canonum, quæ contra tales dignoscitur præparata, & ne ex hujusmodi stricta custodia Cardinalis prædicti canonem, [excommunicationem] latæ sententiæ, (qui ad eos per interpretationem transit, qui clericos sine læsione detinent in custodiâ publicâ vel privatâ cum non multum à specie verborum differant, quibus, quo volunt, facultas recedendi non datur,) incurrat, diligenter attendet.

6. Ad hoc, ut omitteremus de dilecto filio J. *Abbate Cisterciensi detento*, & aliis multis *religiosis maxime Italicis*, quia jussio regis urgebat, recedentibus regno, captis de ipsius conniventia, & aliquo tempore in *Castelletto servatis*, eo quod adhærere nollent appellationi prædictæ; ac de eo, quod in *personâ venerabilis fratris nostri B. Apamearum Episcopi ad eum exiit nuper*, & Nicolaum de Bonfractu capellanum Cardinalis jam dicti, nostras ad eum portantem literas, quibus regem excommunicatum per Cardinalem eundem mandamus publice nuntiari, capi fecit, & repetitum à Cardinali eodem à carcere noluit relaxare; prout idem Cardinalis nobis id per proprias literas notum fecit: unde perinde dicitur habere, cum ipse rex impedimentum illud præstitit, sicut si mandata renuntiatio præcessisset.

7. *Stephanum insuper de Columna*, nostrum & ecclesiæ hostem, in suo regno recepit patenter, non veritus excommunicationis sententiam, quam post Columnnensium fugam de Tibure promulgavimus publicè, quibuscumque privilegiis non obstantibus, in omnes etiam imperiali aut regali præfulgeant dignitate, qui dictum Stephanum ac alios quondam *filios Joannis de Columna & Jacobum fratrem dicti Joannis Ricardum*

Ricardum & Petrum de Monte Vig. dicti Jacobi nepores recipere, conduce-
rent, receptari vel recipi facerent seu conduci, aut iis vel ipsorum alicui
publice vel occulte auxilium, favorem vel consilium exhiberent; quodque
contra adjuutores, fautores & receptores prædictorum Jacobi & fi-
liorum dicti Joannis ab olim per nostras litteras procedi mandavimus, ut contra
hæreticos, receptatores, fautores & adjuutores eorum. Nequaquam in his
servit Deo Rex Francorum in timore, aut ei cum tremore exultat, ne iratus
in eum per suum vicarium exardescat; nempe tanto offendit gravius,
quanto perniciosius peccat, suæ perditionis ad alios exempla transmittens.

8. Heu ipsum consilia prava commulcant, eum syrenes, nec non us-
que in exitium dulces damnosè permulcent, periculosè regalem mentem,
exagitant & decipiunt incessanter. Non enim propter eas liberare [ip-
sum] possumus, nec debemus. Hominem namque primum non à peccato
diaboli excusavit suggestio, quin divini mandati transgressor solveret pœnam
mortis: & silentium nostrum nihil aliud foret, quam delinquendi occasio
& dissolutio universæ ecclesiasticæ disciplinæ. Cum enim notorium, etiam
facti continui sit, quod ipso faciente, & contra dictam nostram veniente sen-
tentiam, libertas non est per regnum ipsius veniendi ad apostolicam sedem;
& quod si dictus Nicolaus est captus, & præfatus Stephanus receptatur in
regno, nostræque sententiæ supradictæ latæ firmatæ sint & prædicatæ pub-
lice, sic quod canonum excommunicatio in aperto liquet ex præmissis (ut ta-
ceamus ad præsens de custodia jam dicto Cardinali impositâ, detentione Ab-
batis, captione Religiosorum dictorum & temerariis actionibus in jam dictos
commisissis) ipsum eundem regem manifestis excommunicationibus esse li-
gatum, & per consequens beneficia ecclesiastica, personatus & dignitates, si
eorum aliquo legitimo titulo quandoque ad eum collatio pertinet, de jure
interim non posse conferre, imperium sive jurisdictionem aliquam per se
vel alios aut communes actus seu legitimos exercere, & collationem &
exercitium ipsum nullius existeret dignitatis, ac *vassallos ipsius esse à fidelitate*
obsequi, & etiam juramentis, quibus astringuntur eidem, & hujusmodi debito totius
obsequii, auctoritate canonum absolutos; hoc omnibus, his præcipuè, qui de
ejus sunt regno vel in eo moram faciunt, nuntiantes eum excommunicatum
comitari pœnas hujusmodi, declaramus: & more periti medici, cum non pro-
fuerint monita, a levioribus incipientes, ac sanctorum patrum nostrorum
statuta tenentes, omnes fideles & vassallos ejus eique juratos à fidelitate &
juramentis, quousque idem rex in excommunicatione permanserit, aposto-
lica nihilominus auctoritate absolvimus, & ne eidem fidelitatem observent
vel servent, modis omnibus & sub interminatione anathematis, (quia magis
Deo quam hominibus servire oportet & fidelitatem Christiano Principi Deo
adversanti ejusque præcepta calcauti nulla cohibentur auctoritate persol-
vere) prohibemus.

9. Et quin Rex ipse aliquos forsitan inveniret, qui beneficia hujusmo-
di Dei timore postposito ab ipso recipere, districtè præcipimus sub ex-
communicationis, amissionis beneficiorum, quæ alias haberent, & inhabilita-
tis perperuæ ad ecclesiastica beneficia de cætero obtinenda, pœnâ (quam
ipsi facto incurrant, si contrarium agant) ne ab eo sic excommunicato man-
ente, illa recipiant quoquo modo: districtè sub hujusmodi à nobis infli-
gendis pœnis inhibentes capitulis Ecclesiarum, in quibus beneficia ipsa per
regem, excommunicatione durante, conferuntur eundem, ne eos, quibus con-
ceduntur ab ipso, recipiant vel admittant. Porro cum scriptum sit: dissolvo
colligatio;

colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; nos confederationes prædictas etiam cum quibusvis terræ Regibus aut Principibus, quod non credimus, iniras dissolvimus, & juramenta, si qua sunt præstita, annullamus: etiam nuntiantes ipsi Regi, ut a facie arcus fugiat, resipiscat, ad obedientiam redeat, & ad Dominum convertatur, ne quod præterire non valebimus, iusto in eum iudicio animadvertere compellamur.

9. Ut autem huiusmodi noster processus, quem de consilio fratrum nostrorum facimus, ad omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continententes eundem, in Cathedrali ecclesia Anagnina vel affigi ostis seu super liminaribus faciemus, quæ processum nostrum, suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt ira, quod idem Rex & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum Anagninæ in aula nostri palatii VI. Id. Septemb. Pontificat. nostri anno IX.

LII. (r) *Benedicti XI. declaratoria excommunicationis contra complices violentia prædecessori ipsius Bonifacio VIII. facta. Perussii 7. Id. Junii anno 1304.*

Benedictus Episcopus &c. ad perpetuam rei memoriam. Flagitiosum scelus & scelestum flagitium, quod quidam scelestissimi viri, summum audentes nefas in personam bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, non sine gravi perfidia commiserunt, puniendum; prosequi ex justis cautis hucusque distulimus, sed ulterius sultinere nox possumus, quin exurgamus, imo Deus in Nobis exurgat, ut dissipentur inimici ejus, & ab ipsius facie fugiant, qui oderunt eum. Dissipentur, inquam, si vere pœniteant, sicut ad prædicationem Jonæ, Niniue conversa est: alias ut Jerico subvertantur.

1. Olim siquidem, dum idem Bonifacius Anagninæ, propriæ originis loco, cum sua curia resideret, ipsum nonnulli perditionis filii, primogeniti Satanæ & iniquitatis alumni, pudore postposito & reverentia retrojecta, prælatum subditi, parentem liberi & Vassalli Dominum, *Gulielmus* scilicet *de Nogareto*, *Raynaldus* de *Supino*, *Thomas* de *Morolo*, *Ropertus* filius *diæti Raynaldi*, *Petrus* de *Genezzano*, *Stephanus* filius ejus, *Adinolphus* & *Nicolaus* nati quondam *Mathiæ*, *Giffredus* *Bussa*, *Orlandus* & *Petrus* de *Luparia* cives Anagnini: *Milites Sciarra de Columna*, *Joannes* filius *Landulfi*, *Gottifredus* natus *Joannis* de *Ceccano*, *Maximus* de *Trebis*, & alii factionis ministri, armati hostiliter & injuriosè ceperunt, manus in eum iniecerunt impias, protervas erexerunt cervices, ac blasphemiarum voces funestas ignominiosè jactaverunt. Eorum etiam factis & opera, per ejusdem factionis complices & alios thesaurus Romanæ ecclesiæ ablatas violenter extitit, & nequiter asportatus.

3. Hæc palam, hæc publicè, hæc notoriè, & in nostris etiam oculis patrata fuerunt; in his læsæ majestatis, perduellionis & sacrilegii, legis Juliæ de vi publica, *Corneliæ* de sicariis, privati carceris, rapinæ, furti & tot alia, quot ex hujusmodi facinoribus secuta crimina & feloniz etiam delictum, commissa notamus: in iis stupidi facti sumus. Quis crudelis hic à lachrymis temperet? Quis odiosus compassionem non habeat? Quis deses aut remissus

judex ad procedendum non surgat? Quis pius sive misericors non efficiatur severus? Hic violata securitas, hic immunitas temerata, propria patri turela non fuit domus refugium, summum Pontificium dehonestatum est; & suo capto (ponso, Ecclesia quodammodo captivata. Quis locus reperietur, a modo tutus? Quæ sancta, Romano violato Pontifice, poterunt inventi? O piaculare flagitium, o inauditum facinus! o Anagnina misera, quæ ralia in te fieri passa es! Ros & pluvia super te non cadant, in alios discedant montes, te autem transeant; quia te vidente & prohibere valente, fortis cecidit, & accitatus robore superatus est. O infelicissimi patratores, non imitati, quem nos imitari volumus S. David, qui in Christum Domini, etiam inimicum, persecutorem & æmulum suum (quia dictum erat, *nolite tangere Christus meos*) manum extendere noluit; & in extendentem irrui gladio justè fecit. Infandus dolor, lachrymabile factum, perniciosum exemplum, inexpiabile malum & confusio manifesta. Sume lamentum Ecclesia, ora, tua fletibus rigent elegi, & in adjutorium debitorum ultionis filii tui de longe veniant, & filia tua de latere surgant.

4. Verum quia scriptum est, *feci judicium & justitiam, & honor regis judicium diligit*, nos in prædictis, sic judicium, quod ad honorem nostrum, pertinet, facere cupimus, quod a justitia minime divertamus. Ideoque forma juris, (*quæ sicut hæc sunt*) servatur in notoriis, observata præfatos superius nominatim expressos cæterosque participes, qui hæc in sæpe dictum Bonifacium, in personis propriis exercuerunt Anagninæ, omnesque, qui in iis dederunt auxilium, consilium vel favorem, denuntiamus de Fratrum nostrorum consilio, præsentem hac copiosa multitudo, promulgatam a Canone excommunicationis sententiam incurrisse, ipsosque peremptoriè, quatenus infra festum sanctorum Petri & Pauli proxime venturum, personaliter compareant coram nobis, justam, dante Domino, nostram supra præmissis, quæ, ut prædicitur, notoria sunt, audituri sententiam, nostrisque mandatis & jussionibus parituri humiliter. Alioquin, eorum non obstante absentia, contra eos, via incedentes regia, procedemus. Hanc autem citationem nostram, quam, non sine causa, ex certa scientia fecimus, ipsos arctare volumus, sicut si eorum quemlibet apprehendisset. Ut autem hujusmodi noster processus, ad communem omnium notitiam deducatur, &c. Datum Perusii 7. Idus Junii Pontificatus anno 1.

LII. (s) *Clementis V. vitatio eorum qui Bonifacium Hæreseos accusant. Avenion. Id. Septemb. 1308.*



Lemens Episcopus servus servorum Dei, ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum, &c. Dudum postquam, divina cooperante clementia, fuimus ad apicem summi Apostolatus assumpti, primo Lugduni & deinde Pictavis, cum nostra curia residentes, charissimus in Christo filius noster *Philippus Rex Francorum illustris*, zelo, ut credimus, & ipse promebat, fidei orthodoxæ & devotionis accensus credensque Ecclesiæ statui plurimum expedire, Nos cum instantia requisivit, & id ipsum dilecti filii, nobiles viri, *Ludovicus natus claræ memoriæ Philippi Regis Francorum Ebroicens*; Guido S. Pauli, & Joannes Drocensis Comes, ac Guillelmus de Plasiano miles, qui contra *Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostrum, quem dicebant in labe pravitatis hæreticæ decessisse*, crimine hæreseos se velle imponere, & ad illud probandum sufficientes probationes habere, illasque coram nobis velle proponere asserbant; postularunt instantanter, quod ipsis videlicet nobilibus benignam audientiam exhibentes, ad recipiendas probationes hujusmodi, memoriamque damnandam ejusdem defuncti,

defuncti, iustitiâ præviâ procedere curaremus. Nos vero quamvis de ipso, quod de orthoxis prænitibus, & catholica patria traxit originem, ac in curia Romanâ, pro majori parte temporis vitæ suæ, nutritus extitit, ac cum Martino dum in Franciâ, ac Adriano in Angliæ Regnis, prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, legationis officio fungerentur, successivis temporibus, quasi continuo conversatus, Cancellariæ officium exercuit cum iis & sublequenter in dictâ Romanâ Curia, in qua prius exercuerat advocacionis officium, ad officium Notariatus primo, & deinde ad honorem Cardinalatus S. R. Ecclesiæ, & demum in summum Pontificem assumptus extitit, qui ad honorem Dei & roborationem & hæreticorum exterminium multas edidit functiones, in Prædicationis . . . divina officia exercendo . . . in præfata Curia, & etiam extra eam, tum in dictis Regnis Franciæ & Angliæ, cum aliis diversis mundi partibus antequam summus Pontifex . . . viris autoritatis eximie catholicis & ecclesiasticis conversatus, alias etiam . . . apparebat, comuniter semper vixit; prædictâ veritate subniti nullatenus crederemus. Quia tamen crimen hæreseos, quod est inter cætera crimina plus execrabile ac horrendum, magisque detestabile ac damnosum, contra dictum prædecessorem oppositum, dissimulanter indiscussum negligi non debebat; ad præfati Regis aliorumque nobilium prædictorum instantiam, & ne in sacrosancta Romana Ecclesiâ, quæ mater est cunctorum Christi fidelium & magistra, quæque cunctis tribuit catholicæ religionis normam, veramque doctrinam fidei orthodoxæ, videamur negligete, quod in aliis debet diræ censuræ acerbitate damnari: Dum adhuc cum prædictâ curiâ Præfatis essemus, ut præfatis oppositoribus de fratrum nostrorum consilio audientiam duximus concedendam, iis primam dñm juridicam, post festum Purificationis B. Mariæ Virginis proximum jam transactum, ad comparandum coram nobis Avenione, & quantum, ac prout esset de jure in ipso negotio procedendum, pro peremptorio termino signantes &c. Actum Avenione in domibus Fratrum Prædicatorum, videlicet in aula inferiori, quâ consistoria publica tenemus: Idibus Septembris Pontificatus anno IV.

LII. (t) *Ex Scripto valde prolixo, quod G. de Nogarito, & G. de Plasian, Domini Regis Franciæ Milites, prosequentes negotium Fidei, inceptum contra Bonifacium, dudum PP. defunctum, & ejus memoriam, tradiderunt coram Domino D. Clemente PP. V. Dei gratia summo Pontifice, per nobilem virum D. Bertrandum de Rupenegada, Militem, procuratorem suum ad hæc.*

Constat, & est notorium toti mundo, quod Reges Franciæ, iste qui nunc est & progenitores ipsius, superiorem, nisi Deum solum, in temporalibus non noverunt. Sic est perpetuo à tempore generationis eorum obrentum, sic sancti Patres, summi Pontifices, sic Imperatores, qui præfuerunt ante Bonifacium, servaverunt. Extray: qui filii sunt legit. c. per venerabilem. Nec Reges Franciæ super rebus vel juribus quibuscunque temporalibus, vel eis ad hærentibus, vel annexis, ad honorem, vel statum Regni sui spectantibus, vel eis annexis judicium receperunt per alium quemcunque in mundo, nisi per se & curiam suam. Et hoc est notorium toti mundo, & Ecclesiæ Romanæ semper fuit & Bonifacio prædicto.

2. Item notorium est toti mundo, quod Rex, qui nunc est, & ejus progenitores, inter mundi Principes in religione fidei coruscant, & pro fide

9. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd dominus Rex prædictus usus est, & tam ipse, quam ejus prædecessores usi fuerunt & sunt, & consueverunt conferre dignitates, beneficia & præbendas plurium Ecclesiarum, *qua de fundatione Regum ipsorum existunt*: nec dictus dominus Rex, qui nunc est, aliter usus est, quam sui progenitores hætenus usi fuerunt; & eo modo utitur & usus est suo tempore, quo sui progenitores & antecessores usi fuerunt tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

10. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd dictus Dominus Rex habet *jura Regalia universa* in Regno suo: sed *inter cetera jura Regalia habet jus percipiendi fructus omnes, redditus & proventus Ecclesiarum Cathedralium vacantium, & suos faciendi, qui de sua Regalia existunt*, quando vacant. Et quum præficitur novus Prælarus illis Ecclesiis, Prælati hujusmodi ab ipso Rege temporalitatem recipiunt, post fidelitatem sibi præstitam vel homagium: quo jure Regalium dictus Dominus Rex usus est tam ipse, quam ejus prædecessores Reges Franciæ usi sunt, tantis temporibus, de quorum contrario memoria non existit.

11. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd dictæ Ecclesiæ, in quibus dominus Rex prædictus habet Regalia prædicta, de fundatione Regum Franciæ, suorum prædecesorum existunt.

12. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd *quandiu vacant dictæ Ecclesiæ*, in quibus dictus dominus Rex habet Regalia, idem dominus Rex donat & donare consuevit dignitates & præbendas & beneficia, quorum collatio modo quocumque *pertinere potest ad Prælatum illius Ecclesiæ*, eo tempore quo existunt ibidem, sive ibidem vacant prædicta beneficia, præbendæ vel dignitates, vel in Curia Romana vel alibi ubicunque.

13. Item, quòd prædicta jura pertinent, & pertinere debent ad dictum dominum Regem & ad suos prædecessores, jure suo regio vel consuetudine Regni Franciæ notoria: & tam ipse, quam ejus prædecessores, *in saisina & possessione vel quasi* jurium omnium prædictorum & singulorum existunt tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

14. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd *jura Regalia aliquarum Ecclesiarum*, quæ habet in Ecclesiis prædictis dominus Rex prædictus, progenitores ipsius domini Regis & prædecessores ejus in Regno *dederunt in feudum aliquibus Baronibus* suis tam Ecclesiasticis quam secularibus: qui Barones Regalibus illis utuntur & fruuntur, sedibus Ecclesiarum ipsarum vacantibus, *jure suo feudali & jure regio*, à quo suum jus movet & ideo *jus Regale vocatur*; quo jure dicti Barones utuntur, nominibus suis & nomine regio, & usi sunt tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

15. Item certum, notorium & indubiatum existit, quòd cum civitas Lugdunensis tempore primitivæ Ecclesiæ fuisset ad fidem Catholicam prima conversa, & postea in manus infidelium invenilset, *Rex Franciæ, qui tunc erat, vi armorum & sanguine rutilante suorum, conquistavit dictam civitatem Lugdunensem cum omnibus juribus suis & pertinentiis, ad fidem Catholicam & cultum divinum civitatem ipsam redegit jurisdictione sua regia, & ibidem fundavit Lugdunensem Ecclesiam Catholicam*: & quia civitas ipsa tempore infidelium præcedenti Archisamines habuerit, & pristinis temporibus *prima sedes fuerat Galliarum, ut moneta Lugdunensis testatur*, dictus Rex *Sedem ipsam Archiepiscopalem erexit & erigi fecit, cum jure Primatiæ super Ecclesias Galliarum*: quo jure Primatiæ Archiepiscopi Lugdunenses longis temporibus usi fuerunt.

16. Item certum & indubiatum existit, quòd *Rex prædictus fundator Ecclesiæ Lugdunensis, castris, villis, terris & possessionibus, quas nostris temporibus*

poribus obtinuit dicta Ecclesia Lugdunensis, eam dotavit, & jura Regalia (quæ Regalia in singulari appellantur) in feudum dedit & concessit Episcopo & Ecclesiæ Eduensi: & è converso Regalia dicta Eduensis Ecclesiæ dedit & concessit in feudum Archiepiscopo & Ecclesiæ Lugdunensi; quam similiter Eduensem Ecclesiam fundavit & dotavit Rex prædictus fidelitate ab utroque eorumque successoribus, sibi suisque successoribus præstanda pro temporalibus prædictis retenta.

17. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd Archiepiscopi Lugdunenses, qui fuerunt pro tempore, quotiens vacavit Ecclesia Eduensis, & vicissim Eduenses Episcopi, quotiens vacavit Ecclesia Lugdunensis, usi sunt ad invicem & vicissim dictis Regalibus temporalitatum ipsarum.

18. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd antiquius Comes Lugdunensis Comitatum suum in feudum tenebat à Rege Franciæ, quem Ecclesia Lugdunensis acquisivit ex permutationis causa, cum omnibus castris, feudis seu pedagiis, feudis & redditibus, juribus & pertinentiis. Comitatus ipsius à Lugdunensi Comite, qui tunc erat, de consensu, auctoritate & confirmatione Regis Franciæ, qui tunc erat, à quo dictus Comitatus in feudum movebat.

19. Item ipsa Ecclesia Lugdunensis de concessu, auctoritate & confirmatione Regis prædicti, & causa permutationis prædictæ, dedit Comiti memorato magnas terras, hereditates & castra, quas Foresti Comes impræsentiarum possidet, qui de progenie dicti Comitis Lugdunensis, qui erat etiam Forestensis Comes, noscitur descendisse; de quibus omnibus existit literæ, privilegia & publica monumenta. Hinc est, quòd Capitulum Ecclesiæ Lugdunensis, quod pro majore parte dictum Comitatum possidet, & de temporalitate, fundationis prædictæ Ecclesiæ suæ obtinet magnam partem, signo floris Liliæ, in suo sigillo impresso, usum semper fuerit.

20. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd pro temporalibus Ecclesiarum suarum Archiepiscopi Lugdunenses, & Episcopi Eduenses, qui fuerunt pro tempore, præstiterunt & præstare consueverunt fidelitatem Regibus Franciæ, qui similiter fuerunt pro tempore, cum ad administrationem suorum Episcopatum veniebant, usque ad tempus Archiepiscopi Lugdunensis, qui nunc est, qui malo ductus consilio, in suis temporalibus rebellis fuit domino Regi prædicto, propter quod oportuit dominum Regem ad coercendum rebellionem hujusmodi, & ad juris sui conservationem, exercitum suum ad partes mittere Lugdunenses.

21. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd nullis temporibus præteritis, ab eo, quo civitas Lugdunensis fuit ad manus Christianorum redacta per Regem Franciæ memoratum, nullus unquam Princeps terrenus, præter Reges Franciæ, jus regium vel superioritatis quodcumque super Archiepiscopos, & Ecclesiam Lugdunensem in Ecclesiæ temporalibus habuit, licet aliqui Archiepiscopi proditorio è aliquibus aliis Principibus advocasse suum temporale dicantur, ignorantibus tamen Regibus Franciæ, qui fuerunt pro tempore, quibus per hoc non potuit generari quodquam præjudicium, nec contra eos, vel in eorum præjudicium causa possessionis murari de jure; maxime cum semper in possessione fuerint, & faina juris regii & superioritatis prædictæ in temporalibus ejusdem Ecclesiæ Lugdunensis, tam recipiendo fidelitatem à singulis Archiepiscopis supradictis, quam sede Lugdunensi vacante, capiendi & exercendi prædicta Regalia per fideles suos Episcopos Eduenses: cum is possidet, cujus nomine possidetur, dominusque feudi possidet per vassallum.

[Conferatur tract. Regis cum Archiep. Lugd. 1307. T. I. Cod. Dipl. n. 29.]

22. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd dictus Dominus

nus Rex, progenitoresque sui Reges Franciæ, qui fuerunt pro tempore, jus superioritatis & gardiæ in temporalibus Ecclesiæ Lugdunensis exercuerunt, quotiens ad eos recursus est habitus. & quotiens opus fuit, tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

23. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd dictus dominus Rex, progenitoresque sui, *jus resorti*, ad jus regium & superioritatem pertinens, arque gardiam exercuerunt inconcussè in civitate Lugdunensi, *quadraginta anni sunt elapsi*, & ab eo tempore citra continuè; licet Archiepiscopus prædictus, qui nunc est, intervertere voluerit, possessionem hujusmodi domino Regi prædicto: & distrinxerunt dictis temporibus temporalitatem dictæ Ecclesiæ Lugdunensis, & justitaverunt, quoties opus fuit, propter impedimenta & obedientias Archiepiscoporum, qui fuerunt pro tempore, vel Capituli vel gentium eorundem, quas faciebant in præjudicium superioritatis vel gardiæ domini Regis prædicti. Quòd si interdum & pluries damnificata fuerit, hoc non contigit ex culpa dicti domini Regis vel suorum, quem oportebat coërcere dictos Archiepiscopos & Capitulum propter impedimenta & inobedientias eorundem. Et, locum habebat juris regula, scilicet, quod quis ex culpa sua damnum fecerit, sentire non videtur. Et alibi scriptum est, quòd damnum, quod inferunt magistratus propter inobedientias coërcendas, jure licito videtur illatum. D. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. Et, ut exemplis utamur, tempore B. Ludovici, cum ivit Tunitium, requisitus Rex ipse, dum fecit transitum per Lugdunum, ab Archiepiscopo, qui tunc erat, & Capitulo Lugdunensi, cives Lugdunenses coërcuit, & fortalitia, quibus se munierant contra Ecclesiam Lugdunensem, dirui fecit tanquam superior & gardiator Ecclesiæ ipsius, quæ coërcere non poterat cives ipsos. Et cum Rex prædictus postmodum discessisset apud Tunitium, filius ejus Rex Philippus de Tunitio reveniens, & transiens per Lugdunum, requisitus ab Archiepiscopo & Capitulo memoratis, diruit iterum fortalitia, quibus dicti cives se iterum munierant contra eos. Est igitur *erroneum dubitare, an Lugdunensis Archiepiscopus Ecclesiæque Lugdunensis & ejus temporalitas sint in Regno*, cum prædicta sint clara sic & notoria, quòd nulla possunt tergiversatione celari.

24. Item certum, notorium & indubitatum existit, quòd *cum Prælati*, vel eorum officiales, *per jurisdictionem suam spiritualem impediunt & perturbant jurisdictionem temporalem*, notoriè, sic quòd negari non potest, dominus Rex prædictus de antiqua consuetudine dicti Regni, quia spiritualitatem Prælatorum coërcere non debet, distinguere [distingere] potest temporalitatem talium Prælatorum, quousque cessent ad impedimento prædicto. Quod non est à jure longe remotum, cum super actionibus realibus, vel in rem scriptis, pro rebus immobilibus & temporalibus spectantibus ad quemcumque, ut super juribus quibuscumque rerum immobilium temporalium, sive possessorio, sive petitorio agatur, pertineat cognitio per totum Regnum ad Curiam temporalem; sive illa jurisdictio temporalis ad Regem vel Prælatos pertineat vel Barones. Cum igitur actio mihi pro vindicanda jurisdictione mea, & negandi in rem mihi competat contra eum, qui me in ea impediatur, vel se in ea jus habere contendat, vel me in ea quocumque modo perturbet; sequitur, quòd si Prælati vel Clerici me in ea jurisdictione impediatur temporali, in rem actione negatoria mihi tenentur, & ipsum per eam per hoc possunt coërcere. Si ergo est notorium, non oportet, quòd in rem agatur, sed per facti executionem meam possessionem

onem defendam, etiam vi, si sit necesse, vel iudex superior talis impediens violentiam cohibebit, & in possessione mea vim mihi fieri prohibebit. D. si usus fructus petatur. l. uti fruct. §. quamquam, & §. nrum & si servit. vindic. l. 2. de vi & vi armat. l. 1. §. vim vi. & l. 3. §. cum igitur. & C. uti possid. l. unica. Cum igitur Prælati & Clerici pro rebus temporalibus, immobilibus & juribus litigent, & respondere teneantur in Curia regia, de consuetudine Regni notoria & de jure, ut 8. dist. *quo jure*, cum similibus; quid mirum si Rex in dicto casu Clericum vel Prælatum coërceat, captis pignoribus temporalitatis suæ, quam Rex in casu licito justitiare potest & debet? Prælati namque & Officiales eorum, per censuram coërcent Ecclesiasticam eos, qui jurisdictionem eorum impediunt spirituales injuste. Et dicto jure coërceitionis, de quo supra diximus, Dominus Rex uritur, & tam ipse quam ejus prædecessores usi sunt, tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

25. Item certum, notorium & indubitatum existit, quod dominus Rex prædictus custodiri fecit, & tam ipse quam ejus prædecessores custodiri fecerunt, tantis temporibus, de quorum contrario memoria non existit, introitus & exitus Regni, quæ *custodia passuum* dicitur, propter res abstrahi veritas de Regno prædicto, ut est videre de lana, *billone*, auro, argento, *equis armorum*, & etiam tempore necessitatis, cibariis: maxime autem, & strictius dicti passus custodiuntur, tempore guerræ, quam pacis. Et quia tempore Bonifacii, & eo, ut fertur communiter, procurante in parte, guerræ erant in Regno prædicto partibusque diversis, cum Rex ipse neminem invadebat, sed Regnum suum solummodo defendebat, & si forsitan ex tali custodia retardentur aliqui, Regnum exire volentes sive de Regno, vel transeuntes, vel impediuntur in rebus veritis extrahendis, & ob hoc damnum aliquod sustineant itinerantes ad Romanam Curiam, vel alibi; Rex, qui jure suo uritur, inde culpari non potest. Et si per injuriam custodes passuum lædant aliquem, vel fraudein in officio committant, Regi culpa non debet imputari, dum tamen certioratus justitiam exhibeat de iisdem. *Mala enim Regis electio custodum talium non potest ascribi Regi, cum ipse penat illos, quos bonos resutat, & qui boni sibi dicuntur præsidentes in officiis suprædictis, qui ministros alios adhibent sibi necessarios, cum per se complere non possent.* Nec est, nec unquam fuit, nec erit in perpetuum, quominus etiam sine dominorum culpa mali tales reperiantur ministri. Nec potest ignorans dominus reprehendi, dum tamen, cum sciverit, justitiam adhibeat, in cujus exhibitione justitiæ Rex in defectu non fuit. Crudele foret igitur, proditiosum & dolosum, quod dictus Rex, qui nullam fecit in præmissis injuriam, Inauditus, non confesus, non convictus declaretur in sententiam Canonis incidisse, sicut dictus Bonifacius, ex suo doloso proposito, non per sententiam, sed per suas Epistolas faciebat. Cum etiam alii Reges terrarum; quinimò plures civitates & castra in plerisque partibus simili jure urantur, quo uritur Rex Francorum prædictus: quibus juribus ex necessaria consuetudine dicti Regni (quæ potest & debet dici *vestitas*) tam ipse, quam ejus antecessores usi sunt continuè, tantis inconcusse temporibus, de quorum contrario memoria non existit: nec quiquam alteri sancti Patres, summi Pontifices, qui dictum

Bonifacium præcesserunt, unquam Regi Franciæ vel aliis Principibus quæstionem moverunt de præmissis; de quibus, maximè temporalibus, seu ad jus temporalitatis seu regiæ Majestatis spectantibus, solum ad dictum Regem & ejus Curiam cognitio pertineat, si quis forsitan veller super eis quæstionem referre: Cum etiam super jure patronatus Ecclesiarum, in plerisque partibus dicti Regni ad ipsum Dominum Regem & ejus Curiam cognitio pertinere noscatur, ex antiqua consuetudine prædicta: cumque dictus Bonifacius nulli alii Principi super juribus præmissis vel similibus unquam moverit quæstionem: cumque insuper inter cætera regna mundi fidei religio, honor & obedientia ad sedem Apostolicam & Romanam Ecclesiam, Ecclesiarum libertas arque defensio, & jurium Ecclesiarum ipsarum exhibitio, in Regno Franciæ observentur & custodiantur præcipue: cumque in Regno ipso, tam per Regem quam per alios, antequam dictum Papatum teneret, & post, honores & obsequia dictus Bonifacius semper receperit, inter cætera regna mundi: cum sciret insuper tempore, quo fuit imperitus super hæresi & schismate per dictos dominos Columenles, & postea apud Regem, & magnas alias personas, in dicto Regno de eisdem hæresi & schismate quæsitum, ut superius & narratum & clarum, certum & indubitatum existit, quod in odium fidei Catholiciæ, pro defensione hæresis ejus & schismatis, odium conceperat contra dictos Regem & Regnum, & totis suis studiis ad eorum exterminium vigilabat, ac etiam properabat, & procedebat tam ad dictos auctores nefandos quam alios per Guillelmum de Plasiano in viam provocationis propositos & adhuc alios præter ipsos, & ad omnes in litteris seu earum tenoribus, per dictos excipientes in suis scriptis productis contentos, excedens Patrum sanctorum terminos, falsas ad inventiones & fucatos colores inveniens ad suos defendendos errores. Et sic non obstant, sed clare de calumnia & hæresi fautoria convincunt dictos excipientes, per eos proposita & producta contra dominum Regem prædictum: maxime cum tenores litterarum dicti Bonifacii & processuum habitorum contra dominum Regem prædictum producant; quæ processus & litteræ, tanquam perperam & temere attentati per Bonifacium, fuerant per dictum dominum Benedictum prædecessorem vestrum annullati, & quatenus de facto processerunt, revocati. Quæ omnia dicti excipientes noverant, & in Curia, Pater sancte, debent contineri Registris, quæ petimus super iis per nos inspicere & videri. Et cum contra dominum Regem ex præmissis dicti excipientes non possint intentionem suam ad inimicitias ostendendas fundare, multo minus adversus dictos Comites dominum Ludovicum filium Philippi Regis, Comit. Ebroic. Guidonem Com. sancti Pauli, Joannem Droenc. Com. vel adversus nos, Guillel. de Nogareto & Guillelm. de Plasiano Milites, vel alios de Regno prædicto. Et attendite, Pater sancte, si dictus Bonifacius ex dolo proposito movebatur, cum Regi Franciæ in prædictis suis litteris imponebat, quod idem dominus Rex contenderet, se superiorem non habere. Quis enim quoad ea, quæ ad claves regni colorum pertinent & fidem Catholicam & Ecclesiasticam Sacramenta, summum Pontificem & Ecclesiam Romanam sic humiliter, sic reverenter, sic devote recognoscat, sicut Rex Franciæ prædictus, & sui progenitores semper superioritatem hujusmodi recognoverunt? Quis alius Christianus invenitur in mundo Princeps vel alius, qui in his talem tantamque reverentiam & devotionem exhibeat Ecclesiæ Romanæ, sicut Rex Franciæ prædictus? Certe nullus.

16. Præterea qualiter poterat, nisi ex suo dolo officio [affectu] præcessisset, per prædictas litteras clausas (*Ausculta fili*) dicto domino Regi directas, & per clausas litteras dicto domino Joanni Monacho missas definitive pronuntiare, sine omni causæ cognitione, & de re, quorum interest, non auctis, proferrè sententiam? Certe nusquam.

27. Item advertite, qualiter in litteris (*Ausculia fili*) prædictis, ac si esset liquidum & clarum, per legitimum procellum habuim dicebat dictum *Dominum Regem excommunicatum*, & excommunicationem se extendere, super omnibus præmissis articulis, in quibus jus, quo dictus Dominus Rex utitur, clarum, notorium & indubitatum existat, ut superius est præmissum, & ad ejus regiam dignitatem & cognitionem pertinere notatur. Inspecite etiam, Pater sancte, quod sicut, si voluisset ordinare de uno modico Prioratu, in capite & in membris; sic se velle dicebat disponere etiam temporaliter, quod ad eum pertinere non poterat: esto, quod Catholicus Papa fuisset, super omnibus dictis juribus clavis & lucidis dicti Domini Regis & Regni, & de statu Regni in una vice disponere, & ad hoc convocationem Prælatorum & Doctorum dicti Regni se facere prætendebat. Legimus in *Isaia, fatuus fatua loquitur*, certe suum pravum propositum fatue ostendebat.

LII. (u) *Bulla Clementis V. que narrat tum Adversarios, tum Patronos causa Bonifaciana, desertis judiciariis formulis, liti arbitrium permisisse eidem Clementi, qui laxatis censuris in Regem & Regnum in Gallia latis, plurimisque in illius gentis laudem dictis, inter alia decernit; literas & sententias Bonifacii Regi Francia injurias è regesio Pontificio eradendas &c. anno C. 1310.*



*L*emens Papa V. ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum.

2. Ex parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum Illustris fuit expositum coram nobis, quod significantibus olim sibi frequenter & pluries nonnullis sublimibus & magnæ autoritatis Personis, Bonifacium Papam octavum prædecessorem nostrum non per ostium, sed aliunde intrasse ovile Dominicum, Ecclesiam videlicet sponfam Christi, ipsumque fore crimine pravitatis hæreticæ irretitum; quibusdam ex personis ipsis ipsum super hoc impetere seu denuntiare volentibus, ac requirentibus Regem ipsum, tanquam fidel pugilem & ecclesiæ defensorem, ut cum ex vitioso & illegitimo ingressu damnabili, perversis actibus, detestandis operibus & perniciosis exemplis dicti Bonifacii, status fidei & ecclesiæ miserabilibus dispendiis & ærutinis gravisque ruinæ periculis subiaceret; ac ubi de hæresi agitur, fidei & ecclesiæ defensatrix semper extiterit inclaya domus sua, per declarationem veritatis hujusmodi procuraret generale Concilium convocari; Rex ipse, quia pudenda patris proprio libenter pallio contexisset, denuntiatorum & objectorum ipsorum frequentibus pulsatus instantiis & assiduus clamoribus excitatus, ejusque conscientia, tam per nonnullas sublimes, graves & dignas personas, (videlicet dilectos filios, nobiles viros Ludovicum Ebroicensem & Guidonem Sancti Pauli, ac quondam Joannem Drocensem Comites, asserentes, præstitis ad Sancta Dei Evangelia ab eis tacta corporaliter juramentis, se præmissa credere esse vera & ea legitime posse probari) quam per alias quamplures sublimes & fide dignas personas status tam ecclesiastici quam mundani (eundem Bonifacium diversis hæresium speciebus infectum, ac in profundo malorum positum, ac omnino incorrigibilem affirmantes) super his, ut decuit, informata: negotium convocationis hujusmodi Concilii generalis pro declaratione veritatis (ut videlicet dicti Bonifacii innocentia in hac parte claresceret, sicut teste conscientia exoptabat, aut ip-

Se Bonitacio, si denuntiata & objecta contra eum forent veritati subnixæ, tanquam illegitimo prorsus amoto, & cunctis erroribus, iniquitatibus & spurciis à domo Domini procul pulsis, de vero legitimo patore provideretur ecclesiæ Sanctæ Dei) una cum præfatis baronibus, collegiis, universitatibus, communitatibus & universitatibus civitatum & aliarum villarum, diversorum regnorum & climatum orbis terræ, aliisque sibi adherentibus, ex fervore fidei & zelo iustitiæ, ac pro reformatione status ecclesiæ, ac generali bono totius reipublicæ Christianæ, assumpsit deliberato consilio ad laudem divini nominis & exaltatione catholicæ fidei promovendum, ipsiusque promotionem convocationis Concilii generalis, ut ipsius provisione, salubri memoratis objectoribus audientia præberetur, ac super objectis sciretur veritas, ac statueretur & fieret, quod iustitia suaderet; apud eundem Bonifacium, dum viveret, per solemnes nuntios Regios, & post ejus obitum apud bonæ memoriæ Benedictum Papam XI. prædecessorem nostrum, & eo sublato de medio, apud Nos ad ecclesiæ præfatæ regimen, licet in sufficientibus meritis divina dispositione vocatos; dum paulo post nostræ promotionis auspiciis Lugduni nobiscum, pro hujusmodi & terræ sanctæ & aliis negotiis arduis, personaliter convenisset; ac Pictavis postmodum iteratis instantiis (ut videlicet per eundem Bonifacium prædecessorem nostrum, dum inhumanis agebat, & post ejus decessum per nos etiam de præfati deliberatione Concilii convocandi, si expediens videretur, super denuntiaris & objectis hujusmodi discuteretur veritas ac decerneretur & fieret, quod censent & stabiliunt Canonice Sanctiones) operosis studiis, ac sollicitudinibus institit indefessis. Quare præfatus Rex nobis humiliter supplicavit, ut, cum (sicut denuntiatorum & objectorum prædictorum habebat assertio) ex certis causis exhibitionis iustitiæ in hac parte morosa protractio negotio fidei ac eisdem denuntiatoribus & objectoribus dispendiosa foret & periculosa quam plurimum; in negotio memorato procedere ac exhibere, super eo iustitiæ plenitudinem dignaremur.

3. Proponebatur autem in contrarium ex parte quorundam se offerentium defensionem memoriæ & status Bonifacii memorati, dictum Regem ex malignitatis & odii fomite potius, quam charitatis aut fidei vel iustitiæ zelo procedere ad requisitiones hujusmodi faciendas, ipsumque denuntiationes, objectiones & assertiones prædictas calumniosè fieri procurasse, ac Regem eundem & quosdam ex denuntiatoribus & objectoribus supradictis ausu sacrilego capi fecisse Bonifacium memoratum, ac denuntiatores, & objectores & assertores eosdem, conspiratores fuisse, & esse dicti Bonifacii inimicos etiam capitales: quibus præmissis & aliis multis rationibus dicebatur; dictum Regem super requisitione prædicta nullatenus audiendum, ac denuntiatores & objectores prædictos ad denuntiationes hujusmodi non fore aliquatenus admittendos.

4. Sed respondebatur è contra pro parte Regis, denuntiatorum & objectorum & assertorum ipsorum, quod ab ipso primordio promotionis dicti Bonifacii ad summi Pontificatus apicem, memorato Regi per nonnullas sublimes & præ eminentis excellentiæ aliasque fide dignas personas Ecclesiasticas & mundanas insinuatum multotiens fuerat, & diversis successivè temporibus aurius regiis pluries inculcarum, quòd Bonifacius per ostium non intrasset, quodque vitio labis hæreticæ & aliis nefandis criminibus irretitus, ac positus in profundo malorum omnino incorrigibilis existeret; ipsumque Regem, ut tanquam fidei pugil Ecclesiæque defensor imminentibus malis & scandalis remediis occurreret opportunis, fuisse cum instantia requisitum. Sed Rex ipse, ut filius pudoratus, illius, quem loco patris habebat, pudenda cernere veritus, avertens à prædictis insinuationibus &

denuntiationibus aures suas, ipsum diutius propter honorem Ecclesie toleravit & venerabatur ut parrem; donec personarum predictarum frequentibus & continuatis instantiis & demum in publico Parlamento Parisiis, presentibus Prælati, Baronibus & Capitulis, Conventibus, Collegiis & Communitatibus & Universitatibus villarum regni predicti opportunè & importunè pulsatus, cum ulterius, urgente conscientia de præmissis, ut præmittitur, informatâ, absque Dei offensa dissimulare non posset, nec sine gravibus scandalis & periculis tolerare; de Prælatorum, Baronum ac Capitularum, Conventuum, Collegiorum, Communitatum & Universitatum villarum regni præfati, nec non Magistrorum in Theologia ac Professorum utriusque Juris, & aliorum sapientum & gravium personarum diversorum regnorum & partium deliberato concilio, non ex odii fomite, non typo malitiæ, sed zelo fidei, necessitate cogente, promotionem, ut prædicitur, illumpsit negotii supradicti, nec præfatum Bonifacium capti, nec aggressionem vel insultum in eum vel ejus domum fieri mandavit aut fecit; sed denuntiationes & objectiones prædictas sibi per Gulielmum de Nogareto militem & alios suos Nuntios ad hoc ab eo patentibus & expressis litteris regis destinatos duntaxat insinuari præcepit, & ab eo super his generale Concilium convocari; & si dictus Gulielmus circa personam vel domum dicti Bonifacii vel alias in præmissis aliqua commisit illicita, displicuerunt & displicent dicto Regi, nec ea rata vel grata unquam habuit neque habet. Adiciebatur etiam denuntiatores & objectores prædictos, de hæresi, illegitimo ingressu & aliis criminibus prædictis à longè retro lapsis temporibus per nonnullas graves & fide dignas personas instructos & informatos fuisse, ipsosque ad denuntiationes & objectiones easdem apud præfatum Regem, cum ad præfatum Bonifacium tunc aditum commodè habere non possent, in publicum defendendas, non ex odio præconcepto, cum tunc ipsos in nullo dictus Bonifacius offenderet, non ex fermento malitiæ sed potius ex fervore fidei & zelo justitiæ processisse, & earum prosecutioni etiam nunc instare, paratos eas secundum formam curiæ legitime profequi & probare.

115. Et pour faire fin & conclusion à ces presentes Remonstrances, supplions treshumblement au Roy nostre souverain seigneur qu'il luy plaist de sa benigne grace prendre les dictes remonstrances en la meilleure part & les entendre; les quelles en obeissant à son bon plaisir & commandement

avons redigées par escrit non in sublimitate sermonis nec in persusibilibus humana sapientia sermonibus, sed in virtute obedientia; en considerant, que ses tres humbles & tres obeissans subjects & serviteurs, les Presidens & Conseillers de la Cour par le deub de leurs offices & serment qu'ils luy ont fait, sont tentus luy dire verité & le conseiller bien & loyaument, selon Dieu & leurs consciences.

LIII. (b) *Secondes Remonstrances de la Cour de Parlement au Roy contre le Concordat fait avec le Pape Leon X.*



N adjoustant aux Remonstrances cy dessus escrites plaise au Roy nostre souverain seigneur considerer, que par serment, qu'il & ses predecesseurs Roys de France ont accoustumé faire en leur sacre, il a solemnellement promis garder & defendre les droicts, libertés & franchises de l'Eglise Gallicane, de la quelle il est vray protecteur, à quoy humblement luy supplions avoir esgard.

Et si on vouloit dire, qu'il est convenable, que le Pape ait quelque subvention & ayde de l'Eglise de France pour supporter les charges & affaires qui de jour en jour surviennent au St. siege Apostolique, à ce sous treshumbe correction y a solution plus que pereimptoire; car il y a infinies expeditions en cour de Rome des quelles nostre saint Pere le Pape prend & leve en ce Royaume une fois l'an grande quantité d'argent & mesmes es cas qui s'ensuivent.

1. Primo des mandats dont le Pape, qui est à present, a tiré & tire de jour en jour grande quantité d'or & d'argent.
2. Des collations & preventions, quocumque modo vacent Beneficia collativa.
3. Des provisions par resignation deüt y a moult grand nombre; ainsi que dessus a esté touché en parlant de l'exoression de la vraye valeur.
4. Des provisions tant des Benefices collatifs qu'electifs & devolus in casibus a jure expressis.
5. Des Provisions *
6. Des Creations de pension.
7. Des confirmations des dignités electives à luy mestrement subjects.
8. Des provisions en commande.
9. Des provisions & collations des Benefices collatifs vacans en Cour de Rome ou à deux journées près.
10. Des graces de tenir benefices avec Archeveschez, Evêchez ou autres gros benefices.
11. Des graces octroyées aux Evesques pour estre consacrés per alios quam per metropolitanum & comprovinciales.
12. Des dispenses de non consecrando infra tempus juris.
13. Des permutations des Benefices qui se font en cour de Rome & des translations des Evesques & autres grandes dignités in casibus permisis.
14. Des dispenses & derogation de la Regle de viginti diebus & autres regles de chancellerie.
15. Des dispenses qui tous les jours s'obtiennent à Rome pour tenir benefices incomplets, deux, trois, quatre ou plusieurs.
16. De dispensis super defectu atatis.
17. Des dispenses pour tenir Benefices par ceux, qui ne sont legitimes; qu'on appelle dispenses super natalibus aut defectu natalium.
18. Des dispenses d'irregularité & rehabilitations.
19. Des dispenses des vices corporels.

10. Des dispenses requises en plusieurs cas de droict, comme d'obtenir le benéficé du pere par le fils, combien qu'il soit legitime & de loyal mariage.
11. Des dispenses de visiter par procureur.
12. D'octroy de privileges en plusieurs & diverses cas.
13. Des dispenses de contracts de mariage en cas & de grés deffendus
14. Des dispenses de voeux de pelerinages de Rome, d'outre mer, & de saint Jaques; des voeux de Religion, de chasteté & autres.
15. D'absolutions & autres indults de cas réservés au Pape.
16. Des creations de chanceries ad finem obtinendæ dignitatis.
17. Des indulgences sul le fait de la penitance rie du Pape.
18. Des graces pour avoir Autels portatifs & elire confesseurs.
19. Des rescripts ad lites tant en cause d'appel que premiere instance.
20. Des Rescripts pour refformer Monasteres & autres lieux Reguliers, & en autres plusieurs & diverses cas és quels le Pape seul peut dispenser sans le patrimoine de l'Eglise qui est de revenu grand mesme depuis l'augmentation taicte du temps du Pape Jule.

Et ne reste qu'à respondre à ce qu'aucuns ont voulu dire, que si l'on ne publie les dictz Concordats, le Pape donnera le Royaume in prædam; car il ny a cause ny matiere de ce faire: ainsy qu'un chascun peut connoître: aussy le Roy tient son Royaume de Dieu & non d'autres, nec recognoscit superiorem in temporalibus. Et partant telles parolles sont directement contre l'auctorité & la souveraineté du Roy. Et si l'on vouloit dire que de facto le Pape le pourroit faire, respondre; que le Roy graces à Dieu est tres puillant & vertueux pour obvier à telles damnables entreprises: ainsy que par cy devant les Roys ses predecesseurs ont vertueusement fait, & si l'on vouloit avoir esgard à tels langagez toutes fois & quantes, qu'il y auroit differend entre le Pape & le Roy, faul droict que le Roy fait tousjours ce, que le Pape voudroit sous umbre de telles menaces, que l'on donneroit son Royaume in prædam. Et au contraire, si les dictz Concordats estoient publiés, seroit mettre ce Royaume à psvreté & desolation grande & tollir à l'Eglise Gallicane sa liberté & la rendre tributaire & en servitude perpetuelle. Et considéré que l'on ne pourroit publier & observer les dictz Concordats sans grandement offenser Dieu, la traite du Pape & d'autres princes ne doit mouvoir ou induire de ce faire; et seroit trop plus grand mal & inconvenient sans comparaison d'offenser Dieu que le Pape ou autre Princes terrien. Et aussy ne vaut de dire, que le Pape nous declarera schismatiques: car telle declaration ne se pourroit faire sans nous ouir en nos defences, les quelles consistent & sont totalement fondées en l'honneur de Dieu, en la conservation de la liberté de l'Eglise & des droicts du Roy, du bien public de son Royaume & observance des sainctz decretz des Conciles universaux de l'Eglise catholique: & qui talia agunt, non merentur d'estre declarés schismatiques, ut notorium est; & autres les choses susdites est bien à noter que combien que le Roy Louis uniesme, qui estoit

grandement expérimenté au régime de la chose publique & conservation de l'Etat de son Royaume, au commencement de son Règne consentit la revocation de la Pragmatique faicte par le Pape Pie, & en baillaist lettres, toutesfois après qu'il fut adverti par sa cour de parlement, & voyant la confusion & desordre, qui en pouvoit advenir à l'Eglise Gallicane, les grands maux & inconueniens, qui s'en ensuyvroient; se desstendit de la revocation auparavant par luy consentie, par vertu de l'appellation aus-
 sy au paravant interietrée par son procureur general & enregistree en la dicte cour de Parlement tellement que non obstant son dit consentement, ne voulut la revocation susdicte sortir effect. Mais ordonna les saincts decrets de pragmatique sanction demeurer en leur entier. Et au regard de certains Concordats faicts par le dict Roy Louis uniesme avec le Pape Sixte, furent les dicts Concordats faicts seulement touchant les mots * de conferer benefices entre le Pape & les Ordinaires sans aucunement faire mention du droit d'eslire: & qui plus est, refurent iceux Concordats publiés en la cour & n'eurent aucun effect, mais non obstant iceux les dicts saincts decrets de pragmatique demeurèrent en leur force & vertu. Et est sous correction tres necessaire de pourvoir à la dicte revocation & promptement par le remede de l'appel, ainsi que dessus a esté touché; par ce que si le Pape ou ses successeurs ne vouloient observer les dicts Concordats, le Roy demeureroit destitué de remede, attendu la revocation dessus dicte. Et si on vouloit maintenir que le dict cas advenant le Roy pourroit retourner à la pragmatique; responce, que, si promptement n'est pourveu à la dicte Revocation par laps du temps, icelle revocation prendra force & vertu & voudront ceux de Rome soutenir, qu'elle auroit esté approuvée & passée en forme de chose jugée, tellement que l'on ne pourroit venir au contraire. Et s'y l'on disoit que les dicts Concordats sont faicts & passés par forme de vrais Concordats, & convention & sic, qu'ils ne se peuvent revocquer; responce que combien que regulierement tous les Concordats & obligations passées tant entre princes qu'autres se doivent tenir & soient irrevocables; neantmoins quand ils sont faicts sur aucuns droicts Ecclesiastiques & spirituels, les docteurs Canonistes tiennent, que le Pape les peut revocquer; non enim obligatio fit super re spiritali, nec per contrahentem etiam laicum potest pretendi commodum burfale, comme au cas de present, tunc Papa absolvit ab obligatione quaesita à Laico per textum, & ibi expresse Innocentius, Panormitanus & alii Doctores in cap. devoto, facit glossa in cap. constitutus, super verbo juramento, & ibi Panormitanus, * a esté amplement touché, que les dicts Concordats sont contre l'honneur de Dieu, les libertés de l'Eglise, l'honneur du Roy & le bien public de son Royaume.

LIII. (c) *Appellatio Universitatis Parisiensis pro electionum & juris communis defensione adversus Concordata Bononiensia anno Domini 1517. die 27. Martii.*

UNIVERSIS presentes litteras inspecturis Rector & Universitas Magistrorum, Doctorum & Scholasticorum Parisiis studentium salutem in Domino. Notum facimus, quod nos apud sanctum Bernardum Parisiis supra infrascriptis & aliis nostris negotiis agendis per juramentum convocati, in quodam Codice papireo, cujus tenor inferius describitur & inscribitur, provocavimus & appellavimus; cujus quidem Codicis papiril tenor sequitur & est talis.

2. Præmissis expresse protestationibus, quod contra unam sanctam, catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam totius orbis esse magistram & obtinere principatum credidimus, sanctasque sedis [f. Apostolicæ] auctoritatem & sanctissimi Domini nostri Papæ bene consulti potestatem nihil dicere intendimus, si quid ex lubrico linguæ forsân maledictum sit parati emendare; sed quoniam, qui vices Dei agit & gerit in terris, quem Papam dicimus, quamvis à Deo potestatem immediate habeat, per hanc potestatem non impeccabilis efficitur, nec potestatem non peccandi accepit; ita ut, si quid, quod injustum est, faciendum esse præceperit, patienter sustinere debeat, si non fiat, quod ei prava fuerit insinuatione suggestum, & quod parendum non sit, si quid contra divina præcepta statuendum esse decreverit, immò ei resisti jure potest.

3. Quod si illi potestatum auxilio falsâ forsân suggestione vel minus sano consilio deceptorum avido [*hæc corrupta sunt*] resisti potest (*) sublataque sunt resistendi remedia; unum tamen jure naturali proditum est, quod nullus princeps tollere potest appellationis remedium, cum sit quædam defensio, quæ jure divino, naturali & humano cuique competit, nec potest auferri a principe, ut in Clem. *pastoralis* de sent. & rejud. & notat splendor Canonistarum Innoc. in c. *qua in Ecclesiarum* de consti. Ad hujusmodi ergo appellationis remedium, quo oppressi relevantur, confugientes

4. Nos Rector & Universitas studii Parisiensis illustrissimi ac Christianissimi Principis nostri Francorum Regis filia primogenita, antiqua studiorum parens, vice ac nomine nostris singulorumque Doctorum, Magistrorum & Scholasticorum Parisiis studentium, animoque & intentione provocandi & appellandi à pressuris & gravaminibus infra scriptis, dicimus & proponimus, nosque loco & tempore opportunis & congruis probaturos asserimus, quæ lequantur. Imprimis, quod, cum præcis illis temporibus hæreses multæ pullularent plurimique errores insurgerent, dissidia orientur, Ecclesiasticæque status inter fideles deformatio conspiceretur; fuerunt sacra generalia Concilia proinde statuta, in quibus hæreses extirparentur, mores reformatentur (Christianorum incumbit officio) & præcipue ante omnia sacra Constantiensis & Basiliensis Concilia, quæ successivè ac legitimè in Spiritu sancto congregata universalem Ecclesiam repræsentantia quamplurima circa præmissa statuerunt, maxime circa status Ecclesiastici tam in capite quàm in membris reformationem, quæ illis diebus præcipue reformatione indigere videbantur, cum deformitates eandem Ecclesiam insicere conspicerent; ut repressis deformitatibus scelerumque regnantium enormitatis perniciositas, quæ super Christianitatem spretis antiquorum patrum decretis & institutis salutaribus multas clades multaque crimina incidisse [f. intulisse] videbantur; divinus honor resoreret in terris, lumen catholicæ veritatis (Christo vera luce auxiliante,) effulgeret, & Ecclesiæ veritatis conservatio subsisteret, populusque Christianus salubriter regeretur & ad salutem perduceretur æternam. Et inter cætera perpendit ipsam sacram Basiliensem Concilium, qualiter per sanctos patres antiquos sacri Canonis salubriaque decreta pro sælici regimine jam dicti status Ecclesiastici tam [f. tum] super electionibus modisque ministris Ecclesiæ assumendi & constituendi conditi fuerunt; qui quamdiu fuerunt observati, Ecclesia Dei fructus honoris & honestatis sælici libertate produxit, disciplinæ Ecclesiæ vigor persistit, religio, pietas, charitas ubertim

Z z 2

floruerunt,

(*) f. sensus est: quod si illi potestatum auxilio falsâ forsân &c. deceptorum mixto resisti non potest, sublataque sunt [aliis] resistendi remedia; unum tamen &c.

floruerunt, hominesque in quietudine animi constituti, Deum autorem pacis devotissime coluerunt. Sed postquam damnatae ambitionis improbitas humanitatis jura violando ipsa sanctorum patrum decreta paulatim cepit desere et atque contemnere & in vitia ruere; subsecuta sunt deformationes status ecclesiastici atque *decolorationes* & usurpationes, praesertim per praelaturarum dignitatumque & aliorum Beneficiorum reservationes & gratiarum ad vacatura beneficia expectativarum à jure exorbitantium multiplicationes & innumerabiles concessionis & alia gravissima & importabilia onera, quibus Ecclesiae Ecclesiasticorumque personae graviter afflictae & fere ad aeternam evacuationem & destructionem illis diebus ruere conspiciebantur: cum beneficiorum Ecclesiasticorum patrimonialia & bona indigni occupabant, & saepe dignitates ac beneficia notabilia & opulentiora personis conterebantur incognitis & indignis, quae in eisdem beneficiis minime residebant, & *animarum cura, quae est ars artium*, neglecta, velut mercenarii temporale lucrum quaerebant; sicque cultus minuebatur divinus, animarum cura negligebatur, ecclesiastica jura peribant, ruiebant aedificia, quae magnificentia extruxerat decessorum, & clerici literarum scientiis & virtutibus effulgentes, qui ad Christianae plebis aedificationem salutarem vacare possunt, (quorum perlucida & salutaria documenta praedictam illustrarent Ecclesiam, decorarent virtutibus, & moribus in formarent; per quos quasi per luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Domini positas errorum tenebris profugatis, totius corpus Ecclesiae tamquam sydus irradiaret matutinum; eorumque fecunda facundia, caelestis iniqui [irrigui] gratia influente scripturarum aenigmata referant, obscura dilucidarent dubiaque declararent; profundisque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius Ecclesiae fabrica velut gemmis vernantibus rutilaret & verborum elegantia singulari gloriotius sublimata coruscaret; qui etiam regnorum & reipublicarum consiliis forent opportuni,) propter spem congruae promotionis eis ablatam divinarum & humanarum scientiarum studia deserebant. Insuper reservationum & expectativarum occasione captandae mortis alienae votum ingerebatur, lites suscitabantur, contentiones & rixae inter Christi ministros oriebantur, ambitio pluralitatis beneficiorum execrabilis fovebatur, pauperes clerici variis & immuneris personarum & rerum discriminibus subjiciebantur & per callidos & calumniolos opprimebantur, Beneficia quoque Ecclesiae per litium involutiones & multiplicationes saepius injuste occupabantur & sine divinis officiis saepius remanebant, materia injustis vexationibus parabatur, abusus presbyterii horrenda & detestanda specie labis Simoniacae reserpti committebantur, juvenibus bonae indolis qui studiosis & virtuosis artibus intendere deberent, evagandi materia praebatur, & breviter, status Ecclesiae confundebatur, plurimaeque adversus divina & humana jura in animarum perniciem & Ecclesiae ac regnorum atque Provinciarum praecipue *Regni Franciae & Delphinatus Viennensis* oppressionem & destructionem perpetrabantur: Quorum quarumque thesauri in extraneas regiones asportabantur, ut eo exhausto sacerdotioque depresso regna ipsa & subditi debiliores in adversis redderentur, beneficiaque jam non gratis (juxta Evangelicam Doctrinam Christi praeceptum dicentis; gratis accepistis, gratis date, & contra Concilium Lateranense praecipiens; ut pro conferendis sive collatis beneficiis nemo aliquid quocumque pretextu exigere ac extorquere praesumat,) sed cum summa ambitione & avaritia, aurique & argenti exactione conferebantur.

5. His igitur tam detestabilibus incommodis, divinae procul dubio
displ-

displicentibus voluntati, saluberrimè providere cupiens *Concilium Basiliense* memoratum, contra hos saluberrima constituit & edidit statuta & decreta, volens & ordinans, ut tales Ecclesiæ præficerentur Pastores, qui tamquam columna & bases ipsam Ecclesiam doctrina & meritis firmiter sustentarent; [&] non quidem per reservationes generales Ecclesiarum hujusmodi, sed per electiones & confirmationes Canonicas, juxta juris communis dispositionem, Ecclesiis ipsis Metropolitanis, Cathedralibus, Monasteriis, Collegiis Ecclesiis, & dignitatibus electivis vacantibus debite provideretur; reservationes generales hujusmodi reprobando, certis duntaxat exceptis; certam salutarem formam, antiquis formis à jure introductis adjiciendo, & insuper ut per singulas Ecclesias ministri instituerentur idonei, qui scientiis & virtutibus effulgerent, ad Christi gloriam & populi Christiani salutarem ædificationem; reprobando multitudinem gratiarum expectatarum, quæ dignorum Ministrorum institutioni & promotioni obviabant; ac reservationes quæcumque Beneficiorum sive per Papam, sive per legatos reprobavit ac nullas & invalidas declaravit. Voluit insuper & statuit, ut per Praelatos & eos, ad quos Beneficiorum collatio & dispositio spectare dignoscitur, viris studiosis certique qualitatis specificatis prædictis, qui per universitates generalium studiorum ejusdem Praelatis & Patronis nominarentur, canonicè provideretur, certis modificationibus & decreto irritante adjectis. Præterea ut fraterna charitas in Clero & Populo vigeret, & ne quis Populum suum indebite vexationibus opprimeret, sed iustitia ordine debito cuilibet ministraretur; ad obvianum infinitis abusibus & variis incommodis quæ inoleverant, statuit, ut pro salute & quiete subditorum iustitia partibus cum honestate & facilitate ministraretur, ne studentes & alii subditi extra regna & provincias suas ad Curiam Romanam traherentur & citarentur; ne etiam per hoc hujusmodi regnorum & provinciarum facultates exhaurirentur. Damnavit insuper hujusmodi sacrum Concilium abusum illum jam damnatum de Annatis solvendis, salutiferè prohibens illarum exactiōem & solutionem; multa quæ alia sancta & salutaria statuit idem Concilium ad divini cultus augmentum ac salutem & quietem subditorum, quæ omnibus innotescunt.

6. Quæ quidem statuta serenissimus ille Princeps divini nominis & ecclesiastici honoris exaltator devotissimus & conservator excellens, *Carolus septimus Francorum Rex* in suo celebri Concilio Ecclesie Gallicanæ Biturici celebrato recenserit fecit, & ea si [quasi] salutifera & suo Regno ac Delphinatui utilissima, saluti & quieti subditorum consulendo, inconcussè servari præcepit, & per Regnum & Delphinatum promulgari fecit, prout conservata & observata fuerunt; ac ex eorum observantia cultus perseveravit divinus, salus advenit subditorum, omniaque in eisdem Regno & Delphinatu prosperè successerunt. Sed Romani propriis cupiditatibus & commoditatibus intentes, attendentes his modis aurum & argentum, sicut antea, ex dictis Regno & Delphinatu ad se pro suo voto non deferri; hujusmodi statutis invidentes, ea per Romanos Pontifices abrogari facere studuerunt; quod auxiliante Domino hætenus prohibium extitit, donec advenit Dominus Leo Papa decimus, qui Romanis plus debito favens, in quodam cœtu in Romana civitate, qui contra nos est, nescimus qualiter, non tamen in spiritu Domini congregato, cum quo nihil contra legem divinam & sacra Concilia statui, decerni aut ordinari potest (opera enim quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me) præmissa tam salutifera statuta abrogata esse, nescimus quo fretus consilio, censuit, contra fidem catholicam & auctoritatem sacrorum generalium Conciliorum veniendo, sacrum Basiliense Concilium damnavit, in quo inter cætera judicatum est gloriosam virginem Mariam sine peccato originall

fuisse conceptam, nec de illa habet Ecclesia aliam decisionem; quædam alia statuta pro libitu voluntatis (cum venia dictum sit) condendo in perniciem regni & Delphinatus prædictorum & subditorum illustrissimi Principis nostri Francæ Regis detrimentum. Per hoc enim canonicas electiones, quibus sanctè & salubriter Ecclesiis metropolitanis, cathedralibus, monasteriis & aliis collegiatis Ecclesiis eorundem Regni & Delphinatus providebatur, destruxit; hujusmodi Ecclesiarum provisiones, cum vacaverint, sibi reservando, collationesque & impetrationes beneficiorum non expresso vero valore irritas esse declaravit, subditorumque Regni in prima instantia* Cardinales & Curiales sedis Apostolicæ passim vocari, & nominationes universitatum in parte reprobavit & damnavit. Ita ut à modo, si talia statuta tollerarentur, non hi, quibus virtutum merita & literarum scientia, sed quibus pecuniarum acervus & potentum favores suffragabuntur, ad ipsarum Ecclesiarum, non dicimus regimen, sed, dolor, perniciem & ruinam assumentur: cum hujusmodi personarum mores & vitia non perscrutabuntur & indigni sæpius ad regimen assummentur animarum; contra sacri generalis Concilii salutarum statutorum rectè judicans nihil esse, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum, & propterea statuens, ut hic, ad quem pertinet electionis confirmatio processum electionis & electi personam diligenter examinet antequam eidem electo confirmationis impendat [favorem] pœnam contra facientes imponens. Per hoc etiam & alia, quæ idem Dominus Leo statuendo decrevit, usus studiosis & literarum . . . potentibus item promissiones [provisiones] ademit, & amplissimum modum facultates & substantiam totius regni & Delphinatus exhauriendi invenit.

7. Quo etiam hujusmodi Regni & Delphinatus subditi improbis machinationibus ad curiam Romanam evocentur & indebitis vexationibus fatigentur hujusmodi, sic noviter editis statutis jam dictis Dominus Leo Papa serenissimum Principem nostrum Franciscum Regem modernum in partibus illa laicis [Italicis] agentem in maximo strepitu armorum consensum præbere quorundam sua sic [suasi] coegit. Et ne promissionis infractor idem Princeps illustris videretur, jam dicti Domini Papæ monitis obtemperans hæc, quæ dicta sunt, de novo edita statuta, quæ *Concordata* vocantur, ruinam Ecclesiæ totius Regni inde imminentem non attendens, nobis dictæque universitati & aliis, quorum intererat, non vocatis nec auditis publicanda esse imperavit; non dijudicans quam ei dictoque Regno & Delphinatui ac subditis perniciosi esse viderentur.

8. Ex quibus nos Rector & universitas gravatos laesosque & oppressos [nos] esse sentientes, cum per ea ad superius enarrata incommoda sentium* devenire posse prospiciamus, idcirco a Domino nostro Papa non rectè consulto, dicti *sacri Basilienfis Concilii ac subsequente & ei ad hærentis pragmaticæ sanctionis* statutorum abrogatione, novorum statutorum editione, consensus præstatione ac attentata illorum quadam publicatione, & omnibus inde secutis & securis, tam pro nobis quam pro singulis & omnibus suppositis ipsius universitatis ac nobis & illi adhærentibus & adhærere volentibus; ad *futurum Concilium* legitime ac in tuto loco, & quod liberè & cum securitate nos, eadem universitas vel a nobis & ab ea deputandi adire poterimus, & ad secum & suos [s. ad eum vel eos] ad quem seu quos de jure, privilegio, consuetudine vel aliis nobis provocare liceret [licet &] appellare, provocavimus & appellavimus, prout in his scriptis *provocamus & appellamus* instantanter instantius & instantissimè *protestantes hunc appellationem prosequi per viam nullitatis, abusus, iniquitatis & injustitiæ & alias, prout melius poterimus*, optione nobis reservata; astantibus in testimonium vocatis, addendi, demendi,

remendi, mutandi, corrigendi & in melius reformandi omnique alio juris beneficio nobis ac nostris adhærentibus & adhærere volentibus semper talvis. Datum & actum Parisiis in nostra congregatione generali apud sanctum Bernardum solemniter celebrata, anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo die vicesima septima mensis Martii ante pascha.

9 Postmodum vero pro inserta appellatione sic interjecta die prima mensis Aprilis (i. circumspēctus) vir Magister Arnulphus Monnart in artibus magister & in iure civili Licentiatus, nosse procurator generalis & ad hoc specialiter constitutus, coram venerabili & circumspēcto viro magistro Guillelmo * huc utriusque juris Licentiato, insignis Ecclesie Parisiensis Decano tanquam coram persona authentica & in dignitate constituta personaliter comparens; cum illum seu illos (*) ad quem seu quos appellamus, adire non possimus, huiusmodi appellationem & contenta in ea nomine nostro & pro nobis intimavit & notificavit, Apostolosque cum instantia debita sibi dari petiit & requisivit; qui quidem Dominus Decanus cum reverentia & honore debitis eidem appellationi reverenter desulis & Apostolos reverentiales & tales, quales de iure & consuetudine vel privilegio dare poterat & debebat, dedit & concessit. Acta fuerunt hæc ultimo debita [dicta] & facta in Ecclesia Parisiensi anno & die prædictis, præsentibus ibidem venerabili & scientifico viro, Magistro Petro de Valle Theologie Doctore, dictæ Ecclesie Parisiensis Canonico, & Magistro Arthuro Alouf in artibus Magistro testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Sic signatum: le Roy & Hubert. Et sigillata in duplici canda & cera rubea magno sigillo dictæ Universitatis.

LIII. (d) *Decretum Universitatis Parisiensis quo impressores seu librarii dictæ Universitatis prohibentur imprimere & vendere prætensum Concordatum abrogativum Pragmaticæ sanctionis eadem die.*

Anno Domini millesimo quingentesimo septimo die sabbathi ante Dominicam in ramis Palmarum vicesima septima mensis Martii, alma Parisiensis Universitas apud sanctum Bernardum super nonnullis suis agendis materiam Concordatorum concernentibus solemniter & per iuramentum convocata & congregata, maturaque deliberatione per singulas facultates, ut moris est, præhabita, super potius in medium inter cætera ordinavit ipsa Universitas, inhibitiones omnibus impressoribus & librariis eiusdem Universitatis iuratis, ne imprimant seu imprimi faciant aut vendant huiusmodi præsentia Concordata, sub pœnis privationis à gremio ipsius Universitatis & incapacitatis ad aliquod officium dictæ Universitatis fieri, & significari per bidellos & etiam affigi in quatriviis & locis publicis dictæ Universitatis consuetis. Et ita organo Domini Rectoris conclusum extitit. Datum anno & die prædictis. Le Roux.

1. Nos Nicolaus Menuel Rector Universitatis Parisiensis ex matura deliberatione eiusdem Universitatis & insequendo conclusionem ipsius Universitatis in congregatione generali hodie apud sanctum Bernardum celebrata, inhibemus & quam districte præcipimus, ne quispiam impressor, calcographus seu librarius dictæ Universitatis iuratus audeat certum prætensum Concordatum sacrosanctæ Pragmaticæ sanctionis abrogationem (ut fertur) continens imprimere seu imprimi facere aut venditioni exponere sub pœna privationis

(*) Videtur potius imitatio facta & Apostoli reverentiales petiti apud personam in dignitate constitutam; quia is, à quo appellabatur, Papa scilicet tunc aditus non poterat. Nisi forte deest aliquid verbi, sensusque fuit: nec illi in quo, nec illi vel illi ad quem vel quos (nempe futurum Concilium) &c. adiri posse.

vationis à gremio ejusdem Universitatis & incapacitatis ad aliquod ejus officium obrinendum. Datum sub sigillo Rectoris Universitatis præfatæ anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, die vero vicesima septima mensis Martii. Le Roux.

LIII. (c) *Preces nomine Regis Christianissimi Clementi VII. exhibita, ut privilegia Electionum quibusdam Gallia Ecclesiæ à summis Pontificibus concessa revocentur.*



Christianissimus Francorum Rex pluribus causis ad Ecclesiæ Gallicanæ commodum pertinentibus adductus petit à S. D. N. Clemente Papa septimo tum à Sacro Reverendissimorum Cardinalium Collegio, ut abrogenentur tollanturque penitus Privilegia (si talia dici debent) per nonnullos eosque paucos summos Pontifices à principio Religionis hæcenus concessa aliquibus Ecclesiis ac Monasteriis suæ ditioni subjectis.

1. Ut vero pateat hanc petitionem justam esse & omni ambitione carere, advertendum imprimis est, quod conventus & Capitula Ecclesiarum Gallicarum à tempore celebrati Concilii Basiliensis solita sunt uti Electionibus in præficiendis sibi Pastoribus, secundum communis juris dispositionem & prædicti Concilii decretum. Deinde felicitis memoriæ Julii secundi Pontificis maximi temporibus statutum fuit Lateranensis Concilii cuncto, ut certæ personæ Gallicæ Nationis in edicto descriptæ citarentur, scilicet ut in eo ita Concilio comparerent ad allegandum causas quamobrem non debeant condemnari, ac velut erroneæ & schismatica rescindi pragmatica [quæ] complectebatur per multa Basiliensis Concilii decreta præsertim ea, quæ ad Electiones, Reservationes, Causas & Annatas atinent.

2. Cæterum cum permulti in Gallia viri doctissimi istas citationes fieri arbitrarentur non aliam ob causam, nisi quia ipsi observabant pragmaticam manentem in Concilio Basiliensi, quod Concilium ab his, qui tunc erant Romæ congregati, irritum & nullum dicebatur, præsertim post ejus translationem tanquam acceptatam; quia tamen ejusdem Concilii decreta pia erant & æqua, Galli contendebant, quod non deberent rescindi sed rata manere, cum aliunde vires sumerent quam à Concilio Basiliensi.

3. Cum itaque res eo in statu esset, habiti sunt Boloniæ de *pragmatica sanctione* sermones inter defunctum clarissimæ memoriæ Leonem decimum Pontificem Maximum & Regem Christianissimum, Lateranensi quidem Concilio tunc Romæ congregato. Quæcirca cum relatum esset Pontifici, quod in præfenti non eret contentio de auctoritate Basiliensis Concilii, sed tantummodo de æquitate Decretorum in Pragmatica contentorum, prædictus Leo Pontifex quibusdam Reverendissimis Cardinalibus negotium mandavit audiendi, quidquid allegaretur super ipsorum Decretorum æquitate à Deputatis Regis Christianissimi. His autem unâ congregatis & re ab utroque [utrinque] diligenter agitata eadem Decreta comperta fuerunt justa & salutaria, & subinde in Concordatis inserta & debite confirmata tam à summo Pontifice quam à Reverendissimo Cardinalium Collegio & Lateranensi Concilio; excepto duntaxat Electionum Decreto, quod tunc fuit abolitum.

4. Hæc autem fuit causa, cur istud Electionum Decretum fuit sublatum Ecclesiæ Gallicanæ causa etiam minime audita, videlicet quia prædicti Reverendissimi Cardinales assererebant, quod Electiones, quæ fiebant in Gallia, erant impure & Simoniacæ, idque ipsum probabant ex compositionibus & rehabilitationibus, quas post Electiones Galli Indies obtinebant à sede Apostolica. Unde manifeste fiebant corruptelæ & perjuria, & raro quidem unus solus

unico

uicō [unanimi] eligentium consensu in Pastorem eligebatur, sed divisivis votis plures existerent electi atque inde infinitæ lites. Quamobrem divinum servitium interim differebatur, Ecclesiarum proventus ad nutriendos clericos, ad templa & cœnobia instauranda atque ornanda, ad pauperes sustentandos, [ad] lites * perjudicandas profundebar, & Monachi, cæterique sacris initiati sub prætextu processuum longe ab instituto suo vagabantur. Itaque ut ad perniciosam hanc licentiam clauderetur via, Electionum decretum abrogatum omnino fuit.

6. Præterea quamvis eadem errata nihilominus perpetrarentur ab his, qui præsentia privilegia habebant quam a reliquis, ipsi tamen excepti fuerunt, & remanuit eis facultas Prælatum sibi eligendi juxta sua Privilegia, quæ quidem in re multa sunt consideranda.

7. Imprimis quod post hominum memoriam nullæ in Gallia factæ fuerunt electiones vi præsentorum Privilegiorum sed vacatione contingente, Privilegium prætendentes pariter & qui Privilegio carebant Prælatum sibi eligebant secundum decretum Basiliense: quo circa nemo potest negare, quin ipsi Privilegium amiserint, quia eo nunquam usi sunt, neque etiam beneficio sui Privilegii tunc potuissent uti, nisi per Concordata fuissent excepti.

8. Deinde si cæteris eligendi facultas, quæ de jure communi permittebatur, rationibus prædictis adempta fuit & præcisâ ob scandala inde nascentia; idem profecto fieri debuit Ecclesiasticis privilegiatis quippe qui eadem flagitia comittebant, ut cæteri; si quidem abusu amittitur Privilegium.

9. Postremo quantum universæ, Galliæ expedit & quantum antea profuerit hæc Electionum abolitio ex ipso documento satis apparet: illa enim capitula & conventus, quibus per Concordata prohibita sunt Electiones, nullo laborant diffidio, nullis vexantur litibus, nullam denique habent aut vagandi aut dilapidandæ pecuniæ occasionem, sed Deo rite inserviunt, extruunt vel ornant ædificia & pauperibus pro copia subveniunt.

10. Contra verò qui Privilegiura eligendi habere se profitentur, continuo agitantur litibus, in quibus pertinaciter consumunt & tempus & bona longè in alios usus destinata, quin etiam templorum ornamenta vendunt, ut processus sustineant: unde templa ipsa & cœnobia ruinam patiuntur & pauperes debito fraudantur alimento.

11. Quam manifestam indignitatem Rex Christianissimus conniventibus oculis amplius dissimulandam non putans, cum nihil magis exoptet quam ut suis saltem temporibus res Ecclesiasticæ recte sinceroque administraretur, & propterea aboleatur electionum usus, ne deinceps sui subiecti in eadem incidant delicta & detrimenta. Neque ulla quidem alia causa Christianissimum Regem ad id prætendendum impulit: nempe si eo quo decet modo Ecclesiarum Prælati eligerentur sane Rex ipse legitimo aliquo respectu potius veller, ut istud fieret per electiones, quam per suas nominationes.

12. Summi itaque Pontificis reverendisimorumque Cardinalium erit, prudenter perpendere ea quæ supra commemorata sunt, tum quid boni & quid incommodi inde proveniat; præterea quam sit invidiosum & difforme, ut in eodem Regno & sub iisdem legibus Ecclesiarum pars sibi Prælatum eligat, reliqui vero non eligant. Quamobrem si habita rei præsentis ratione appareat, quod sit utilis & commodus, ut ex æquo omnibus eligendi potestas per aliquod tempus suspendatur; quid est cur sua Sanctitas & Reverendisimi Cardinales difficiliore se præbeant in abrogandis Ecclesiarum Privilegiatarum electionibus, quam in his tollendis quæ communi jure concedebantur, cum eadem sit omnium causa ac ratio.

13. Quamquam si diligenter consideratur istarum bullarum tenor, quas ipsi Privilegia appellant, facile cognosceretur neque esse neque dici posse Privilegia; præsertim si quis præterita tempora reperat, studioseque advertat, qua die datum sit unumquodque prætenforum Privilegiorum; hoc enim modo manifeste comperiet, quod summi pontifices [tunc] nequaquam utebantur reservationibus, unde licitum erat universis Pastorem eligere, quorum id casus exigebat. Cum vero per abusum potestatis secularis Ecclesiastici impedirentur, ut Historiæ antiquæ testantur, præsertim Gregorius Turonensis, obtinebant à Pontificibus bullas, quibus bullis cavebatur, ne quis in Ecclesiarum prædiorumque suorum possessione, aut in electione de futuro Prælate faciendâ eis molestia aut impedimento esset. Nec unum quidem verbum in hujusmodi bullis extat, quod significet Privilegium, neque vero istarum bullarum verba omnia ad abusum referri possunt præterquam ad molestiam impedimentumque aver-tendum & submòvendum.

14. De his autem rebus quæ continentur in Articulis relationis factæ in Consistorio tunc, cum ageretur de prædictis Privilegiis abrogandis, atque imprimis de vero beneficiorum valore exprimendo; animadvertendum est, quod in regulis Cancellariæ præcipitur, de hæc expressio fiat in impetrationibus; quæ quidem Regula conformis est communi juris dispositioni, quatenus agitur de veri valoris beneficiorum expressione, non autem de solutione annatæ.

15. Præterea Concordatis cavetur, ut prædicta expressio fiat, quemadmodum continent ipsæ Regulæ Cancellariæ: cui decreto, quo minus pareatur, Rex Christianissimus nullo modo impedit, quamquam admodum difficile sit dare normam impetrantibus beneficia, in quorum arbitrio positum est exprimere, quod velint: nam si eorum impetratio deprehendatur obreptitia vel subreptitia, ideoque in iudicium vocentur, privari possunt ipsius impetrationis beneficio, nisi tamen intra temporis spatium per Leonem decimum Pontificem maximum eis subinde limitatum verum valorem explicaverint. Præterea nemo plane potest ostendere, quod obreptionis & subreptionis exceptio sublata fuerit in Gallia: quod si partes litigantes non obijciant illam exceptionem, non est imputandum Regi Christianissimo; si vero allegaretur, & per iudices pars allegans excluderetur, tunc esset locus querimonie, sed nunquam ita factum comperietur: quapropter nihil est, quod conqueratur tumus Pontifex aut Reverendissimi Cardinales, quod hoc apud nos decretum non observetur, neque idcirco normam [f. novam] nominandi petitionera a Rege Christianissimo requisitam irritam faciat.

16. Postulatur insuper per prædictos Articulos ut describantur nomina Ecclesiarum privilegiatarum, ne posthac amplius exhibeatur molestia sedi Apostolica à Parliamentis Franciæ. Super quo quidem puncto operæ pretium est intelligere, quod non exoriuntur lites & altercationes in Ecclesiis super quæstione utrum Privilegium habeant nec ne; nullis enim datur potestas eligendi nisi illis, qui autenticum Privilegium in scriptis antea protulerint; si modo ea Privilegia vocari debent, cum solum habeant quendam protectionis tenorem, eadem forma iisdemque fere verbis conscriptum, ut superius demonstratum est. Unde antequam sententia super electione futura tunc Bituricensis Archiepiscopi, Romæ pronunciaretur fundata super hujusmodi prætensionibus prædictæ Ecclesiæ, multi integritate & doctrina præstantes viri nostrates hæsitabant, utrum hæc Prætensiones appellanda essent privilegia. Sed ex eo iudicio ita confirmatæ sunt nostrarum opiniones, ut eas bullas nunc pro veris Privilegiis habeant. Sed procedunt lites & controversiæ ex multifaria discordium electorum divisione, quod vix una electio unico consensu facta reperitur. Quibus quidem argumentis concluditur supervacaneum esse Privilegiatarum Ecclesiarum nomina describere.

17. Quantum vero attinet ad eum modum, quo per prædictos Articulos requiritur, ut Rex Christianissimus habeat nominare Prælatos Ecclesiis privilegiiis vacaturis; longe ibi receditur ab eo modo & forma de quibus antea conventum est in Concordatis; neque satis videt Rex Christianissimus, cur hæc varietas admitti debeat, ut alius nominandi modus in una Ecclesia, diversus in altera servandus sit, cuius rei vix reddi potest ratio probabilis, præsertim cum ipsæ omnes Ecclesiæ sub eodem Rege continerentur. Quare cum summus Pontifex & Reverendissimi Cardinales existiment se limum radices extirpare mutando nominandi formam, cavendum est, ne ipsæ lites uberius quam antea pullulent ex hoc diverso nominandi modo, quem admodum sanæ mentis quisque potest perspicere.

18. Agitur deinceps in prædictis *Articulis Relationis de fructibus Ecclesiarum Monasteriorumque vacantium, tum de Episcoporum, Abbatumque spoliis*; quod quidem commode fieri non posse videtur, nec æstimandum est summum Pontificem velle, cum sua sanctitas hætenus contenta fuit de annata solita adveniente vacatione, quandoquidem *Prælatorum secularium spolia debentur defunctorum heredibus, quibus adeptis tenentur heredes vel ædificia* instaurare vel id restituere, quod ob rem male administratam deperiret. Quem morem Galli jam tum ab initio ita servarunt, ut in præsentia aboleri nequeat sine magna difficultate nec minore periculo. Quod nisi antea ita factum fuisset, Ecclesiæ Galliarum non essent in eo statu, in quo nunc reperiuntur. Soli vero Prælatorum religiosorum (*) fructus vacatione durante tam Ecclesiarum secularium quam Regularium futuro possessori restervantur secundum juris communis dispositionem, qui fructus novis Pastoribus subveniunt ad solvendam annatam.

19. In eisdem Relatione & Articulis fit mentio *de taxando cujuslibet beneficii vero valore annuo*. Unde quantum caperet detrimenti Ecclesia Gallicana manifestus est quàm ut longa egeat demonstratione. Sæpe enim exiguntur decime ab ipsis Ecclesiasticis, qui certum modum solvendi usque ad hanc diem habuerunt, qui modus in dicta taxatione innovaretur, in quo Ecclesiastici, ut verisimile est, grave damnum paterentur. Præterea dicta *taxatio valoris beneficiorum commode fieri non potest*, cum non sit singulis annis sacerdotum redditus idem & æqualis; quia partim ex vino partim ex frumento atque aliis terræ frugibus provenit, quæ quandoque carius quandoque etiam vilius venduntur; præterea pro dominorum vel solertia vel ignavia proventus beneficii aut augetur aut deperit, quas ob maximas difficultates verus beneficiorum valor ad certam normam redigi nullo modo potest.

20. Superioris Articuli finis in prædicta Relatione pertinet ad *causas beneficiale decidendas coram iudicibus Ecclesiasticis, quando agitur de vero valore beneficiorum* quod plane non videbitur possibile. Nam sic iudices Laici causas super possessores [super possessorio] non cognoscerent post hæc, quemadmodum soliti sunt ab initio; adversarius lite coram iudice Ecclesiastico pendente quotidie veniret ad arma cum adversario, cum uterque beneficii litigiosi fructus emolumentumque intermittere conaretur; nec tamen posset iudex Ecclesiasticus vim exercere cum in hoc genus causæ nullum jus habeat. Præterea licet, litigantibus, si lubet, coram ipsis laicis iudicibus opponere exceptionem obreptionis & subreptionis valoris beneficii: denique non prohibentur, qui controversiati habent, quo minus, si velint, agere possint

(*) Hic dicitur, quid de Prælatorum religiosorum spoliis fiat.

sint causam petitorii relicto possessorio, coram iudicibus Ecclesiasticis. Quamobrem si unus ex adversariis velit possessionem penes adversarium suum relinquere, quamdiu lis intentata vel intentanda durabit, quamdiuque res in iudicio versabitur, dubio procul poterit litigare coram iudice Ecclesiastico prætermisso laico, quibus quidem iudicibus Ecclesiasticis per Concordata relinquetur duorum annorum spatium duntaxat ad litem quamlibet terminandam.

21. Quatenus autem petitur per eosdem Articulos, ut causæ beneficiales Reverendissimorum Cardinalium Romæ degentium in Curia Romana agitentur & decendantur; responderetur quod per Concordata conclusum est, qua via pergendum sit in eo casu, quorum Concordatorum tenorem vel addendo vel minuendo Rex Christianissimus nullatenus innovare constituit.

22. Præterea quoad ultimum prædictæ Relationis Articulum Rex Christianissimus in animum pridem induxit Concordatorum tenorem ita servare ut eadem nulla unquam ex parte violasse videri possit. Quod nimirum non magis de se successoribusque suis existimat suspicandum quam de summis Pontificibus: cum sua Majestas justitiam fidemque colere velit, quemadmodum Regem Christianissimum decet. Multa vero tentata sunt in curia Romana contra ipsa Concordata post eorum sanctionem, quibus obviam itum est à Gallis, ne tam salutaris pæctio reskinderetur. Si quid autem urgente temporum necessitate adversum eadem Concordata admissum est per Regem Christianissimum id omne profectum est summi Pontificis assensu. Demum autem omnibus persuasum esse cupit Rex Christianissimus, quod ipse nunquam suas Controversias Romæ decidendas subijcet, cum eas in suo Regno dijudicandi privilegia & jura habeat amplissima, quæ quidem majorum suorum more tueri prorsus decrevit.

23. Postremo quia pariter agebatur de capitibus quorundam Ordinum in Breve Apostolico nominatorum placet Regi Christianissimo, ut liberum sit eis eligere juxta sua Privilegia; hac quidem conditione, ut Controversiarum incommodorumque virandorum causa, quæ possent inde suboriri, Rex Christianissimus possit deligere tres probos aliquos viros ordinis eorum, quorum trium virorum ipsi religiosi unum eligant & non aliter. Etenim considerandum est, quod ipsa monasteria & capitula Ordinum sunt limitropha, id est sunt in finibus Regni Franciæ; atque [ad quæ] quidem Ordinum capitalia Monasteria Religiosi omnes inde dependentes & subditi admittuntur, & diversæ Nationis sæpe conveniunt & confugiunt; ex qua exterorum hominum numerosa congregatione posset generari aliqua novarum rerum molitio aut conspiratio in Rempublicam Gallicam, nisi eorum Prælati Regi grati, cogniti & fidelis esset. Confidit autem Rex Christianissimus, quod illi integritate ac fide optima præditi erunt, quos ipse hujusmodi capitalibus Monasteriis Prælatos deliget. Quo fiet ut Deo optimo juvante nihil inde scandali aut mali cum ipsis Religionum Ordinibus tum Reipublicæ Gallicæ ullo tempore contingat.

LIII, (F) *Instructiones nomine Christianissimi Francorum Regis Francisci I. Sanctitati Domini nostri Papa presentanda, ut illas videndas committat, demumque super eis, quod sua Sanctitati videbitur expediens, ordinet.*

Imprimis præsupponendum est Episcopatum & aliarum supremarum dignitatum, ad præsens electivarum provisionem & omnimodam dispositionem, jure communi primario & antiquo ad sanctam sedem Apostolicam spectasse, prout attestatur bonæ memoriæ Nicolaus Papa in c. omnes 22. dist. per quem

quem rectum ita concludunt Glossa & omnes Doctores in c. *quamquam* de election. in 6. ubi est, quod electione nulla existente non ad superiores sed ad solum summum Pontificem provatio devolvitur per textum in d. c. *quamquam*.

2. Secundo præsupponendum est tanquam sole clarius Regem prædictum suosque prædecessores & regia stirpe progenitos omnium fere Ecclesiarum cathedralium, Abbatiarum, Prioratum, conventualium aliarumque sui Regni Ecclesiarum tunc ex Privilegio Electivarum, fore fundatores, unde jure id distans jus præsentandi in illis sibi spectare deberet.

3. Quapropter ex parte prædicti Regis humiliter supplicabitur, quatenus sublatis seu revocatis prædictis privilegiis eligendi quibusdam sui Regni Ecclesiis concessis Sanctitas Domini nostri Papæ illarum provisionem, dum vocatio continget, sibi suisque successoribus, præsentante tamen & nominante Rege prædicto, restituat, prout in omnibus aliis prædictis Ecclesiis per bonæ memoriæ Leonem Papam decimum per Concordata ordinatum est, ad id (sub correctione tamen sanctissimi Domini nostri Papæ) moveri debet sua sanctitas mediis & rationibus infra deducendis & plerisque aliis, quibus eadem sanctitas omnia jura scrinio peioris habens, est informata.

